BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 G
13

13-12. B. 2

K K 657

A

Secunda pars Decretorum,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVAE CAVSAS COMPLECTITVR XXXVI.

Intermisto De pœnitentia, tractatu: in septem distinctiones diuiso.

B

CAVSA PRIMA.

VIDAM habens filiũ obtuliteum ditissimo cœnobio, exactus ab abbate & à fratribus decem libras soluit vt filius susciperetur: ipso tamen (beneficio ætatis) hoc ignoran-

C te, creuit puer: & per incrementa temporum & officiorum ad virilem ætatem & sacerdotij gradum peruenit: exinde suffragantibus meritis in episcopum eligitur: interueniente obsequio & paternis precibus, data quoque pecunia cuidam ex consiliarijs archiepiscopi, consecra-

tur iste in antistitem, nescius paterni obse- A
quij, & oblatæ pecuniæ. procedente verò
tempore nonnullos per pecuniam ordina-
uit: quibusdam verò gratis benedictio-
nem sacerdotalem dedit. tandem apud me
tropolitanum suum accusatus & conui-
ctus sententiam in se damnationis accepit.

questio 1 Hinc primùm quæritur, an sit peccatum
quæst. 2 emere spiritualia? Secundò, an pro in-
gressu ecclesiæ sit exigenda pecunia? vel si
quæst. 3 exacta fuerit, an sit persoluenda? Tertiò
an ingressum vel præbendas ecclesiæ eme B
quæst. 4 re sit simoniacum? Quartò, an sit iste
reus criminis, quod eo ignorante pater ad
misit? Quintò, an liceat ei esse in eccle-
quæst. 5 sia, vel fungi ea ordinatione quam pater-
quæst. 6 na pecunia est assecutus? Sextò, an illi
qui ab eo iam simoniaco ignoranter or-
quæst. 7 dinati sunt, abiiciendi sint, an non? Se-
ptimò, si renuncians suæ hæresi sit reci-
piendus in episcopali dignitate, vel non?

QVAESTIO PRIMA. C

Spiritualia emere non licet nec vendere.

QVOD autem spiritualia emere peccatum sit, probatur multis auctoritatibus. Ait enim Leo papa.

Si

A *Simoniaci gratiam non præstant, quam vendere quærunt*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUE

GRatia si nõ gratis datur vel accipitur, gratia nõ est. Simoniaci autem nõ gratis accipiunt: igitur gratiam quæ maximè in ecclesiasticis ordinibus operatur, nõ accipiunt. Si autem non accipiunt, non habent. si autem non habent, ne gratis nec nõ gratis cuiquam dare possunt. Quid ergo dant? profectò quod habent. Quid habent? spiritum vtique mendacij. Quomodo
B hoc probamus? quia si spiritus veritatis (testante ipsa veritate, de qua procedit) gratis accipitur: proculdubio spiritus mendacij esse conuincitur, qui non gratis accipitur vel datur. Item Gregorius Syagrio *Epi.110 lib.7* episcopo Augustudunensi.

Inaniter sacerdos dicitur, quicunque simoniacè ordinatur.

QVicunque studet per pretij dationem sacrum ordinem accipere, sacerdos
C non est: sed inaniter tantummodo dici non concupiscit. Item in regesto.

Spolietur honore, qui ecclesiam per pecuniam obtinet.

PResbyter si per pecuniam ecclesiam obtinuerit: nõ solùm ecclesia priuetur, sed etiam sacerdotij honore spolietur: quia altare, & decimas, & spiritum sanctũ

emere vel vendere, simoniacam hæresim esse nullus fidelium ignorat. *De eodem.*

BEnedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc vt fiat hæreticus, promouetur. Item in eodem.

Partem habebit cum Simone, qui contra simoniacos vehementer non exarserit.

QVisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hæreticus, promouetur. Quisquis ergo contra simoniacam & Neophytorum hæresim pro officij sui loco vehementer non exarserit: cum eo se non dubitet habiturum portionem qui prius cõmisit hoc piaculare flagitium. Item Gelasius papa.

Gela. pa. i cap. 26. epistola ad episcopos Lucaniæ.

Simonis damnatio pariter dantem & accipientem inuoluit.

QVos constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes: quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis (quã sacra lectio testatur) inuoluit. Item Ambrosius in lib. pastorali.

Anathematis sententia damnatur, qui simoniacè ordinatur.

REperiuntur quamplurimi negociatione muneris mercari velle gratiam spiritus sancti, dum illi pretium donant vt

pon

A pōtificalis ordinis sublimitatem accipiāt, obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: Pecunia tua tecum sit in perditionē: quia existimasti donum Dei posse pecunia possideri. Proinde quia & vsitatum est tantum malum, & maiorum extat frequenter mucrone succisum: nos quoque huic vulneri cancroso ignitum (quod supereſt adhuc) iniicimus ferrum, decernentes omnino vt quicunque deinceps pro accipienda diuini dignitate doni quodlibet præ-
B mium detectus fuerit obtulisse: ex eodē tēpore se nouerit anathematis obprobrio cō demnatum, atque à participatione corporis & sanguinis Christi alienum, ex quo illum constat execrabile Christo perpetrasse flagitiū. Quòd si aliquis eius accusator extiterit: ille qui hūc ordinem munerū fuerit datione lucratus: & susceptо honoris gradu priuetur, & in monasterio sub perenni pœnitentia retrudatur. Illi verò qui hac
C causa munerum acceptores extiterint, si clerici fuerint, honoris sui amissione multentē: si verò laici, perpetuo anathemate cō dēnentur. Itē ex concilio Chalcedonensi. *Cap. 2*

Damnatur episcopus qui per pecuniam ordinationem facit.

SI quis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & pretio redegerit spi-

Actum 8

ritus sancti gratiam, quæ vendi nõ potest: A
ordinauerit què per pecuniam presbyterũ
aut diaconum, vel quemlibet de his qui co
gnominantur in clero, promouerit: & dis-
pensatorem aut defensorem vel quemli-
bet qui subiectus est regulæ, pro sui turpis
simi lucri commodo: is qui hoc attentare
probatus fuerit, proprij gradus periculo
subiacebit, & q ordinatus est, nihil ex hac
ordinatione vel promotione quæ est pro
negociatione facta proficiat: sed sit alienus
à dignitate vel solicitudine quam pecuniis B
acquisiuit. Si quis verò mediator tam tur-
pibus & nefandis datis vel acceptis extite-
rit: si quidem clericus fuerit, à proprio gra
du decidat: si verò laicus, anathematizetur.

Item ex octaua synodo.

A sacerdotio est alienus, qui per pecunias ordinat vel ordinatur.

QVi per pecuniam quenquã consecra
uerit, vel ab alio consecratus est, alie
nus à sacerdotio fiat. Itẽ Calixtus papa.

Nec ordinari nec promoueri in ecclesia Dei C
per pecuniam aliquis valet.

SAnctorum patrum exempla sequẽtes,
& officij nostri debito innouantes, or-
dinari quenquam per pecuniam in eccle-
sia Dei vel promoueri, auctoritate sedis
apostolicæ modis omnibus prohibemus.

Si

A Si quis verò in ecclesia ordinationem vel promotionem taliter acquisierit: acquisita prorsus careat dignitate. Item Gregorius Nazianzenus. *De eodem.*

QVi studet donum Dei pretio mercari, in sacro ordine nulla ratione decætero permanere, aut reuocari posse dubium non est. talis à communione omnibus modis abscindatur. Nam spiritus sancti donum pretio comparari, quid aliud
B est quàm capitale crimen, & simoniaca hæresis? quod quàm detestabiliter in vtroque testamento vindicatum sit, multorum exemplis facilè apparet. Giezi enim quia gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit: eandem gratiam sanitatis Helisæo vindicante, leprosus factus amisit. Iudas qui omnium redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus, eandem redemptoris gratiam nõ obtinuit: & meritò, quia nemo potest rètinere quod vendidit. Simon etiam
C magus cùm eandem spiritus sancti gratiã emere vellet, damnationis sententiam à Petro audiuit: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri. Dominus etiam vt vendẽtes & ementes hulus gratiæ expertes ostẽderet, cunctos alios peccatores per gratiam in templo dimisit: singulariter vendẽ

tes & ementes increpans & flagellans de templo eiecit, in quo venditores & emptores suos gratia spiritus sancti constat destitutos esse & vacuos. Quos enim Christus eiecit de templo, nunquam spiritus Christi sibi faciet templum. Item Gregorius. A

Simoniaci sacerdotes esse non possunt.

QVicunq; sacros ordines vendunt aut emunt, sacerdotes esse non possunt. vnde scriptum est: Anathema danti, anathema accipienti: hoc est simoniaca hæresis. Quomodo ergo si anathematizati sunt & sancti non sunt, sanctificare alios possunt? & cùm in Christi corpore non sint, quomodo Christi corpus tradere vel accipere possunt? Qui maledictus est, quomodo benedicere potest. Idem. B

Greg. epist. 110. lib. 7. ad Syagrium.

De eodem.

CVm liqueat hãc hæresim ante omnia radice pestifera surrepsisse, atque in ipsa origine sua apostolica esse detestatione damnatam: cur non cauetur? cur nõ perpẽditur? qa benedictio illi in maledictionẽ cõuertitur: quia ad hoc vt fiat hæreticus, promouetur. Itẽ Ambro. de ministeriis. C

Ambro. cap. 3. lib. de dignitate sacerdotali.

Qui pretio ordinat, lepram non officiũ cõfert.

CVm ordinaretur episcopus, quod dedit aurum fuit: quod perdidit anima fuit. cùm alium ordinaret, quod accepit, aurum

A aurum fuit: quod dedit, lepra fuit. Idem. *Ambrosius ibidem.*

De eodem.

GRatiam cùm ordinareris, non suscepisti: quia gratuitò eam nõ meruisti. Item idem de Giezi. *Ambro. ad cap. 4. Luc. lib. 4. in cõmentariis.*

De eodem.

CItò turpem sequitur lepra mercedẽ: & pecunia malè quæsita corpus animamque cõmaculat. Vides quia facto auctoris successio damnatur hæredis. Inexpiabilis est enim culpa venditi ministerij,
B & vindicta gratiæ cælestis transit in posteros. Denique Moabitæ & cæteri non intrabant ecclesiam Dei vsque in tertiam & quartam generationẽ: tandiu videlicet (vt simplicius interpretemur) donec culpam auctorum, multiplicis successio generationis aboleret. Sed cùm illi qui in Deum idolatriæ errore deliquerunt, in tertiam & quartam generationẽ videantur esse mulctati: profecto durior esse videtur sententia qua Giezi semen vsque in æternum
C pro cupiditate habendi prophetica auctoritate damnatur: præsertim cùm dominus Iesus Christus per lauacri regenerationem omnibus remissionem dedit peccatorum. Cur ergo Giezi semen in æternum damnatur? nisi vt vitiorum magis quàm generis semen sectatores intelligas. sicut enim *Deut. 24. b* *Neem. 13. a* *Matt. 28. d*

enim qui filij promissionum sunt, existi- A
mantur in semen bonum: ita etiam qui er-
roris sunt, existimantur in semen malum.
Ioan.8.f Nam & Iudæi ex patre diabolo sunt, nō
vtique carnis successione, sed criminis.
Ergo omnes cupidi, omnes auari, Giezi le-
pram cum diuitiis suis possident, & malè
quæsita mercede non tam patrimonij fa-
cultatem, quàm thesaurum criminum cō-
gregauerunt ęterno supplicio, & breui fru
a.pars. ctu. Quia ergo auctoritate Leonis pa- B
pæ simoniaci non nisi spiritum mendacij
accipiunt: secundùm Gregorium apud si-
moniacos sacerdotium non subsistit: bene-
dictio eorum in maledictionem conuertī-
tur, apud eos manet anathema dāti & acci
pienti, cùm sancti non sint, nec in Christi
cōstituti corpore. cùm sint maledicti, nec
sanctificare alios possunt nec corpus Chri
sti tradere vel accipere, nec benedicere
aliis valent. secundùm Ambrosium verò
anathematis obprobrio condemnantur, C
atque à participatione corporis & sangui-
nis Christi alienantur, cùm accipiatur au-
rum, & lepra detur: cùm inexpiabilis sit
culpa venditi ministerij: secundùm Cha l-
cedonense concilium ex tali ordinatione
nihil proficere iudicantur, secūdū Gelasiū
Simonis dānatione inuoluuntur: secundū

Gre

A Gregorium Nazianz. in sacro ordine permanere, aut rouocari nulla ratione possunt: ab Heliſæo lepra perfunduntur, à Petro in perditionem damnantur, à Christo verò de templo eiiciuntur: quid aliud simoniacus simoniaco in sua ordinatione potest conferre, nisi quod Innocentius de cęteris hæreticis testatur, dicens:

Innoc. pri. epist. 18. ad Alexãdrũ episcopum.

Qui spiritus perfectionem non habent, ipsam dare non possunt.

B QVi perfectionem spiritus sancti quã acceperant, perdiderunt, non dare eius plenitudinem possunt: quæ maximè operatur in ordinationibus: quam per suã perfidiam perdiderunt. & iterum: Qui honorem non habuit, honorem dare non potuit: nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in dante: sed damnãtionem quam habuit, per prauam manus impositionem dedit. Idem.

Idem epist. 22. ad episcopos Macedoniæ.

Idẽ ibidẽ.

Simoniacus per prauam manus impositionẽ non benedictionem; sed damnationem præstat.

C VEntum est ad tertiam quæstionẽ, quę pro sui difficultate longiorem exigit disputationem, cùm nos dicimus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionẽ habere caput. vbi vulnus infixum est, medicina est adhibenda qua possit recipere sanitatem: quæ sanitas

post

post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit: atque vbi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honorẽ locum habere non posse decernimus. nam (sicut legitur, qui tetigerit immundum, immundus erit) quomodo ei tribuetur quod munditia & puritas consueuit accipere? Sed econtra asseritur eum qui honorem amisit, honorem dare non posse: nec illũ aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verũ est certè, quia quod nõ habuit dare non potuit: damnationem vtiq; quã habuit, per prauam manus impositionem dedit. & qui particeps factus sit damnationis: quomodo honorem debeat accipere, inuenire non possum. Sed dicitur: vera & iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre potest omne vitiũ quod à vitioso fuerat iniectum: ergo si ita est, applicentur ad ordinationẽ sacrilegi, atq; omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis crimina vel vitia putantur auferri. nullus pœnitentiæ locus sit: quia potest id præstare ordinatio quod longa satisfactio præstare consueuit. Sed nostræ lex ecclesiæ venientibus ab hæreticis qui tunc illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantũmodo tribuere communionẽ cõsueuit

Leui. 15

A B C

A uit, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum surrogare. Sed obiicitur: alij hæretici à fide exorbitant: simoniaci autẽ etsi gratiam spiritus sancti venalem putant, tamẽ à fide alieni non sunt: atque ideo quod ab Innocentio de cæteris hæreticis decernitur, non valet de his cõsequenter intelligi. His ita respondetur. Simoniaci etsi fidẽ tenere videantur, infidelitatis tamen perditioni subiiciuntur. 3. pars.

Vnde beatus Ambrosius in lib. j. de pœ-
B nitentia ad Nouatianum scribit, dicens: Ambr. ca. 4. lib. 2. de pœnitẽ. aduersus Nouatianos.

Simoniaci fidei integritatem non habent.

PEtrus cùm Simon magicæ artis consuetudine deprauatus putasset & gratiam Christi per impositionem manus, & infusionẽ spiritus sancti pecunia cõpararet, ait: Non est tibi sors neq; pars in hac fide, quia cor tuum non est rectum apud Deũ. Vides quòd hũc magica vanitate blasphemantem in spiritum sanctum apostolica auctoritate condemnat: & eò magis, Actor. 8. b
C quòd puram conscientiam fidei non habebat. Item Gregorius in regesto.

Simoniacus infidelis esse probatur. Greg. epist. 53. lib. 9. ad Theodoricũ regem Erãcorum.

CVm omnis auaritia idolorum sit seruitus, quisquis hãc, & maximè in dãdis ecclesiasticis honoribus vigilanter nõ præcauet, infidelitatis perditioni subiici- Coloss. 3. a

tur,

tur, etiam si tenere fidem verbis (quam A
negat facto) videatur. Item ex epistola
Tharasij Constantinopolitani episcopi,
missa papæ Hadriano.

Simoniacorum hæresis cæteris damnabilior esse probatur.

EOs qui per pecunias manus imposuerunt vel imponũt, Petrus diuinus apostolus cuius cathedrã sortita est sanctitas vestra, tanquam Simonẽ magum deponit. Tolerabilior est enim Macedonij & B
eorũ qui circa ipsum sunt spiritus sancti
impugnatorum impia hæresis. Illi enim creaturam & seruũ Dei patris & filij spiritum sanctum delyrando fatentur, isti verò spiritum sanctum efficiunt suum seruum. Omnis enim dominus quod habet si vult vendit, siue seruum, siue aliquid aliud eorũ quæ possidet. Similiter & qui emit, dominus eius volens esse quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit. Ita & hi C
qui hanc iniquam actionẽ operãtur, detrahunt spiritui sancto: æqualiter peccantes
[f] *Mat.12.b* his qui blasphemauerũt, dicentes: Christũ in Beelzebub eiicere dæmonia, atque (vt verius dicamus) Iudæ comparantur pro-
Mat.26.b ditori, qui Iudæis occisoribus Christum vendidit. Cùm ergo spiritus sanctus consubstantialis sit Christo, eiusdẽ ipsi portio

nis

A nis erũt. & proculdubio in eis non est gratia spiritus sancti, id est sacerdotij sanctitas. nam quod nõ acceperũt, nõ habẽt. Ait enim Petrus Simoni: Non est tibi pars neque sors in sermone isto, quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Nam & vĩ cesimus nonus canon sanctorum apostolorum, & actus eorundẽ, & tertius & quartus liber Regũ alienum omnino à sacerdotio pronunciant eum qui aliquando dederit vel acceperit pecuniam in aliquo tẽpo-
B re, siue ante manus impositionẽ siue post. Accipere enim est, quadocũque accipere. Item ex concilio Bracharensi ij: *Act. 8. b*

Cap. 3.

Et qui dat, & qui accipit vt ordines sacri præstentur, anathema sit.

PLacuit vt de ordinatione clericorum episcopi munera nulla suscipiant, sed (sicut scriptum est) quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent: nõ aliquo pretio Dei gratia & impositio manuum ve-
C nundetur: quia antiqua diffinitio patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus stauit dicens: Anathema sit danti & accipienti. Propterea enim quia multis sceleribus aliquãti obruti sancto altario indignè ministrãtes, nõ hoc testimonio bonorũ operũ, sed profusione munerum obtinent, oportet non per gratiam munerũ, sed per dili-

Mat. 10. c

gentem

gentẽ prius discussionẽ, deinde per multorum testimonium clericos ordinare. A

Ex illa auctoritate beati Ambrosij & Gregorij patet, quòd simoniaci (sicut & alij hæretici) à fide exorbitant: & ideo cõsequẽter de illis intelligitur, quod de alijs 4. pars. decernitur. Itẽ opponitur quòd prophetia donũ spiritus sancti est, hoc autẽ in veteri testamento à sanctis prophetis vendi 1. Re. 9. a consueuerat. Vnde Saul ad Samuelẽ pro vaticinio expetendo non nisi cum munere 3. Re. 14. a rè ire præsumpsit. Vxor etiam Hieroboã B ad hominem Dei nõ nisi cũ munere accessit. Luc. 22. c Item Christus à Iuda venditus, auriculam serui sanauit. Exemplo itaque Saulis & vxoris Hieroboã patet quòd donũ spiritus sancti emere vel vendere non est peccatum. Exemplo Christi liquet quòd spiritus sanctus etsi iniustè à simoniacis venalis putetur, virtutis tamen suæ gratiam non obliuiscitur, nec desinit effectum suæ gratiæ etiã venditus prẽstare. Sed de prophetia beatus Hieronymus in Micheam C competenter soluit, malos tantùm accepisse, & non bonos denuncians.

Hier. ad locum Micheæ. 3

Audite hæc principes.

Mali prophetæ, nõ boni prophetiã vendebãt.

IVdices, inquit, eius in muneribus iudicabant, sacerdotes eius in mercede respondebant: & prophetæ eius in pecunijs diuinabant

A nabãt,& ſuper dominum requieſcebãt dicentes:Non ne dominus eſt in nobis? Non venient ſuper nos mala. Idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem vt cuſtodia pomarij erit. Nemo ambigat Hieruſalem propter ſcelera quę in hoc capitulo leguntur, fuiſſe ſubuerſam. Et paulò poſt: Poterat Petrus Simoni mago vendere quod petebat, imò poterat ſimulare vendentem: ſpiritus enim ſanctus nec vendi, nec emi poteſt: ſed oblatam pecu-
B niam cum offerente damnauit. Nec quẽquam moueat illud quod in primo Regũ libro legimus Saulem volentem ire ad Samuelem dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire nõ poſſe, quia pretium quod offerret pro vaticinio non haberet:& puerũ reſpondiſſe: Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecuniæ. Hanc dabo viro Dei,& annunciabit nobis viã noſtram. Non enim ſcriptum eſt quòd Samuel acceperit, aut
C quòd illi obtulerint: quin potius paſcũtur à propheta. Sed fac eum accepiſſe. ſtipes magis æſtimandæ ſunt tabernaculi, quàm munera prophetæ. Siclus enim viginti obolos habet. & quarta pars ſicli quinque ſunt oboli. Et noſtri ergo ſacerdotes ſi volũt vendere prophetiã,& columbas in cathedris ſuis proponere, quas dominus

Mich.3.d

Actu.8.d

1.Reg.9

Eze.45.d

Ioan.2.c flagello subuertit: quinque tantũ obolorũ sint mercede contenti. qui vtinã non pretia villarũ, sed quinque obolos acciperent. A

Hoc ipsum sonat & in tertio regnorũ libro, 3.Reg.14.c quòd vxor Hieroboã infirmãte filio, pergit ad Achiam hominẽ Dei, & defert ei decem panes & crustulam, & vas mellis: quia hæc magis in sumptũ prophetæ, quã muneri prophetiæ reputanda sunt: licet potuerint hi qui ad ariolos ire cõsueuerãt, ex mala eorũ consuetudine idipsum existi masse etiam de prophetis: & voluisse sanctis viris offerre, quõd diuinis offerre cõ- B

4.Re.8.b sueuerant. Vnde in quarto libro Regum legitur, quòd Helisęus venit ad Damascũ, & Benadab rex Syriæ ægrotabat, annunciaueruntque ei dicẽtes: Venit vir Dei huc. Ait rex ad Azaèlem: Tolle tecũ munera, & vade in occursum viri Dei, & consule dominum per eum, dicens: Si euadere de infirmitate hac potero? Iuit igitur Azaël in occursum eius, habens secum munera & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Sed non est credendum accepisse: sicut de eodem Helisæo legitur C quòd Naaman mundatus à lepra obtulit

Ibidem 5.c ei munera dicens: Obsecro te vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit: Viuit dominus ante quem sto, quia non

A non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquieuit. Idem in eodem.

Idē Hiero. ad ca. Michea 3

Quòd diuinatio in bonum non accipitur.

NVnquam diuinatio in bonam partem accipitur. Videbantur quidē sibi esse prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta est diuinatio. Cùm ergo secundùm Hieronymum boni prophetę non munera prophetiæ accipiebāt, sed stipes tabernaculi, mali autē quia ac-
B cipiebant: prophetiam quæ Dei erat donum, in diuinationem quæ diabolica est, conuertebant: quid aliud colligitur nisi quòd in simoniacis (quod superius dictū est) nulla spiritualis gratia cooperatur? Cùm enim in sacramentis neque qui plantat, neque qui rigat, sit aliquid, sed qui incremētum dat Deus: quis operatur in eis, si dominus qui incrementum dat, in eis nō lucet, sed est ociosus? Itē quod dicitur de Christo, quòd sicut Christus venditus au-
C riculam restituit Malcho, & fecit miracula: sic & spiritus sanctus possit vēdi, & in ipsa venditione suam gratiam operari, nō valęt hæc similitudo. Non enim operatur spiritus sanctus spiritualiter in perfidis mercimonijs auaritię, quod Christus gessit corporaliter certi mysterij causa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria

1. Cor. 3. b

Luca 22. a
Ioan. 18. b

est similitudo: cùm credatur posse vendi, sicut Christus credatur etiã spiritus sanctus posse crucifigi, quod impossibile est. Potest etiam intelligi (vt à similitudine nõ recedamus) quòd sicut Christus venditus non venditori vel ementi: sed eis qui nescientes aderant, dona suæ gratiæ contulit, pro quibus etiã in cruce supplicauit: sic & spiritus sanctus nõ vendenti vel ementi, sed his qui de manibus eorũ ignorãtia ducti sacramẽta dominica accipiunt, suę gratiæ effectum largiri probatur. Item obiicitur, quòd etsi malum sit ecclesiastica emere, tamen sæpe siniſtra principia ad felices peruenient exitus. Vt enim Iacob per supplantationem peruenit ad benedictionem: vt seges quæ leprosa manu seritur, munda tamen metitur, vt ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecunia quę per simoniam acquiritur, felicem habet exitum cùm pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum simoniacis patrocinatur. Ait enim Leo episcopus ad Mauros episcopos.

A

B

C

Luc. 23. e

Gen. 27. f

Leo pap. 1. epist. 85. ad episcopos Aphricæ.

Quæ malo inchoantur principio, non peragun tur bono exitu.

PRincipatus quem aut seditio extorsit aut ambitus occupauit: etiam si moribus aut actibus non offendit, ipsius tamẽ initij

A initij sui est pernicioſus exemplo. Et difficile est vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio. Item Gregorius Antiocheno episcopo. *Epi. 47. li. 7*

Non superædificatur bonum opus, vbi Christus fundamentum non est.

CVm Paulus dicat: Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: cõsequenter probatur, quia vbi Christus non est fundamentũ, nullius boni operis est su- *1. Cor. 3. c*

B perædificium. Idem Syagrio episcopo. *Idem Gre. Epi. 110. li. 9*

Non potest fieri eleemosyna ex pecunia simoniacè acquisita.

NOn est putãda eleemosyna si paupẽribus dispẽsetur, quod ex illicitis rebus acquiritur; quia qui hac intẽtione mala accipit vt bene dispenset, grauatur potius quã iuuetur. Vnde etiã certũ est, quia etsi monasteria, vel xenodochia, vel quid aliud ex pecunia quę pro sacris ordinibus datur, construantur: non proficit mercedi. Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum

C peccato aliquid studeamus accipere, prohibet scriptura, dicens: Hostiæ impiorum *Prou. 21. d* abominabiles sunt domino, quæ offeruntur ex scelere. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat.

Ibidem 3.b Hinc rursum scriptum est: Honora Deũ de tuis iustis laboribus. Qui ergo malè tollit, vt quasi bene præbeat: constat quia sine dubio dominũ non honorat. Hinc quo- A

Eccli 34. d que per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis: idẽ est ac si victimet filium in conspectu patris. Quantus autem dolor sit patris perpendamus, si in eius cõspectu filius victimetur: & hinc facilè cognoscitur quantus apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est sub obtẽtu eleemosynæ peccata simoniacæ hæreseos perpetrare. Nã aliud est propter peccata eleemosynas facere: aliud propter eleemosynas peccata perpetrare. & post pauca. Quisquis ergo sacerdotium nõ ad elationis pompam sed ad vtilitatem adipisci desiderat: prius vires suas cum eo quod est subiturus onere metiatur: vt si est impar, abstineat: & ad id cum metu etiam cui se sufficere existimat, accedat. Idem Theodorico & Theodeberto regibus Francorum. B C

Greg. epist. 14. lib. 7

Pastor simoniacus nullam ouibus præbet medicinam.

FErtur simoniaca hæresis (quæ prima cõtra Dei ecclesiam diabolica supplãtatione subrepsit, & in ipso ortu suo zelo aposto-

A apostolicæ vltionis percussa atque damnata est) in regni vestri finibus dominari: cũ in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. si enim vita deest, fides meritum nõ habet: beato Iacobo attestante, qui ait: Fides *Iaco. 2. c*
sine operibus mortua est. Quæ enim opera esse valeant sacerdotis qui honorem tãti sacramenti cõuincitur obtinere per prę mium? & post pauca. Hinc igitur non solũ in ordinatoris & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verùm etiam exce llẽ-
B tiæ vestræ regimen vestrorum episcoporum culpa (quorum magis intercessionibus iuuari debuerat) prægrauatur. Si enim dignus is sacerdotio creditur, cui nõ actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur: restat vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil sibi defendat industria: sed totum auri profanus honor * * *amor.*
obtineat: & dum vitia honor remunerat, in locũ vltoris is fortasse qui fuerat vlciscendus adducitur: atq; hinc sacerdotes nõ
C proficere, sed perire potius iudicantur.

Vulnerato nãque pastore quis curandis ouibus adhibet medicinam? Aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis hostium sese feriendum exponit? Aut qualem fructum de se productu-rus est, cui graui peste radix infecta est?

enim qui filij promissionum sunt, existi- A
mantur in semen bonum: ita etiam qui er-
roris sunt, existimantur in semen malum.
Ioan.8.f Nam & Iudæi ex patre diabolo sunt, nõ
vtique carnis successione, sed criminis.
Ergo omnes cupidi, omnes auari, Giezi le-
pram cum diuitiis suis possident, & malè
quæsita mercede non tam patrimonij fa-
cultatem, quàm thesaurum criminum cõ-
gregauerunt æterno supplicio, & breui fru
2.pars. ctu. Quia ergo auctoritate Leonis pa- B
pæ simoniaci non nisi spiritum mendacij
accipiunt: secundùm Gregorium apud si-
moniacos sacerdotium non subsistit: bene-
dictio eorum in maledictionem conuerti-
tur, apud eos manet anathema dãti & acci
pienti, cùm sancti non sint, nec in Christi
cõstituti corpore. cùm sint maledicti, nec
sanctificare alios possunt nec corpus Chri
sti tradere vel accipere, nec benedicere
aliis valent. secundùm Ambrosium verò
anathematis obprobrio condemnantur, C
atque à participatione corporis & sangui-
nis Christi alienantur, cùm accipiatur au-
rum, & lepra detur: cùm inexpiabilis sit
culpa venditi ministerij: secundùm Cha l-
cedonense concilium ex tali ordinatione
nihil proficere iudicantur, secũdũ Gelasiũ
Simonis dãnatione inuoluuntur: secundũ

Gre

A Gregorium Nazianz. in sacro ordine permanere, aut reuocari nulla ratione possunt: ab Helisæo lepra perfunduntur, à Petro in perditionem damnantur, à Christo verò de templo eiiciuntur: quid aliud simoniacus simoniaco in sua ordinatione potest conferre, nisi quod Innocentius de cęteris hæreticis testatur, dicens:

Innoc. pri. epist. 18. ad Alexãdrũ episcopum.

Qui spiritus perfectionem non habent, ipsam dare non possunt.

B QVi perfectionem spiritus sancti quã acceperant, perdiderunt, non dare eius plenitudinem possunt: quæ maximè operatur in ordinationibus: quam per suã perfidiam perdiderunt. & iterum: Qui honorem non habuit, honorem dare non potuit: nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in dante: sed damnãtionem quam habuit, per prauam manus impositionem dedit. Idem.

Idem epist. 22. ad episcopos Macedoniæ.

Idẽ ibidẽ.

Simoniacus per prauam manus impositionẽ non benedictionem, sed damnationem præstat.

C VEntum est ad tertiam quæstionẽ, quę pro sui difficultate longiorem exigit disputationem, cùm nos dicimus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionẽ habere caput. vbi vulnus infixum est, medicina est adhibenda qua possit recipere sanitatem: quæ sanitas

post

post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit: atque vbi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honorẽ locum habere non posse decernimus. nam Leui.15 (sicut legitur, qui tetigerit immundum, immundus erit) quomodo ei tribuetur quod munditia & puritas consueuit accipere? Sed econtra asseritur eum qui honorem amisit, honorem dare non posse: nec illũ aliquid accepisse, quia nihil in dante erat quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verũ est certè, quia quod nõ habuit dare non potuit: damnationem vtiq; quã habuit, per prauam manus impositionem dedit. & qui particeps factus sit damnationis: quomodo honorem debeat accipere, inuenire non possum. Sed dicitur: vera & iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre potest omne vitiũ quod à vitioso fuerat iniectum: ergo si ita est, applicentur ad ordinationẽ sacrilegi, atq; omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis crimina vel vitia putantur auferri. nullus pœnitentiæ locus sit: quia potest id præstare ordinatio quod longa satisfactio præstare consueuit. Sed nostræ lex ecclesiæ venientibus ab hæreticis qui tunc illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantũmodo tribuere communionẽ cõsueuit

A

B

C

A uit, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum surrogare. Sed obiicitur: alij hæretici à fide exorbitant: simoniaci autẽ etsi gratiam spiritus sancti venalem putant, tamẽ à fide alieni non sunt: atque ideo quod ab Innocentio de cæteris hæreticis decernitur, non valet de his cõsequenter intelligi. His ita respondetur. Simoniaci etsi fidẽ tenere videantur, infidelitatis tamen perditioni subiiciuntur. 3. pars.

B Vnde beatus Ambrosius in lib. j. de pœnitentia ad Nouatianum scribit, dicens: Ambr. ca. 4. lib. 2. de pœnitẽ. aduersus Nouatianos.

Simoniaci fidei integritatem non habent.

PEtrus cùm Simon magicæ artis consuetudine deprauatus putasset ꝙ gratiam Christi per impositionem manus, & infusionẽ spiritus sancti pecunia cõpararet, ait: Non est tibi sors neq; pars in hac fide, quia cor tuum non est rectum apud Deũ. Vides quòd hũc magica vanitate blasphemantem in spiritum sanctum apostolica auctoritate condemnat: & cò magis, Actor. 8. b

C quòd puram conscientiam fidei non habebat. Item Gregorius in regesto.

Simoniacus infidelis esse probatur. Greg. epist. 53. lib. 9. ad Theodoricũ regem Erãcorum.

CVm omnis auaritia idolorum sit seruitus, quisquis hãc, & maximè in dãdis ecclesiasticis honoribus vigilanter nõ præcauet, infidelitatis perditioni subiici- Coloss. 3. a

tur,

tur, etiam si tenere fidem verbis (quam A
negat facto) videatur. Item ex epistola
Tharasij Constantinopolitani episcopi,
missa papæ Hadriano.

Simoniacorum hæresis cæteris damnabilior esse probatur.

EOs qui per pecunias manus imposuerunt vel imponũt, Petrus diuinus apostolus cuius cathedrã sortita est sanctitas vestra, tanquam Simonẽ magum deponit. Tolerabilior est enim Macedonij & B
eorũ qui circa ipsum sunt spiritus sancti
impugnatorum impia hæresis. Illi enim creaturam & seruũ Dei patris & filij spiritum sanctum delyrando fatentur, isti verò spiritum sanctum efficiunt suum seruum. Omnis enim dominus quod habet si vult vendit, siue seruum, siue aliquid aliud eorũ quæ possidet. Similiter & qui emit, dominus eius volens esse quod emerit; per pretium pecuniæ illud acquirit. Ita & hi qui hanc iniquam actionẽ operãtur, detra- C
hunt spiritui sancto: æqualiter peccantes
[a] Mat.12.b his qui blasphemauerũt, dicentes: Christũ in Beelzebub eiicere dæmonia, atque (vt verius dicamus) Iudæ comparantur pro-
[b] Mat.26.b ditori, qui Iudæis occisoribus Christum vendidit. Cùm ergo spiritus sanctus consubstantialis sit Christo, eiusdẽ ipsi portio

nis

A nis erũt. & proculdubio in eis non est gratia spiritus sancti, id est sacerdotij sanctitas. nam quod nõ acceperũt, nõ habẽt. Ait enim Petrus Simoni: Non est tibi pars neque sors in sermone isto, quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Nam & vicesimus nonus canon sanctorum apostolorum, & actus eorundẽ, & tertius & quartus liber Regũ alienum omnino à sacerdotio pronunciant eum qui aliquando dederit vel acceperit pecuniam in aliquo tẽpo-
B re, siue ante manus impositionẽ siue post. Accipere enim est, quadocũque accipere.

Act. 8. b

Item ex concilio Bracharensi ij.

Cap. 3

Et qui dat, & qui accipit vt ordines sacri præstentur, anathema sit.

PLacuit vt de ordinatione clericorum episcopi munera nulla suscipiant, sed (sicut scriptum est) quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent: nõ aliquo pretio Dei gratia & impositio manuum venundetur: quia antiqua diffinitio patrum
C ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens: Anathema sit danti & accipienti. Propterea enim quia multis sceleribus aliquãti obruti sancto altario indignè ministrãtes, nõ hoc testimonio bonorũ operũ, sed profusione munerum obtinent, oportet non per gratiam munerũ, sed per diligentem

Mat. 10. c

gentẽ prius discussionẽ, deinde per multorum testimonium clericos ordinare. A

Ex illa auctoritate beati Ambrosij & Gregorij patet, quòd simoniaci (sicut & alij hæretici) à fide exorbitant: & ideo cõsequẽter de illis intelligitur, quod de alijs
4. pars. decernitur. Itẽ opponitur quòd prophetia donũ spiritus sancti est, hoc autẽ in veteri testamento à sanctis prophetis vendi
1. Re. 9. a consueuerat. Vnde Saul ad Samuelẽ pro vaticinio expetendo non nisi cum mune-
3. Re. 14. a rè ire præsumpsit. Vxor etiam Hieroboã B ad hominem Dei nõ nisi cũ munere accesLuc. 22. c sit. Item Christus à Iuda venditus, auriculam serui sanauit. Exemplo itaque Saulis & vxoris Hieroboã patet quòd donũ spiritus sancti emere vel vendere non est peccatum. Exemplo Christi liquet quòd spiritus sanctus etsi iniustè à simoniacis venalis putetur, virtutis tamen suæ gratiam non obliuiscitur, nec desinit effectum suæ gratiæ etiã venditus prẽstare. Sed de pro-
Hier. ad locum Micheæ. 3 phetia beatus Hieronymus in Micheam C competenter soluit, malos tantùm accepisse, & non bonos denuncians.

Audite hæc principes.

Mali prophetæ, nõ boni prophetiã vendebãt.

IVdices, inquit, eius in muneribus iudicabant, sacerdotes eius in mercede respondẽbant: & prophetæ eius in pecunijs diuinabant

A nabãt,& ſuper dominum requieſcebãt dicentes:Non ne dominus eſt in nobis? Non venient ſuper nos mala. Idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem vt cuſtodia pomarij erit. Nemo ambigat Hieruſalem propter ſcelera quę in hoc capitulo leguntur, fuiſſe ſubuerſam. Et paulò poſt: Poterat Petrus Simoni mago vendere quod petebat, imò poterat ſimulare vendentem: ſpiritus enim ſanctus nec vendi, nec emi poteſt: ſed oblatam pecu-
B niam cum offerente damnauit. Nec quẽquam moueat illud quod in primo Regũ libro legimus Saulem volentem ire ad Samuelem dixiſſe puero ſuo, ad eum ſe ire nõ poſſe, quia pretium quod offerret pro vaticinio non haberet:& puerũ reſpondiſſe: Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſicli pecuniæ. Hanc dabo viro Dei,& annunciabit nobis viã noſtram. Non enim ſcriptum eſt quòd Samuel acceperit, aut
C quòd illi obtulerint: quin potius paſcũtur à propheta. Sed fac eum accepiſſe. ſtipes magis æſtimandæ ſunt tabernaculi, quàm munera prophetæ. Siclus enim viginti obolos habet.& quarta pars ſicli quinque ſunt oboli. Et noſtri ergo ſacerdotes ſi volũt vendere prophetiã,& columbas in cathedris ſuis proponere, quas dominus

Mich.3.d

Actu.8.d

1.Reg.9

Eze.45.d

Ioan.2.c flagello subuertit: quinque tantũ obolorũ sint mercede contenti. qui vtinã non pretia villarũ, sed quinque obolos acciperent. A

Hoc ipsum sonat & in tertio regnorũ libro, quòd vxor Hieroboã infirmãte filio, pergit ad Achiam hominẽ Dei, & defert ei decem panes & crustulam, & vas mellis: quia hæc magis in sumptũ prophetæ, quã muneri prophetiæ reputanda sunt: licet potuerint hi qui ad ariolos ire cõsueuerãt, ex mala eorũ consuetudine idipsum existimasse etiam de prophetis: & voluisse sanctis viris offerre, quod̃ diuinis offerre cõsueuerant. B

3.Reg.14.c

4.Re.8.b

Vnde in quarto libro Regum legitur, quòd Helisęus venit ad Damascũ, & Benadab rex Syriæ ægrotabat, annunciaueruntque ei dicẽtes: Venit vir Dei huc. Ait rex ad Azaëlem: Tolle tecũ munera, & vade in occursum viri Dei, & consule dominum per eum, dicens: Si euadere de infirmitate hac potero? Iuit igitur Azaël in occursum eius, habens secum munera & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Sed non est credendum accepisse: sicut de eodem Helisæo legitur quòd Naaman mundatus à lepra obtulit ei munera dicens: Obsecro te vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit: Viuit dominus ante quem sto, quia C

Ibidem 5.c

non

A non accipiam. Cumque vim faceret, penitus non acquieuit. Idem in eodem.

Idē Hiero ad ca. Michea 3

Quòd diuinatio in bonum non accipitur.

NVnquam diuinatio in bonam partem accipitur. Videbantur quidē sibi esse prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum facta est diuinatio. Cùm ergo secundùm Hieronymum boni prophetę non munera prophetiæ accipiebāt, sed stipes tabernaculi, mali autē quia ac-
B cipiebant: prophetiam quæ Dei erat donum, in diuinationem quæ diabolica est, conuertebant: quid aliud colligitur nisi quòd in simoniacis (quod superius dictū est) nulla spiritualis gratia cooperatur? Cùm enim in sacramentis neque qui plantat, neque qui rigat, sit aliquid, sed qui incremētum dat Deus: quis operatur in eis, si dominus qui incrementum dat, in eis nō lucet, sed est ociosus? Itē quod dicitur de Christo, quòd sicut Christus venditus au-
C riculam restituit Malcho, & fecit miracula: sic & spiritus sanctus possit vēdi, & in ipsa venditione suam gratiam operari, nō valet hæc similitudo. Non enim operatur spiritus sanctus spiritualiter in perfidis mercimonijs auaritię, quod Christus gessit corporaliter certi mysterij causa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria

1. Cor. 3. b

Luca 22. c
Ioan. 18. b

est similitudo: cùm credatur posse vendi, sicut Christus credatur etiã spiritus sanctus posse crucifigi, quod impossibile est. Potest etiam intelligi (vt à similitudine nõ recedamus) quòd sicut Christus venditus non venditori vel ementi: sed eis qui nescientes aderant, dona suæ gratiæ contulit, pro quibus etiã in cruce supplicauit: sic & spiritus sanctus nõ vendenti vel ementi, sed his qui de manibus eorũ ignorãtia ducti sacramẽta dominica accipiunt, suę gratiæ effectum largiri probatur. Item obiicitur, quòd etsi malum sit ecclesiastica emere, tamen sæpe siniſtra principia ad felices peruenium exitus. Vt enim Iacob per supplantationem peruenit ad benedictionem: vt seges quæ leprosa manu seritur, munda tamen metitur, vt ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur: sic & pecuniã quę per simoniam acquiritur, felicem habet exitum cùm pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum simoniacis patrocinatur. Ait enim Leo episcopus ad Mauros episcopos.

Luc. 23. e *Gen. 27. f* *Leo pap. 1. epist. 25. ad episcopos Aphrica.*

Quæ malo inchoantur principio, non peragun tur bono exitu.

PRincipatus quem aut seditio extorsit aut ambitus occupauit: etiam si moribus aut actibus non offendit, ipsius tamẽ initij

A initij sui est pernicioſus exemplo. Et difficile est vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio. Item Gregorius Antiocheno episcopo. *Epi. 47. li.*

Non superædificatur bonum opus, vbi Christus fundamentum non est.

CVm Paulus dicat: Fundamentū aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: cōsequenter probatur, quia vbi Christus non est fundamentū, nullius boni operis est su- *1. Cor. 3. c*

B perædificium. Idem Syagrio episcopo. *Idem Gre Epi. 110. li.*

Non potest fieri eleemosyna ex pecunia simoniacè acquisita.

NOn est putāda eleemosyna si pauperibus dispēsetur, quod ex illicitis rebus acquiritur: quia qui hac intētione mala accipit vt bene dispenset, grauatur potius quā iuuetur. Vnde etiā certū est quia etsi monasteria, vel xenodochia, vel quid aliud ex pecunia quę pro sacris ordinibus datur, construantur: non proficit mercedi. Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum

C peccato aliquid studeamus accipere, prohibet scriptura, dicens: Hostiæ impiorum *Prou. 21.* abominabiles sunt domino, quæ offeruntur ex scelere. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat.

Ibidem 2.b Hinc rursum scriptum est: Honora Deũ de tuis iustis laboribus. Qui ergo malè tollit, vt quasi bene præbeat: conitat quia sine dubio dominũ non honorat. Hinc quo- *Eccli 34. d* que per Salomonem dicitur: Qui offert sacrificium de substantia pauperis: idẽ est ac si victimet filium in conspectu patris. Quantus autem dolor sit patris perpenda mus, si in eius cõspectu filius victimetur: & hinc facilè cognoscitur quantus apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est sub obtẽtu eleemosynæ peccata simoniacæ hæreseos perpetrare. Nã aliud est propter peccata eleemosynas facere: aliud propter eleemosynas peccata perpetrare. & post pauca. Quisquis ergo sacerdotium nõ ad elationis pompam sed ad vtilitatem adipisci desiderat: prius vires suas cum eo quod est subiturus onere metiatur: vt si est impar, abstineat: & ad id cum metu etiam cui se sufficere existimat, accedat. Idem Theodorico & Theo *Gre. epist. 14. lib. 7* deberto regibus Francorum.

A

B

C

Pastor simoniacus nullam ouibus præbet medicinam.

FErtur simoniaca hæresis (quæ prima cõtra Dei ecclesiam diabolica supplãtatione subrepsit, & in ipso ortu suo zelo

apost-

A apostolicæ vltionis percussa atque damna
ta est)in regni vestri finibus dominari: cũ
in sacerdotibus fides sit eligenda cum vi-
ta. si enim vita deest, fides meritum nõ ha-
bet: beato Iacobo attestante, qui ait: Fides *Iaco.2.c*
sine operibus mortua est. Quæ enim ope-
ra esse valeant sacerdotis qui honorem tã
ti sacramenti cõuincitur obtinere per prę
mium? & post pauca. Hinc igitur non solũ
in ordinatoris & ordinati animam letha-
B le vulnus infligitur, verùm etiam excellẽ-
tiæ vestræ regimen vestrorum episcopo-
rum culpa(quorum magis intercessioni-
bus iuuari debuerat)prægrauatur. Si enim
dignus is sacerdotio creditur, cui nõ actio
nis merita, sed præmiorum copia suffra-
gatur: restat vt nihil sibi in ecclesiasticis
honoribus grauitas, nihil sibi defendat in
dustria: sed totum auri profanus honor * * *amor.*
obtineat: & dum vitia honor remunerat,
in locũ vltoris is fortasse qui fuerat vlcis
C cendus adducitur: atq; hinc sacerdotes nõ
proficere, sed perire potius iudicantur.

Vulnerato nãque pastore quis curandis
ouibus adhibet medicinam? Aut quomo-
do populum orationis clypeo tueatur, qui
iaculis hostium sese feriendum expo-
nit? Aut qualem fructum de se productu-
rus est, cui graui peste radix infecta est?

Maior ergo metuenda eſt locis illis calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in ſe iracundiam prouocant, quam per ſemetipſos placare debuerant. Cùm ergo ſecũdùm Leonem ſimonia non bono peragatur exitu: ſecundùm Gregorium nullum boni operis ſequatur ædificium: nec eſt putanda eleemoſyna quæ ex pretio ſimoniæ erogatur pauperibus: vulnerato paſtore medicina non adhibetur curandis ouibus: de infecta radice fructus non producitur, maior etiam calamitas in futuro metuitur: ergo de tã ſiniſtro principio qs felix exitus ſperatẽ? Hinc etiã Auguſtinus ait: A B

Simoniacorũ ſacramenta effectu gratiæ carẽt.

SIcut eunuchus fuit qui Ioſeph compauit: ita qui gratiam mercatur, viuũ ſemen nõ habet ſiccis genitalibus. Sic quo que ignis ſacrificij qui per ſeptuaginta annos Babylonicæ captiuitatis ſub aqua vixerat, extinctus eſt Antiocho Iaſoni vendente ſacerdotium: quod ſignificauit ſpiritus ſancti ignem non lucere in ſimoniacis ſacramentis. Quid in his ſimilitudinibus beatus Auguſtinus notare voluit, niſi quia ſacramenta ſimoniacorum (ſicut & cæterorum hæreticorum) licet ſint vera quantum ad formam, inania tamẽ & falſa ſunt

2. Mac. 1. f. & 4. a

C

quan

A quantum ad effectum, cùm non possint in cordibus hominum gignere vel accendere cælestem gratiam? Sed obiicitur illud Augustini contra hæreticos. *Aug. tra. 5. super euã ge. Ioan.*

Siue bonus siue malus sit minister: per vtrunque effectus gratiæ confertur.

SI iustus fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam non quærit, dicens: Ego plantaui, Apollo rigauit: Deus autem incrementum dedit. Qui verò superbus fuerit minister, cum Zabulo *s. pars. 1. Cor. 3. b*

B computabitur: sed non contaminatur donum Christi: quia per illum purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non potest: etsi per lapideos canales transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur: sed ortus plurimum fructum affert. Spiritualis enim virtus sacramẽti, vt lux pura ab illuminandis excipitur: sed per immundos transiens non coinquinatur.

C Idem ad Vincentium Donatistam. *Aug. epist. 48. to. 2*

De eodem.

EX catholica ecclesia sunt omnia sacramenta dominica: quæ sicut habetis & datis, sic habebantur & dabãtur priusquã inde exiretis. Itẽ ad Donatistas. *De eodẽ.*

SIc autem Deus adest sacramẽtis & verbis suis per quoscunque administrẽtur

quorum sacramenta & verba recta sunt: A
sicut mali homines, quibus nihil prosunt, vbique peruersi sunt, id est intus & foris. Idem.

NEc foris ergo nec intus quisquã qui ex patre diabolo est, potest in se, vel in quoquam maculare sacramẽtum quod Christi est. Idem ad Demetrium.

Sacramenta quæ non mutantur, catholicis & hæreticis communia probantur.

SAcramenta quæ non mutastis, sicut habetis approbantur à nobis: ne fortè cũ B
vestram prauitatem corrigere volumus, illis mysteriis quę in vestra prauitate deprauata non sunt, sacrilegam faciamus iniuriam. Neque Saul deprauauerat vnctionem quam acceperat: cui vnctioni Dauid pius sæpius exhibuit tantum honorem. Idem ad Donatistas.

Aug. c. 13. lib. 1. de baptismo contra Donatistas, to. 7

De eodem.

SIcut ficti veraciter nõ fictè recipiunt, nec eorũ baptisma reprobatur: sic & illa quæ schismatici & hæretici non aliter C
habẽt, nec aliter agũt quã vera ecclesia: dũ ad nos veniunt, nõ emẽdamus, sed potius approbamus. Idem contra Petilianum.

Non effugiantur sacramenta à quocunque ministrentur.

NEque in homine bono aliquis Dei sacramẽta fugiat, neque in homine malo. Idem

A lo. Idem in libro de baptismo, li. 6. c. 44.

Hominum malitia sacramenta non profanat.

NOn ne Sodomitę Ethnici erāt, id est Gentiles? peiores ergo Iudæi, quibus dominus dicit: Tolerabilius erit Sodomis in die iudicij, quàm vobis. & quibus propheta dixit: Iustificastis Sodomam, id est comparatione vestri iusta facta est. Nũ quid tamen ideo sacramenta diuina quæ apud Iudæos erant, talia erant quales & ipsi erant? quæ dominus quoq; ipse susce-
B pit: & ad ea celebranda leprosos quos mũ dauerat, misit: & ea Zachariæ thinistranti, angelus astitit: eumque in templo sacrificantem exauditum esse nunciauit. Hæc eadem sacramenta, & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis peioribus quàm sint Ethnici, quandoquidem in malitia prælati sunt Sodomitis: & tamen illa sacramenta erant in vtrisque integra & diuina. Nam & ipsi Gẽtiles si quid diuinum & rectũ in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauerunt sancti viri: quamuis illi per suas superstitiones & idololatriàm superbiamque, & cæteros perditos mores detestandi essent: & nisi corrigerentur, diuino iudicio puniendi. Idem.

Matt. 10. b

Eze. 16 f

Luc. 1. b

C

Aug. cap. 16. libr. 3. de baptismo.

Sacramenta mali habere possunt, licet virtutem spiritus sancti habere non possunt.

Multæ

MVltæ autem operationes sunt spiritus sancti: quas cùm Apostolus in quodam loco commemorasset, ita conclusit: Omnia autẽ hæc operatur vnus & idẽ spiritus, diuidens singulis prout vult. Cũque aliud sit sacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit: & aliud prophetia, quæ in malis hominibus etiã fieri solet, vt in Saul: aliud operatio eiusdẽ spiritus sancti, quam nisi boni habere nõ possunt, id est charitas: quodlibet horum hæretici & schismatici accipiunt. Charitas quæ operit multitudinẽ peccatorum, proprium donum est catholicę vnitatis & pacis: nec est in omnibus donũ eius: quia nec omnes sunt eius. Idem. A B

aug.li.3.capi.18.de baptismo.

Licet sacramenta mali ministrent, remissionem peccatorum non præstant.

REmissionem peccatorum auari non dant: quæ per orationem, id est per columbæ gemitum datur, quicunq; baptizat, si tamen ad eius pacem illi pertinent quibus datur: non enim raptoribus & fœneratoribus dixit dominus: Si cui dimiseritis peccata: dimittuntur illi. si cui tenueritis: tenebuntur. Foris quidem nec ligari aliquis potest, nec solui: vbi non sit qui alium ligare possit aut absoluere: sed soluitur qui cum columba fecit pacẽ: & ligatur C

Ioan.20.c

qui

A qui cum columba non habet pacem: siue apertè foris sit, siue intus esse videatur. Si ergo sacramenta in modũ lucis ab immundis coinquinari non possunt: si in modum puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt: patet quòd simoniaci sacramentum vnctionis sibi quidem inutiliter & perniciosè habent, aliis vtiliter & salubriter eandem vnctionẽ administrãt. Sicut ergo sunt vera sacramenta hæreticorum quantum ad formam: ita sunt ve-
B ra & non inania quantum ad effectũ. Sed notandum est quòd sacramentorum alia sunt necessitatis, alia dignitatis. Quia enim necessitas non habet legem, sed ipsa sibi facit legem: illa sacramenta quæ saluti sunt necessaria, quia iterari nõ possunt, cùm sint vera: auferri vel amitti nõ debẽt: sed cum pœnitẽtia rata esse permittũtur. Illa verò sacramenta quæ sunt dignitatis, nisi dignè fuerint administrata, ita vt di-
C gni dignè à dignis promoueantur: dignitates esse desinunt: non vt minuatur veritas sacramenti, sed vt cesset officium administrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione. Loco, vt ait Leo.

6. pars.

Leo pap. 1 epi. 90. ad Rusticum episcopum.

De his qui à pseudo episcopis ordinantur.

SI qui à pseudo episcopis ordinati fuerint, potest rata haberi talis ordinatio, ita

ita vt in ipsis ecclesiis perseuerent. aliter vana habenda est talis ordinatio. Ecce aliquis à pseudo episcopis ordinatus, si locũ suæ ordinationis mutauerit, vana est: & sine administratione erit talis ordinatio. Tempore, vt ait Innocentius de ordinatis à Bonoso hæretico. A

Inno. 1.epi. 22.ca.5

Quæ pro necessitate conceduntur, eadem cessante cessabunt.

QVod pro necessitate temporis statutũ est, cessante necessitate debet cessare pariter quod vrgebat: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio. Ergo aliquis alio tempore ab eo qui Bonoso similis sit ordinatus, cessabit ab administratione: quæ pro necessitate illius tẽporis fuit permissa. Item promotione, vt ait Leo. B

Leo pa.1 3.epist. ad Iulianum.

Qui ab hæreticis redeunt, sine spe promotionis in suis ordinibus recipi possunt.

SI quis hæreticæ communionis contagione se maculauerit, hoc in magno beneficio habeat, si adẽpta sibi omni spe promotionis, in quo inuenitur ordine permaneat. Ecce si clericus vel ordinatione vel quolibet sacramẽto hæreticis communicat: cessans à promotione vix in suo ordine perseuerat. Non est enim de sacramẽto hoc, vt de cæteris. Cætera enim vel ad culpas abluendas dantur, vt baptismus & pœniten C

A nitentia: vel pro culpis nõ in æternum sed ad horam negantur, vt Eucharistia, quæ in articulo mortis pœnitenti etiam de nefariis peccatis conceditur. hoc non solùm pro culpa, sed etiam pro infamia, interdũ etiã pro munditiæ suæ imminuta vel extrinsecæ vel intrinsecæ perfectionis prærogatiua, vt digamis, vel viduæ maritis, vel illiteratis, vel corporis qualibet parte vitiatis denegatur: quibus tamen baptismus vel Eucharistia non negatur. Potest
B etiam talis cætera sacramenta sacerdotaliter administrare, qui istud solum non valet conferre. Vnde Leo ait:

Idem Leo epist. 85. ad episcopos Aphricanos.

De episcopis qui talem consecrant, qualem consecrare non licet.

SI qui episcopi talem consecrauerint sacerdotem, qualem non liceat esse: etiã si aliquo modo damnum proprij honoris euaserint: ordinationis tamen ius vlterius non habebunt: nec illi vnquam sacramento intererunt quod immerito pręstiterũt.
C Ecce cùm honoris periculum euadãt, vt cætera sacramenta sacerdotaliter administrare admittantur: ab hoc solo non modò pro hæresi vel pro qualibet maiori culpa, sed etiam pro negligentia remouentur. In quibus omnibus solicitè notandum est, q̃ sacramentum sacerdotalis promotionis

præ

præ cæteris omnibus magis accuratè & dignè dandum vel accipiendum est: quia nisi ita collatum fuerit, eò desinet esse ratum, quò non fuerit ritè perfectum. Cætera enim sacramenta vnicuique propter se dantur, & vnicuique talia fiunt, quali corde vel conscientia accipiuntur. Istud solũ non propter se solũ, sed propter alios datur: & ideo necesse est, vt vero corde mundaque conscientia quãtum ad se sumatur, quantum ad alios verò non solũ sine omni culpa, sed etiam sine omni infamia propter scandalum fratrum, ad quorum vtilitatem non solùm vt præsint, sed etiam vt prosint, sacerdotium datur. Vnde Hieronymus in Micheam.

A

B

Ad cap. 3. in commentariis.

Simoniaci rei sunt infidelitatis eorum qui à se scandalizantur.

HI quoscunque de asseclis suis ordinãtes, & vitam eorum in scãdalum populi exponentes: rei sunt infidelitatis eorum qui scandalizãtur. Reuera enim qui ad hoc eliguntur vt cæteris præsint: sicut præordinantur dignitatè, sic præeminere debent sanctitate. Alioquin cur cæteris præferuntur, qui nulla meritorum gratia à cæteris assumuntur? Hinc etiam Symmachus Laurentio Mediolanẽsi episcopo.

C

Sicut honore, ita & scientia quisque præcellere

A *cellere debet.*

Vllissimus computandus est nisi præcellat scientia & sanctitate, qui est honore præstantior. Patet ergo illud Augustini, sacramenta videlicet Christi per hæreticos ministrata, suo non carere effectu, non de omnibus intelligi generaliter, sed de sacramento baptismi. Vnde idem Augustinus ait. *7. pars.* *Au. trac. 5. in Ioan.*

Baptismus siue per bonum, siue per malum ministretur, reiterari non debet.

B DEdit baptismum Iudas, & non baptizatum est post Iudam: dedit Ioannes, & baptizatum est post Ioannem: quia qui datus est à Iuda, baptismus Christi est: qui à Ioanne, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, sed baptismum Christi etiam per Iudę manus datum baptismo Ioannis rectè prę ponimus. Item quos Iudas baptizauit, & Christus. sic ergo quos baptizat ebrius, homicida, adulter: Christus baptizat. Itẽ *Ibi. paulo inferius.*

C sacramentum ecclesię tam magnum est, vt nec ab homicidia ministrante polluatur.

Idem contra Donatistas. *De eodem.* *Au. cap. 4 lib. 4. de baptismo.*

SIcut vrgeri videor dum mihi dicitur, ergo hæreticus dimittit peccatum, cùm iustè baptizat: sic & ego vrgeo dum dico: ergo auarus religionis simulator peccata dimittit. Si per vim sacramenti: sicut ille,

ita & ille. & si per meritum suum: nec ille, nec ille. Illud enim sacramentum Christi, & in malis hominibus esse cognoscitur. In corpore autem vnicæ columbæ immaculatæ, nec ille, nec ille inuenitur: vt si cuius manus esset arida, verum quidem esset membrum, quamuis sine sanguine & inefficax esset & mortuum. sic & fides cùm sit vera, tamen sine operibus mortua est. Item sic in hæresi baptizatus in nomine sanctæ trinitatis, non fit tamen templum Dei si ab hæresi non recesserit, quoniam neque in auaritia in eodem nomine baptizatus fit templum Dei, si ab auaritia non recedat, quæ est idolorum seruitus. A B

8. pars. Ex his itaque verbis apparet baptisma, quod ab hæreticis tribuitur, virtute sua remissionem conferre peccatorum. Sed idem Augustinus econtra testatur in libro de baptismo, dicens. C

c cap. 1. lib. 6 d e baptis.

Baptisma Christi etsi nulla peruersitate violetur: apud hæreticos tamen caret effectu. D

ETiam corde tardiores intelligunt baptismum Christi nulla peruersitate dãtis vel accipientis posse violari. Sed quia aliud est sacramentum ab effectu sacramenti: cùm eos qui in ipsa vnitate ecclesiæ perditè viuunt, constet remissionem peccatorum, nec dare nec habere posse: quia non

malig

A malignis, sed bonis filiis dictum est: Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur: cui tenueritis, tenebuntur: patet ergo hæreticos tantùm dare vel accipere sacramentum baptismi, & non dare remissionem peccatorum. Idem in verbis domini de blasphemia spiritus sancti. *Matt. 6.b* *Augu. sermone 11 tomo 10*

CORporalia sacramenta quæ portant & celebrant etiam segregati ab vnitate corporis Christi, formam habere pietatis possunt: virtus verò inuisibilis & spiri
B tualis, ita in eis esse non potest: quemadmodum sensus non sequitur membrum quando amputatur à corpore. Item Ambrosius in libro de initiandis rudibus. *Ambr. de iis qui mysteriis initiantur.*

De eodem.

NOn sanat baptismus perfidorum: non mundat, sed polluit: qui in diluio aquarum ad dominum non approximabũt: quia vt per Apostolum dicitur: Quicquid non est ex fide peccatum est. & ipsis qui faciunt, & quibus faciunt, non solùm nõ pro
C dest, sed & ad iudicium est. Item Leo ad Nicetem episcopum *Cap. 4.* *Rom. 14* *Leo pa. 1 epist. 77 ad Nicetam ca. 1*

Per manus impositionem & confirmentur qui ab hæreticis baptisma accipiunt.

HI qui baptisma ab hæreticis accepe-runt cùm antea baptizati nõ fuissent: sola spiritus sancti, inuocatione per im-

positionem manus confirmandi sunt: quia A
formam tantùm baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. & hanc regulã (vt scitis) seruandam in omnibus ecclesiis prædicamus, vt lauacrum semel initum nulla iteratione violetur: dicẽte Apostolo:
Ephe. 4.a Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. cuius ablutio nulla iteratione temeranda est, sed (vt diximus) sola sanctificatio spiritus sancti inuocanda: vt quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus conse C
9. pars. quatur. Sed notandum est quòd hæretici, vt Ariani & Sabelliani, quorum alij inę qualitatem, alij indiscretionem personarum confitebantur: baptisma non in forma ecclesiæ, sed suæ peruersitatis ministrabant. De his specialiter Ambrosius locutus est dicens: Non sanat baptismus hęreticorum, &c. sed etiam rebaptizentur & re
Cap. 19 Nicẽni. ordinentur, &c. Vnde in concilio Nicẽ. statutum est.

Rebaptizentur & reordinẽtur qui de Paulianistis & Cataphrygis ad ecclesiam redeunt. B

SI quis confugerit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphrygis, statutum est rebaptizari eos omnino debere. Si qui verò clerici erant apud eos: si quidem inculpati fuerint & irreprehẽsibiles, rebaptizandi sunt: & rursus etiam ab epi-

sco

A scopo ecclesiæ catholicæ ordinentur. Si verò examinati minus apti fuerint deprehensi: deponi eos oportet. Similiter autem & circa diaconos, & de omnibus qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur. Item iunocentius.

Inno. pa. 1 epist. 22. capit. 5. ad episco. Macedonia.

De eodem.

PAulianistæ in nomine patris & filij, & spiritus sancti minimè baptizant, & Nouatiani eisdem nominibus tremẽdis baptizant: nec apud istos de vnitate potesta-
B tis diuinæ, hoc est patris & filij & spiritus sancti, quæstio aliquando commota est, &c. Alij formam ecclesiæ in baptizando seruant: sed dum ab eis baptizantur qui in hæresi vel schismate eis communicant: sacramentum quidem baptismi ab eis accipiunt: virtutem verò non consequuntur quam sine fide nullus consequi potest. vnde de domino dicitur quòd in patria sua non poterat facere signum propter incre-
C dulitatem eorum. Vnde Augustinus in homil. lxxx.

Luc. 4. ad Au. trac. 80. ad cap. 15. Ioannis.

Dum verbum accedit ad elementum, fit sacramentum.

DEtrahe verbum ab aqua, quid erit nisi aqua? accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor

abluat, nisi faciente verbo? non quia dici- A
tur, sed quia creditur. Nam & in ipso ver-
bo aliud est sonus transiens: aliud virtus
Cap. 27 manens. De his etiam qui in hæresi vel
schismate baptizantur, scribit August. ad
Petrum diaconum, dicens.

Extra ecclesiam baptizati perniciem sibi cumulant, si ad ecclesiam non redierint.

FIrmissimè tene, & nullatenus dubites
extra ecclesiam baptizatis si ad eccle-
siam nõ redierint, baptismo cumulari per-
niciem. Tantum enim valet ecclesiasticæ B
societatis communio ad salutem, vt baptis
mo non saluetur, cùm ibi non datur vbi o-
Aug. trac. portet vt detur. Idem.
13. super Io annem.

Inutilia sunt dona quæ præter vnitatem eccle sia habentur.

TEneamus fratres mei vnitatem. Præ
ter vnitatem etiam qui facit miracu-
lũ, nihil est. In vnitate erat populus Israel,
Exo. 7. d & non faciebat miracula. Pręter vnitatem
erant magi Pharaonis, & faciebant similia C
Moysi. Populus Israël (vt dixi) non facie-
bat miracula. Qui erãt saluãdi apud Deũ?
qui faciebant miracula, an qui non facie-
Acto. 9. g bant? Petrus apostolus resuscitauit mor-
tuum. Simon magus fecit multa. Erãt qui
dam Christiani qui non poterant facere
quod faciebat Petrus, nec quod faciebat
Simon:

A Simon: sed inde gaudebant, quia nomina eorum scripta erant in cælis. Item Leo ad Nicetem episcopum. *Leo pa. 1. epist. 77. ca. 7*

Baptisma semel traditum, amplius non est reiterandum.

HAnc regulam conseruandam in omnibus ecclesiis prædicamus, vt lauacrum semel initum, nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma: cuius ablutio nulla re iteratione violãda est: sed sola spiritus san *Eph. 4. a*
B ctificatio inuocanda, vt quod ab hæreticis nemo accepit, à catholicis sacerdotibus cõ sequatur. Nemo in hæresi vel schismate constitutus intelligendus est. Cæterùm si cum fidei integritate, & animi puritate de manu hæreticorum in forma ecclesiæ aliquis baptisma acceperit, tunc impletur illud Augustini. Per lapideum canalem aqua transit ad areolas. & iterum: Spiritualis virtus sacramenti, &c. Item in libro *10. pars.*
C de blasphemia spiritus sancti. *Aug. trac. 5. in Ioan.*

Etiam per malos boni colliguntur.

SPiritus sanctus in sancta ecclesia etiam in isto tempore quo velut granum atteritur cum palea, sic operatur, vt nullius veram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, vt etiam per illorum ministerium probos

colligat. Ecce quandoque ab hæreticis baptisma cum sua virtute accipitur: cuius tam necessaria administratio est, vt nec etiam à paganis datum possit reiterari. Vnde in ecclesiastica historia legitur, quòd Alexander episcopus Alexandrię cùm Petri martyris solennia celebraret: post expleta missarum sacramenta vidit super oram maris puerorum ludum, imitantiũ (vt fieri solet) episcopum, & gerentium ea quæ in ecclesia geri mos est. Mox eos ad se perduci iubet, & quid egissent, percunctatur. Illi rei ordinem pandunt, baptizatos à se esse quosdam catechumenos confitentur per Anastasium puerum qui illis fuerat episcopus simulatus. Vbi ex responsis eorum vidit secundùm religionis nostræ ritum cuncta constare, statuit illis quibus integris interrogationibus & responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea quæ sacerdotibus mos est. Hinc etiam Isidorus ait:

Ino Carno. refert ex eodem li. 1. de sacra. bapt.

De his qui per ignorantiam ordinantur antequam baptizentur.

SI quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari: & ipse vlterius non ordinetur, sed Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed tantùm

spirit

A spiritum Dei subministrare gratiam credit, baptismi, licet paganus sit q̃ baptizet.

Palea.

SI presbyter ordinatus deprehẽderit se nõ esse baptizatũ, baptizetur & ordinetur iterum: & omnes quos prius baptizauit. Quod autem cætera sacramenta ab hæreticis ministrari non possint, testatur Hierony. in Aggeum prophetam. *Iuo ibidem refert.* *Hieron. ad c. 2. Aggei.*

Non placent Deo quæ ab hæreticis offerũtur.

B SIc populus iste hæreticorum omnium est in conspectu meo, dicit dominus. Omne qđ fecerint, quod mihi obtulerint, vel vota, vel pro salute, vel pacifica, vel pro peccato, vel holocausta, vel eleemosynas, siue ieiunia, vel corporis castitatem, contaminata erunt in conspectu meo. quamuis enim sancta videantur specie sui quę offeruntur, tamẽ quia tractata sunt ab illo qui pollutus est in anima, polluuntur omnia.

Item in Amos propheta. *Amos 5. f Hieron. ad c. 5. Amos.*

De eodem.

C ODit Deus sacrificia hæreticorum, & à se proiicit, & quotienscunq; cõgregati sunt in nomine eius, detestatur fœtorẽ eorũ, & claudit nares suas. Itẽ in Osee. *Osee 8 Hieron. ad ca. 8. Osee.*

De eodem.

ILli offerunt sacrilegum panem, & dant eleemosynas, & sectari videntur humi-

litatem: quæ ego si verè fiant, holocausta interpretor: cùm autem scientiam Dei reliquerint frustra truncato capite fidei cætera membra habere se iactant. Idem in epistolam ad Galatas. A

Idē ad ca. primū epistol.e. Galat .3.a

Sine fide & charitate nec euangelium habetur, nec prosunt aliqua bona.

MArciō & Basilides & cęteræ hęreticorum pestes non habent Dei euangelium: quia non habent spiritum sanctum, sine quo humanum fit euangelium quod docetur. Nec putemus in verbis scripturarum esse euāgelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum foliis, sed in radice rationis. Idem. B

Hiero.ad ca.5.epi.ad Galat.

De eodem.

VIde quātum bonum est charitas. si ita martyrium fecerimus, vt nostras velimus ab omnibus reliquias honorari: & si opinionem vulgi sectantes, intrepidi sanguinem fuderimus: & substantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dederimus: huic operi non tam præmium quàm pœna debetur: & perfidię magis tormenta sunt, quàm corona victoriæ. Irem ex concilio Laodicen̄. C

Cap.32

Hæreticorum benedictio, maledictio est.

NOn oportet hæreticorum benedictiones accipere: quoniam magis sunt ma

A maledictiones quã benedictiones. Item ex concilio Martini papæ.

Cap. 71. ex li. Martini Brac. epist. de Synodo Graecorum.

Neque cum hæreticis neque cum schismaticis licet orare.

NOn liceat clericis vel laicis ab hæreticis eulogias, id est, benedictiones accipere: quia maledictiones sunt magis quã benedictiones: neq; liceat aut cũ hæreticis aut cũ schismaticis orare. Item Leo ad Anatolium Constantinop. episcopum.

Leo pap. 1 epist. 38

Extra ecclesiam non sunt vera sacrificia.

B IN ecclesia Dei (quæ corpus Christi est) aliter nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in proprietate suæ naturæ verus nos pontifex reconciliet. Idem Leoni Augusto.

Leo pap. 1. ad Leonẽ Augustũ epistola 73

Impiorum manibus diuina sacramenta se subducunt.

MAnifestum est, per crudelissimam & insanissimam vesaniam in Alexandrina sede omne cælestium sacramentorum lumen extinctum. intercepta est sacrificij oblatio: defecit chrismatis sanctificatio: & parricidalibus manibus impiorum omnia sese subtraxere mysteria.

C Item beatus martyr Cyprianus in epistola contra hæreticos.

Epi. 6. ad Magnum lib. 1

Sacramenta extra ecclesiam ministrari possunt: salutem verò conferre non possunt.

Si quis

SI quis, inquit, de ecclesia hęretica prę- A.
sumptione exierit, à semetipso damna-
1.Cor.5.d tus est. Cum huiusmodi (secundùm Apo-
stolum) nec cibum quidem sumere debe-
3.Reg.13.e mus. Declaratur hoc in libro Regum: vbi
cùm homo Dei ad Hieroboam missus es-
set quòd peccata sua exprobraret, atque vl
tionem suam futuram prædiceret: panem
apud illum edere, & aquam bibere prohibi
tus est. quod cùm nõ custodisset, diuina sen
tentia inde rediens morsu leonis in itinere
interiit. An debet quisquam dicere sa- B
cramentum salutare & gratiam cælestem
communem cum hæreticis esse posse, cum
quibus nec terrestris cibus nec secularis
potus debet esse communis? Constat au-
tem oleum vnde baptizati vnguntur, san-
ctificari: & Eucharistiam fieri apud illos
omnino non posse, vbi spes nulla est, & fi-
des falsa: vbi omnia per mendacium gerun
tur. Nam hæreticus more simiarum quæ
cùm homines non sint, formam huma- C
nam imitantur: vultum ecclesiæ catholi-
cæ & auctoritatem sibi & veritatem ven-
dicat: cùm ipse in ecclesia non sit. benedi-
cit, cùm à Deo sit maledictus. vitam polli-
cetur, cùm sit mortuus. Deũ inuocat, cùm
sit blasphemus. sacerdotiũ administrat pro
fanus. munus ponit ante altare sacrilegus.

Ad

A Ad hæc omnia accedit & illud malum, vt antiſtes diaboli audeat Euchariſtiam facere: cùm nec ſacrificari oblatio illic poſsit vbi ſpiritus ſanctus non ſit: nec cuiquam dominus per eius preces & orationes pro ſit, qui Deum ipſe violat. Si enim qui eccleſiam violant, Ethnici & Publicani habẽtur: multo magis rebelles & hoſtes falſa altaria & illicita ſacerdotia & ſacrificia ſacrilega & omnia adulterina fingentes, inter Ethnicos & Publicanos neceſſe eſt vt.
B computentur: quos omnes conſtat à charitate & vnitate eccleſię catholicæ receſsiſſe. Ergo omnia quæcunque faciunt hæretici, carnalia ſunt & inania & falſa: ita vt nihil eorum quę illi geſſerũt, à nobis probari debeat. Non ſtatim ſuſcipienda ſunt & aſſumenda quæ iactantur in Chriſti nomine, ſed quę geruntur in Chriſti virtute. Quomodo enim perficere quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatibus à
C Deo poſſunt, qui cõtra Deũ quod eis non licet moliuntur? Quare qui hæreticis & ſchiſmaticis patrocinantur, cenſura diuina in eorum probantur facinore, & pœnis non ſolùm duces & auctores, ſed etiã participes deſtinari: niſi ſe à cõmunione malorum ſeparauerint: præcipiente domino per Moyſen: Separamini à tabernaculis *Num. 16. d*

homi

hominũ istorum durissimorum: & nolite A
tangere de omnibus quæ sunt in eis: ne simul pereatis in peccatis eorum. Et quod cõminatus dominus per Moysen fuerat, impleuit: vt quisquis se à Chore & Dathã & Abyron non separasset, pœnas statim pro impia cõmunione solueret. Sic etiam
Osee 9.a per Osee prophetã spiritus sanctus testatur, dicens: Sacrificia eorum tanquã panis luctus: omnes qui manducant ea, cõtaminabuntur. docens scilicet & ostendẽs omnes omnino cum auctoribus & fautoribus B
bus supplicio coniungi, qui fuerint pecca-
In lib. sententiar. ex Aug. ca. 15 tomo 3 to eorũ contaminati. Item Augustinus.

Vera sacramenta non nisi in fide ecclesiæ celebrantur.

EXtra catholicam ecclesiam non est locus veri sacrificij. Item Gregorius
Grego. cap. 31. lib. 3. dialo. in iij. lib. dialogorum ait de Ermigildo rege Leouigili filio.

De manu hæreticorum communio non est recipienda.

C
SVperueniẽte paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio ad eũ perfidus pater Arianum episcopum misit, vt ex eius perfidis manibus sacrilegæ consecrationis communionem acciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus, Ariano episco-

po

A po venienti exprobrauit, vt debuit: eiusq; à se perfidiam dignis increpationibus repulit. Item Innocentius, cap. vij.

Inno. pa. 1 epist. 18. ad Alexãdrũ epis. ca. 3

Sacerdotes hæreticorum, Christi honoribus non habentur digni.

ARianos præterea cæterasque huiusmodi pestes detestamur. Quia eorũ laicos conuersos ad Deum, sub imagine pœnitentiæ, ac spiritus sancti sanctificatione per impositionẽ manus suscipimus: non videntur clerici eorum cum sacerdo-
B tij aut cuiuspiam ministerij suscipiendi dignitate esse: quoniam quibus solùm baptismum ratum esse permittimus, (quod vtique in nomine patris, & filij, & spiritus sancti percipitur) nec spiritum sanctũ eos habere ex illo baptismate illisque ministerijs arbitramur: quoniam cùm à catholica fide eorum auctores discederent, etiam perfectionem spiritus quam acceperant amiserunt: nec dare eius plenitudi-
C nem possunt (quæ maximè in ordinationibus operatur) qui per impietatis suæ perfidiam, fidẽ domini perdiderunt, propter quod fieri non potest, vt eorum profanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur: quorum laicos inperfectos (vt dixi) ad spiritus sancti percipiendam gratiam cũ pœnitentiæ imagine recipimus.

Leuit.22 cipimus. Item legitur: Qui tetigerit im- A
mundum, immundus erit. Quomodo ergo ei tribuetur qui immunditias & spurcitias consueuit accipere? & infra. Qui particeps factus est damnati: quomodo honorem debeat accipere, inuenire non possumus. Ex eo autem quòd manus impositio iterari præcipitur, sacramentum non esse ostenditur. Vnde Augustinus de baptismo, libr. iiij.

Augu. ca. 16. lib. 3. contra Donatistas.

Manus impositio, non est sacramenti iteratio. B

MAnus impositio non sicut baptismus repeti nõ potest. quid enim est aliud nisi oratio super hominem? Cùm ergo Innocentius solùm baptisma hæreticis ratum esse permittat: cùm Gregorius sacrilegam vocet consecrationem Arianorum, cùm Cyprianus quæcunque ab hæreticis fiunt, carnalia & inania & falsa iudicet, cùm Hieronymus omnia quæ ab eis offeruntur, contaminata in cõspectu Dei asserat, cùm Leo extra ecclesiam, nec rata sacerdotia, nec vera sacrificia esse testetur: C
patet quòd sacramenta ecclesiastica præter baptisma (vt supra dictum est) ab hæreticis ministrari non possunt. Item obiicitur illud Hieronymi ad Luciferianum.

Heron. aduersus Luciferianos, tomo. 2

Qui in baptismo sanctus est, ad altare peccator non accedat.

Sicut

A SIcut Christus est qui baptizat, ita ipse est qui sanctificat. vnde oro te vt aut sa crificandi licentiam ei tribuas, cuius baptisma approbas: aut reprobas eius baptis ma, quem non putas esse sacerdotem. neq; enim potest fieri, vt qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator. Sed hoc de peccatore tantùm catholico, non de hęretico intelligendum est, qui quicquid cum fide catholica pro officio suo facit licet indignus, tamen diuina gratia cooperante
B ratum esse creditur: alioquin si de hæreticis dictum intelligitur, ipse sibi contrarius esset, cùm dicat in Osee: Sacrificia eorum, &c. & alibi in persona domini. *Osee 9. a*

Benedictionibus hæreticorũ Deus maledicit. *Hieroni. ad ca. 1. Osee.*

MAledicam benedictionibus vestris. *Mala. 2. a* Hoc est, quicquid à vobis benedicetur, per me erit maledictum. Hoc ergo *11. pars.* intelligendum est de hæretico: illud autem ad Luciferianum de ecclesiastico peccato-
C re. De quo Augustinus ait in libro de corpore domini.

Boni & mali sacerdotes, æquè corpus Christi conficiunt.

INtra catholicam ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia nõ in merito consecrãtis,

sed in verbo perficitur creatoris, & virtute spiritus sancti. Si ergo in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. nūc autem sicut qui baptizat, ipse Christus est: ita ipse est, qui per spiritum sanctum hanc suam efficit carnẽ, & transfundit in sanguinem. Credendum est enim quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius prius creãtur imperio, eius vtiq; verbo recreãtur ad melius. Idem in lior. ij. contra epistolam Parmeniani.

Aug. ca. 10 lib. 2. cõtra epist. Parmeni.

De eodem.

OMnia sacramenta obsunt indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus, sicut & verbum Dei. Vnde dictum est, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Idem in tractatu epistolæ Ioan.

Mat. 23. a Tract. 1

De his qui sanctis malè vtuntur.

PRophetauit Saul rex malus cũ etiam sanctum Dauid persequeretur. Non ergo se iactent, qui fortè sine charitate habent sanctum munus Dei, sed videãt qualem rationem sint habituri cum Deo, qui sanctis non sanctè vtuntur. Ex his erunt qui dicturi sunt in iudicio: In nomine tuo prophetauimus. quibus nõ dicetur, mentimini: sed non noui vos, &c. Spiritũ ergo prophetiæ dicendi sunt habuisse sed non meritum.

Mat. 7. c

A meritum. Item Hieronymus in Aggeum i j. cap. *Hieron. ad cap. 2. Aggei in commenta.*

Quisquam non tam sanctificatur ex hostiis, quàm pro peccato polluitur.

O Propheta* qui altari tantùm extructo, & domo mea diruta hostias mihi offers in altari, & victimis eius sanctificari te putas: scito quoniam sanctũ quidem est quod offertur in altari: sed non tam sanctificaris ex hostijs, quàm ex mortuis operibus pollueris. Item Augustinus in lib. de verbo domini. *Augu. sermone 11. de verbis do.*

B

Contra spiritum sanctum verbum dicitur, cùm ex dispersione nunquam venitur.

ITa fit verbum contra spiritum sanctũ, cùm ex dispersione ad congregationem nunquam venitur, quæ ad remittenda peccata accepit spiritum sanctum. ad quam congregationem etsi per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum reprobum & fictum si aliquis accesserit

C corde non ficto, in ipso spiritus sanctus operatur remissionem peccatorum, qui in sancta ecclesia ita operatur, vt reprobos fugiat: & tamen per eorum ministerium probos colligat. Idem in sermone de remissione peccatorum. *Aug. ca. 11 lib. 2. cõtra epistol. Parmeni.*

Non meritis hominum, sed virtute spiritus sancti peccata remittuntur.

* al. ô populo.

VT euidenter ostẽderet dominus à spiritu sancto quem donauit fidelibus suis, dimitti peccata, non meritis hominum, quodam loco sic ait: Accipite spiritum sanctum. & continuò subiecit: Si cui dimiseritis peccata remittũtur ei. hoc est, spiritus sanctus dimittit, non vos. Proinde sicut is quem sacerdos tolerat in ecclesia, est tamen extra ecclesiam & extra corpus eius, cuius caput est Christus si ei ostiarius non aperuerit: ita non ideo extra ecclesiam est, & non est de corpore, si quis pastoris præiudicio compellitur foris esse. A B

Ioan. 20. f

Ambr. lib. de iis qui initiantur mysteriis, Cap. 5

Item Ambrosius de sacramentis.

Deus non merita personarum, sed sacerdotum officia considerat.

Iudi. 6. f

3. Reg. 18

CVm scriptura testetur, quòd ad preces Hieroboam ignis descẽdit de cælo, & rursus precante Helia ignis emissus est qui sacrificia consumeret, datur intelligi quòd Deus non merita personarũ cõsiderat, sed officia sacerdotum. Ignis ille visibilis mittebatur vt crederent, nobis inuisibilis operatur quòd credimus. Credo ergo adesse dominum Iesum inuocatũ precibus sacerdotum, qui ait: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Item Grego. C

Mat. 18. c

Non merita sacerdotum, sed virtus diuina sacramenta

A *cramenta ſanctificat.*

MVlti ſecularium hominum cũ plus ſacerdotis vitã quàm ſuam diſcutiunt in magnum contemptionis diuinorum ſacramentorum crimen incurrunt. magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, feſtucam tenuem in aliorum conſpiciunt oculis, quam dum incautè feſtinant auellere, erroris in foueam dilabuntur, minus quidem conſiderantes, quòd non eos ſacerdotum vita læderet, ſi
B ipſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aurem accõmodarent: ſed dum hypocritarum more plus illorum famam quàm propriam vitam vel vitæ negligentiam diiudicant, ſpernunt ſancta monita, & ſpiritualia dona: vnde fit vt non ſolùm ab eis dicta reſpuant, ſed (quod eſt deterius) diuina etiam myſteria contemnant, vt nec corporis communionẽ nec ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti eorum miniſterio confectã aſſumant: putantes hanc
C minus eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu in quàm magnum laqueũ incidunt, vt diuina & occulta myſteria plus ab alijs ſanctificata poſſe fieri credant, cùm vnus idemque ſpiritus ſanctus in eccleſia diffuſa per totum orbem terra-

rum incomprehẽsibiliter ea mysteria occultè atque inuisibiliter & operando sanctificet,& benedicendo benedicat.Mysterium itaque fratres ob hoc dicitur, quòd secretam & reconditam habet dispensationem.Sacrificium autem, quasi sacrũ factum,quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicæ passionis. Sacramentum verò est in aliqua celebratione,cùm res gesta ita fit, vt aliquid sanctificatè accipiamus quod sanctè accipiẽdum est.Sunt autem sacramẽta baptisma, chrisma, corpus & sanguis Christi, quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegmento corporalium rerum diuina virtus secretius salutem eorũdem sacramentorũ operatur.vnde à secretis virtutibus,vel sacris sacramenta dicuntur: quæ ideo fructuosè penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus eorundẽ sacramẽtorum latenter operatur effectum,cuius panis & calicis sacramentum Græcè Eucharistia dicitur:Latinè bona gratia interpretatur.& quid melius corpore & sanguine Christi?Siue ergo per bonos, siue per malos ministros intra ecclesiam dispensetur, sacramentũ tamen est: quia spiritus sanctus mysticè illud viuificat: qui quondam apostolico in tempore visibilibus appare-

bat

A bat operibus. Nec bonorum meritis diſpẽ
ſatorum ampliatur, nec malorum attenua
tur: quia neque qui plantat eſt aliquid, ne- 1. Cor. 3.
que qui rigat, ſed qui incrementum dat
Deus. Hoc de corpore & ſanguine domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, hoc etiam de baptiſ
mate & chriſmate ſentiendum eſt & tenẽ-
dum, quia virtus diuina ſecretius opera-
tur in eis: & diuina ſolummodo hæc eſt
virtus ſiue poteſtas, non humanæ effica-
ciæ. Polluimus itaque panẽ, id eſt corpus
B Chriſti, quando indignè accedimus ad al-
tare, & ſordidi mundum ſanguinem bibi-
mus: & infra. Maledicam (inquit) bene- Mala. 2. a
dictionibus veſtris, hoc eſt his quæ nunc
meis benedictionibus poſsidetis, ſeu quic
quid à vobis benedicitur, maledicam: vel
quoniam non benedicunt ſanctis ex vero
corde: vel quia qui iniquè agunt, benedi-
cuntur ab eis: adulanturque peccatoribus,
dummodo diuites ſint. Item Fabianus pa Fabi. epi. 2
pa epiſcopis orientalibus.

C *Non ſacerdotum merita, ſed quæ docent & miniſtrant, conſiderare debemus.*

SIgnificaſtis inſuper pleroſque attende
re multos in ipſis honoribus eccleſia-
ſticis non congruẽter viuere ſermonibus
& ſacramẽtis quæ per eos populis mini-
ſtrãtur. O miſeros homines q̃ hos intuẽdo

Christum obliuiscuntur, qui & multo ante prædixit vt legi Dei potius obtemperetur, quàm imitandi videantur illi qui ea quæ dicunt nõ faciunt, & traditorem suũ tolerans vsque in finem, etiam eum euangelizare cum cæteris misit. nam Apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt. Item Nicolaus papa Michaëli imperatori. *De eodem.*

Nicol. pa. 1

NOn quales sacerdotes domini sint: sed quid de domino loquãtur, est vobis magnopere præuidendum: nec in vicariis beati Petri apostoli vobis est attendẽdum quid sint: sed quid pro correctione ecclesiarum, quid pro salute vestra satagãt. Nec enim illos inferiores dicetis scribis & pharisæis sedẽtibus super cathedrã Moysi, de quibus dominus præcepit dicens: Quæcunque dixerint vobis, facite: secundùm opera eorum nolite facere. Ergo imperator considera, si illos dixit audiendos qui super cathedram Moysi sedebant, quanto potius qui super cathedram Petri residẽt, esse existimes obaudiẽdos? Item Augustinus contra Petilianum.

Matt. 23. a

Lib. 2. cap. 22. contra literas Petil. to. 7

Sacerdotum immunditia sacramentum non polluit.

DOminus declarauit in vno cœtu hominum eadem sacramẽta sumentiũ,

non

non obesse mundis aliquorum immundi-
tiam. Petilianus dixit: At si quisquã car- *Cap. 30. eiusdem.*
mina sacerdotis memoriter teneat, nun-
quid inde sacerdos est quòd ore sacrilego
carmẽ publicat sacerdotis? Augustinus re-
spondit: Ita istud dicis, quasi modò quæ-
ramus quid sit verus sacerdos, & nõ quid
sit verũ baptisma. Vt enim quisquã sit ve-
rus sacerdos, oportet vt non solùm sacra-
mẽto, sed iustitia quoque induatur: sicut
scriptum est: Sacerdotes tui induantur iu- *Psal. 131*
stitia. Qui autem solo sacramento sacer- *Idem con-*
dos est, sicut fuit pontifex Caiphas perse- *tinuò.*
cutor vnius & verissimi sacerdotis: quã-
uis ipse verax non est, quod dat tamen ve
rum est, si non dat suum sed Dei. Idem
Cretẽses malæ bestiæ, pigri corde. Si er- *Ad. Tit. 1*
go Apostolus alienigenę nescio cuius testi *Ibidẽ pau-*
monium quia verũ cõperit, etiã ipse attesta *lò inferius.*
tus est: cur nos apud quemcunque inuene-
rimus quod Christi est: & verũ est, etiam
C si ille apud quẽ inuenimus, peruersus &
fallax est: nõ discernimus propter vitium
quod homo habet, veritatẽ quam non suã
sed Christi habet: & dicimus, sacramentũ
hoc verum est, sicut ille ait: testimonium
hoc verum est? Sed nũquid ideo dicimus,
etiam ipse homo verax est: quia dicimus,
sacramẽtum hoc verum est? Vobis autem

necesse est vt semper erretis quandiu propter hominum vitia, Dei sacramenta violatis, aut nos propter Dei sacramenta quę in vobis violare nolumus, etiã vestri schismatis sacrilegium assumere putatis. Itẽ. Baptismi ergo puritas ab impuritate vel immunditia conscientiæ siue dantis siue accipientis omnino distincta est. Itẽ. Memento sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum quo illa vel non sint, vel minus sancta sint. Item. Si nõ habebat Saul sacramenti sanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? Si autem habebat innocentiam, quare innocentem persequebatur? Nam eum propter sacramenti vnctionem & honorauit viuum, & vindicauit occisum. Et quia vel panniculum ex eius veste abscidit, percusso corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem non vitæ suæ, sed vnctionis. nam hæc sine innocentia haberi non potest: sed sacramentum Dei (quod & in malis hominibus est) sanctum est. Itẽ. Nos dicimus tale cuique sacrificium fieri qualis accedit vt offerat, & qualis accedit vt sumat: & eos de sacrificiis talium manducare, qui ad illud tales accedunt quales & illi sunt. Itaque si offerat Deo malus, & accipiat inde bonus, tale cui

A

Cap. 35. eiusdem lib. 2

Ibidem ca. 47

Ibidem ca. 48

B

1. Reg. 24. d

C

Cap. 52. eiusdem.

le cuique est, qualis quisque fuerit: quia et illud scriptum est: Omnia munda mũdis. *Ad Tit. 1. d*

Per hanc sentẽtiam veridicam & catholicam etiam vos Optati sacrificio nõ estis polluti, si facta eius displicebant vobis: nõ vtiq; panis illius panis luctus erat, sub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat. Sed panem luctus omnibus vobis communẽ esse, omnium vestrum malum schismatis facit. Item. Gratias ago Deo quia tandẽ cõfessus es posse valere inuocatum nomẽ Christi ad aliorum salutem, etiam si à peccatoribus inuocetur. Hinc ergo intellige: cùm Christi nomen inuocatur, nõ obesse aliorum saluti aliena peccata. Idem in libro psalmorum. *Ibidem continuò.* *Ca. 54. eiusdem.*

Etiam per malum ministrum dona Dei ad eos perueniunt, qui cum fide accipiunt.

CHristus quid fecit nobis, qui tradito crem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam Eucharistiam confectam manibus suis, et ore sup commendatam, sicut cæteris apostolis traderet? Quid nobis fecit Christus, qui eundem traditorem suũ quem diabolum nominauit, qui ante traditionem domini, nec loculis dominicis fidem potuit exhibere, cum cæteris discipulis ad prædicandum regnum cælorum misit? vt monstraret dona Dei *Mat. 26. b* *Ioan. 14. c* *Ioan. 6. g* *Mat. 10. a*

perueni

peruenire ad eos qui cum fide accipiunt, A
etiam si talis sit per quem accipiunt, qualis Iudas fuit. Item Grego.

Sacramentis, episcopi malitia non nocet.

NOn nocet malitia episcopi neque ad baptismum infantis neq; ad ecclesiæ consecrationem: quia baptisma à Deo datur, non ab homine venit. Sic & Eucharistia & omnia quæcunque in altari ponuntur, non ab homine, sed à Deo sanctificationem accipiũt. Sed obiicitur illud Hie
Hiero. ca. 3 ronymi in Sophoniam. B

Non verba sed merita sacerdotum Eucharistiam faciunt.

SAcerdotes qui Eucharistiæ deseruiũt, & sanguinem domini populis eius diuidunt, impiè agunt in lege Christi putantes Eucharistiam imprecantis facere verba, non vitam: & necessariam esse tantùm
Leui. 21. d solennem orationem, & non sacerdotum
** in que.* merita, de quibus dicitur: Sacerdos * in quacunque fuerit macula, non accedat of-
Alexand. epist. 2 ferre oblationes domino. Itẽ Alexãder. C

Tantò facilius sacerdotes exaudiuntur, quantò apud Deum sunt digniores.

IPsi sacerdotes pro populo interpellant: & peccata populi comedunt, quia suis precibus ea delent atque consumunt. qui quãtò digniores fuerint, tantò facilius in

neces

ecesſitatibus pro quibus clamant exau-
liuntur. Itẽ Gelaſius Elpidio epiſcopo.

Non adeſt ſacramentis ſpiritus ſanctus quæ per criminoſos miniſtrantur.

SAcroſancta religio quæ catholicam cõ
tinet diſciplinam, tantam ſibi reueren
iam vendicat, vt ad eam quilibet niſi pu-
ra conſcientia non audeat peruenire. Nã
quomodo ad diuini myſterij conſecratio
nem cæleſtis ſpiritus inuocatus adueniet,
ſi ſacerdos & qui eum adeſſe deprecatur,
criminoſis plenus actionibus reprobetur?

Item Gregorius in regeſto. *Epi. 24. libri 1*

Manus immunda tacta inquinat, nõ mũdat.

NEceſſe eſt vt munda ſit manus quæ
diluere ſordes curat: ne tacta quæq;
deterius inquinet ſi ſordida * ſequens lu-
um tenet: Scriptum nanq; eſt: Mundami-
ni qui fertis vaſa domini. Domini etenim
vaſa ferunt, qui proximorum animas ad
nteriora perducendas, in conuerſationis
ſuæ exẽplo ſuſcipiunt. Item Auguſtinus.

* *ſi ſordida. ipſa ſtercoris lutũ. Eſa. 52. d*

Augu. homili. 26 li. 50. homiliarum.

Aequè ſeruãdum eſt verbum Chriſti, & corpus Chriſti.

INterrogo vos fratres vel ſorores, dici-
te mihi, quid plus videtur vobis? cor-
pus Chriſti, an verbum Chriſti? Si vultis
verè reſpõdere, hoc dicere debetis, quòd
non ſit minus Dei verbum, quàm Chriſti
corpus

corpus. Et ideo quanta solicitudine obser A
uamus quando nobis Christi corpus ministratur, vt nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat: tanta solicitudine ob seruemus, ne verbum domini quod nobis erogatur: dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro pereat: quia nō minus erit reus, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permiserit. Item. *De eodem.*

Idem Au. ca. 14. libr. 4. de trin.

NEque potest ritè offerri, nisi per sacer B
dotem iustum & sanctum, nec nisi ab eis accipiatur quod offertur, pro quibus offertur: atque id sine vitio sit, vt pro vitiosis mundandis possit offerri. hoc certè omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Deo volunt. Cùm vita sacerdotum Eucharistię necessaria esse dicitur, non cō secrationi, sed effectui intelligendum est. Non enim effectum salutis confert ei quē merita faciunt indignum, potius complec
tur in eo illud Apostoli: Qui manducat corpus domini, & bibit eius sanguinem indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Ergo contra eos qui crebra oblatione sacrificij se putant posse mundari, nō cessantes impiè agere in lege Dei, intelligitur illud esse dictū Hieronymi. Quòd verò sacerdos

erdos etiam si malus sit, tamen pro offi-
io sue dignitatis gratiam transfundat ho
ninibus: testatur Augustinus in libro quę
tionum veteris & noui testamenti.

Quæstione ii. ex veteri testamento.

Sacerdotes nomen domini inuocant: dominus autem benedictionem præstat.

DIctum est à domino in Numeris ad Aaron: Vos ponite nomen meum su per filios Israël, ego dominus benedicam eis: vt gratiam traditam per ministerium ordinati transfundat hominibus: nec vo-
untas sacerdotis obesse aut prodesse pos-
it, sed meritum benedictionem poscẽtis.

Nume. 6. d

Quanta autem dignitas sit sacerdotalis ordinis vel officij, hinc aduertamus. Di-
ctum est autem de nequissimo Caipha in-
erfectore saluatoris inter cætera. Hoc au
em à seipso non dixit, sed cùm esset prin-
ceps & pontifex sacerdotum anni illius, prophetauit. per quod ostẽditur spiritum
sanctũ datorem gratiarum, nõ personam
sequi digni aut indigni, sed ordinem tradi
tionis: vt quãuis aliquis boni meriti sit,
non tamẽ possit benedicere, nisi fuerit or
dinatus: vel officij ministerium exhibeat.
Dei autẽ est effectum tribuere benedictio
nis. Quòd verò per hæreticos sacramẽta
dignitatis ministrata dicuntur carere effe
ctu, improbatur auctoritate Anastasij papæ:

Ioan. 11. f

papæ: qui ordinationem Acatij quamuis hæretici, ita ratam approbat, vt etiam eis quos post damnationē baptizauit vel ordinauit, in nullo ream personam nocuisse asserat. Sed hoc eum illicitè & non canonicè, imò contra decreta suorum prædecessorum fecisse & successorum, probant Felix & Gelasius, qui Acatium ante Anastasium excommunicauerunt: & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eūdem Acatium damnauit. Vnde etiã ab ecclesia Romana repudiatur, & à Deo fuisse percussus legitur etiã in gestis Romanorum pōtificum, hoc modo: Anastasius secundus natione Romanus, &c. Require retro in tractatu decretalium epistolarum. Item obiicitur illud Augustini ad Parmenianū de hæreticis & damnatis.

A

B

Aug. li. 2. contra epis. Parmen. cap. 13. to. 7

Qui recedit ab ecclesia, nec baptisma, nec ius dandi amittit.

QVod quidam dicūt: Baptisma quod accepit, non amittit qui recedit ab ecclesia: ius tamen dandi quod accepit, amittit: multis modis apparet frustra & inaniter dici. Primò, quia nulla ostenditur causa cur ille qui ipsum baptismum amittere non potest, ius dandi possit amittere: vtrunque enim sacramentum est, & quadam consecratione vtrunq; homini

C

nini datur, illud cùm baptizatur: iſtud cũ
rdinatur. Ideo non licet à catholico vtrũ
ue iterari. Nam ſi quando ex ipſa parte
enientes etiam præpoſiti pro bono pacis
orrecto ſchiſmaticorum errore ſuſcepti
unt: etſi viſum eſt opus eſſe vt eadem offi-
ia gererent quæ agebant, non ſunt tamen
urſus ordinandi: ſed ſicut baptiſmus in
is, ita ordinatio manſit integra: quia in
ræciſione fuerat vitium, quod * vnitate * *vnitatis*
acis eſt correctum: non in ſacramentis, *pace.*
uæ vbicunque ſunt, ipſa vera ſunt: & cũ
pſi expedire videtur eccleſiæ, vt præpoſi-
i earum venientes ad catholicam ſocieta-
em, honores ſuos ibi non adminiſtrent:
on eis tamen ipſa ordinationis ſacramen
a detrahuntur, ſed manent etiã ſuper eos.
deoque non eis in populo manus imponi
ur: ne non homini, ſed ipſi ſacramẽto fiat
niuria: & infra. Sicut autem * eſt in ba- * *habent.*
otiſmo quòd per eos * dari poſsit, ſic in or * *omnes.*
dinatione ius dandi eſt: vtrunque quidem
ad perniciem ſuam quandiu charitatẽ non
habent vnitatis. Sed tamen aliud eſt. pror-
ſus non habere: aliud perniciosè habere:
aliud ſalubriter habere. Quicquid non ha
betur, dãdum eſt cùm opus eſt dari. Quod
verò perniciosè habetur: per correctionem
depulſa pernicie agendum eſt vt ſalubri-

ter habeatur. Quòd & si laicus alicui pe- A
reunti necessitate compulsus baptisma de
derit, quod cùm ipse acciperet, quomodo
dandum esset alicui, didicit: nescio an quis
quam dixerit piè esse repetendum. Nulla
enim cogente necessitate si fiat, alieni mu-
neris vsurpatio est. Si autem necessitas vr
geat, aut nullum, aut veniale delictum est.
Sed si in nulla necessitate vsurpetur, & à
quolibet cuilibet detur: quod datum fue-
rit, non potest dici non datum: quamuis re
ctè dici possit illicitè datum. Illicitam er- B
go vsurpationẽ corrigit reminiscentis &
pœnitentis affectus: quod si non correxe-
rit, manebit ad pœnam vsurpationis quod
datũ est, vel eius qui illicitè dedit, vel eius
qui illicitè accepit: non tamen pro non da-
to habebitur. Si enim aliqui furtim & ex-
traordinariè non in monetis publicis aurũ
vel argentum percutiendo signauerint: cũ
fuerit deprehensum: non ne illis punitis,
vel indulgentia liberatis, cognitum rega- C
le signum thesauris regalibus congrega-
tur? Et paulò post. Si fortè militiæ cha-
racterem in corpore suo non militans pa-
uidus exhorruit, & ad clementiam impera
toris confugerit, & impetrata venia mili-
tare iam cœperit: nunquid homine libera-
to atque correcto character ille repetitur:

an

an non potius agnitus approbatur? An fortè minus habent ſacramẽta chriſtiana quã corporalis hæc nota? cùm videamus nec apoſtatas carere baptiſmate: quibus vtiq; per pœnitentiam redeuntibus non reſtituitur: & ideo amitti non poſſe iudicatur. Dẽ his qui ab eccleſiæ catholicæ vnitate ſeparati ſunt, nulla iam quęſtio eſt quin habeãt & dare poſsint * ſacramenta: ſed pernicioſè habent, pernicioſeque tradũt: quia extra vinculum pacis ſunt. Neutri ſacramento iniuria facienda eſt: & infra. Sicut non rectè habet qui ab vnitate recedit, ſed tamen habet: & ideo redeunti non redditur: ſic etiam non rectè dat qui ab vnitate diſcedit: ſed tamen dat quod accepit: & ideo quod accepit, ab eo venienti ad vnitatem non iteratur: & infra. Sicut redeunti non * datur quod & foris habebat: ſic venienti repetendum non eſt quod foris acceperat. Vnde conſequenter intelligitur peruerſitatem hominum eſſe corrigendã: ſanctitatem autem ſacramentorum in nullo peruerſo eſſe violandam. Conſtat enim eam in peruerſis hominibus & ſceleratis, ſiue in eis qui intus ſunt, ſiue in eis qui foris ſunt, impollutam atque inuiolabilem permanere: & quòd dicũtur eam mali polluere, quantum in ipſis eſt dicuntur: cũ illa

* *baptiſmum.*

* *redditur.*

impolluta permaneat: sed in bonis permanet ad præmium, in malis permanet ad iudicium: & infra. Quomodo catholici non clarificant dominum, qui sacramenta eius tam debita veneratione prosequuntur, vt etiam si ab indignis tractata fuerint, vel sua peruersitate damnatis: illa intemerata sanctitate permanere demonstrantur. Ex his verbis Augustini cõstat in omnibus tã apostatis quã hæreticis vel damnatis permanere Christi sacramenta vera quantum ad se, & sancta: & nisi pœnitentia vel indulgentia subuentum fuerit, ad damnationem vsurpatoris peruenient, vel habentis, vel dantis, vel accipientis. Quid ergo prodest quòd vera & sancta sunt, cùm vsurpatores suos æquè perimant, ac si essent mala & noxia? Crassus aurum sitiuit, aurum bibit, æquè periit vero auro sicut vero veneno. Item aurum æquè verũ est in arca furis, sicut in thesauris regis. sed à fure quia illicitè habetur, illicitè datur vel accipitur: à rege autem licitè habetur, licitè datur & accipitur: ideo ipse fur, & communicator furti (nisi fortè de conscientia furti se purgauerint) vt perhibet Gelasius ad Anastasium imperatorem, vterque iustè & dignè damnabitur. Opponitur autem huic sententiæ Augustini: Potestas dãdi baptismũ,

A

12. pars.

B

C

& ius

& ius consecrandi dominicum corpus, & argiendi sacros ordines, plurimum inter e differunt. Suspenso enim vel deposito sa erdote, nulla ei relinquitur potestas sacri candi. Sacramentum tamen baptismi nõ olùm à sacerdote deposito, vel laico catho ico, verùm etiam ab hæretico vel pagano ministratum fuerit, nulla reiteratione iolabitur: nulla autem ratio finit vt inter acerdotes habeantur, qui de manibus lai- vel pagani oleum sacræ (imò execran- æ) vnctionis assumunt. Non ergo conse- uenter colligitur, vt si recedentibus à fi- e ius baptizandi relinquitur, potestas iam distribuendi sacros ordines eis relin uatur: quamuis vtrunque à cõsecratione roueniat. Degradatus enim episcopus po- estatẽ largiendi sacros ordines non habet: icultatem tamen baptizandi non amisit. ed ne Augustinum in hac sententia peni- s reprobemus: intelligamus aliud esse po estatem distribuendi ordines sacros: aliud sse executionem illius potestatis. qui intra nitatem catholicæ ecclesiæ constituti, sa erdotalem vel episcopalem vnctionem ac cipiunt: officium & executionem sui offi- ij ex consecratione adipiscuntur. Recedẽ- tes verò ab integritate fidei, potestatem ac ceptam sacramento tenus retinent; effe-

ctu suæ potestatis penitus priuantur: sicut A
coniugati ab inuicem discedentes, coniugium semel initum non dissoluunt: ab opere tamen coniugali inueniuntur alieni. De his ergo qui accepta sacerdotali potestate ab vnitate catholicæ ecclesiæ recedunt, loquitur Augustinus, nõ de illis qui in schismate vel in hæresi positi sacerdotalem vnctionem accipiunt: alioquin esset contrarius Chalcedonensi concilio, in quo ordinati à simoniacis, in nullo proficere iudicantur: & Innocentio, qui ordinatos à cæteris hæreticis, per prauam manus impositionem solã damnationem & capitis vulnus assecutos testatur. Quamuis possit generaliter dici sacramenta quæ apud hæreticos non aliter quàm in ecclesia Dei celebrantur, vera & rata esse quantum ad se, falsa verò & inania quantum ad effectum, & in his à quibus malè tractantur, & in illis à quibus malè suscipiuntur. Nec mirũ. Ipsa enim salus nostram buccellam Iudæ B
dedit: statim cum buccella non bonus sed C
malignus spiritus intrauit. Quare? Non quia bonus non daret bonum: sed quia malus malè accepit bonum: sic quòd bonum effectum bonum non habuit: quia vbi illud faceret, non inuenit. Item dominus in patria sua præsens & verus adfuit, nõ per ma-

lum

um miniſtrum, ſed per ſeipſum nihil po-
uit: quia fidem non inuenit. pro perfidia
liorũ non caruit ſua veritate, ſed effectus
oni virtute. Quod vt planè in omnibus
acramentis oſtenderet, bis eſt transfigura
us cùm eſſet in carne. In vna transfigura-
ione ſicut ſol apparuit mirabilis, vt fides
redentium augeretur ad contemplandam
æleſtem gloriam ſuper ſe eleuatam. In al-
era vt peregrinus incognoſcibilis de ſe du
itantibus ire longius ſe finxit: & ne agno-
ceretur, oculos eorum tenuit. Ad quid a-
iud, niſi vt quia per fidem non erat in cor
libus eorum, longius ſe ab eis recedere o-
tenderet: & quia ipſum non credebant eſ-
e quod erat, viderent eum alium quàm
erat? Ecce in vtraque viſione ſua erat præ-
ſentia & veritas: ſed in vna exercebatur fi
des, vt magis crederent quàm credebant:
in altera tenebatur incredulitas, ne etiam
agnoſcerent quod videbant. Sacramen-
tum ergo corporis et ſanguinis ſui aliis eſt
ad ſalutem, aliis eſt ad iudicium. Fides etiã *Iacobi 2. d*
quamuis ſit vera, tamen ſine operibus
mortua eſt. Sic & omnes decem virgines *Matt. 25. A*
æqualiter erant virgines: ſed ex his quin-
que erant fatuæ, & quinque prudentes. æ-
qua erat virginitatis veritas: ſed pro eiuſ-
dem virginitatis intentione non omnibus

æqua meriti identitas. Sic etiam est ęs so- A
nans aut cymbalum tinniens, martyrium
vel eleemosyna quam nescit charitas. Sive
rò cæcus cæco lucernę ministret veritatẽ,
neuter tamen ideo magis suam illuminat
cæcitatem. sic & malus ministrat malo ve
ra sacramenta, sed non ideo dona spiritua-
lia: quia malis eorum meritis spiritus san-
ctus impeditur ne in eis quod suũ est ope-
retur. Vnde Innocentius cùm hæreticorũ
baptisma concedat esse ratum: non tamen
ex illo baptismate concedit haberi spiritũ B
sanctum. Et Leo hos qui formam baptis-
matis acceperunt, nõ sinit rebaptizari: sed
iubet spiritum sanctum quem ab hæreti-
cis nemo accipit: per eius inuocationem,
& manus impositionem à catholicis sacer
dotibus consequi. Sciendum verò est quòd
sacramenta hæreticorum dicuntur irrita
vel damnanda, falsa & inania, non quantũ
ad se, cùm sint sancta & vera etiam ab hæ-
retico celebrata: sed quia cùm illicitè dan-
tibus perfidis sint ad iudicium, illicitè ab C
eis accipientibus non conferunt spiritum
sanctum. Irrita & non vera dicuntur: quia
quod promittunt, & conferre creduntur,
non tribuunt: & ideo damnanda, vt ea da-
ri vel recipi ab hęreticis nõ approbentur,
sed interdicantur. non enim quantum ad se

poll

polluta ſunt, quamuis ab hæreticis pollui dicãtur. Vnde Gregorius communionem Arij vocat execrationẽ: & Innocẽtius vocat Bonoſij ordinationẽ, damnationẽ: non p ita in ſe ſint, ſed quia malè dantibus vel ccipientibus id efficiũt. Sic etiã Hieronymus in Oſee ſacrificia eorũ panem luctus *Oſee 9.a* ocat non quantum ad ſe, ſed quantum ad ffectum: quod ipſemet oſtendit, ſubiungens: Quicunque comederit ex eo, contaminabitur: quia ſibi ad iudicium ſumet. Hinc etiam Auguſtinus lib.ij. contra e- *Cap.5* iſtolam Parmeniani.

Sacramenta quamuis obſint indignè tractantibus, proſunt tamen dignè ſumentibus.

Eſa.66.a

DEr Eſaiam dominus dicit: Facinoroſus qui ſacrificat mihi vitulum, quaſi nem occidat: qui coquit ſimilaginẽ, quaſanguinem porcinum: & qui offert thus memoriam, quaſi blaſphemus. Quilibet ilibet offert ſacrificiũ tali corde vel fais vt hoc mereatur audire, perniciem ſi- infert: non illis bonis qui ſecundùm pro *Ezech.9.b* netam Ezechielẽ gemunt & mœrent pec ata & iniquitates quæ ſunt in medio eoum, quamuis inde ſe non corporaliter ſearent: & infra. Sacrificia impiorũ eis *Cap.6. paulò inferius.* berunt qui offerunt impiè: nam vnum at ue idem eſt ſacrificium, propter nomen

domini quod ibi inuocatur:& semper est sanctum:& tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit:non aliis, sed sibi:& infra. A

Cap.10 eiusdem. Hoc penè in omnibus talibus quęstionibus intelligendum esse admonemus, quia simul omnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus:prosunt tamẽ per eos dignè sumẽtibus:& infra. Spiritus sanctus in ecclesiæ præposito vel ministro sic inest, vt si fictus non est,operetur per eũ:& eius mercedem in salutem sempiternam,& eorum etiam regenerationem vel ædificationem,qui per eum siue consecrantur, siue euangelizantur. Si autem fictus est,quo niam verissimè scriptum est: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: desit quidem saluti eius, & aufert se à cogitationibus eius,quæ sunt sine intellectu:ministerium tamen eius non deserit, quo per eum salutẽ operatur aliorũ. Constat ergo(vt Innocentius ait)de cæteris hæreticis ordinatos à simoniacis per prauam manus simoniacæ impositionẽ vulneratum habere caput. Sed obiicitur quod in ordinatione simoniacorum hoc solum reprehensibile inueniat̃,quòd gratia spiritus sancti sub precio redigi putetur:aliorsum autem in omnibus

Cap.11 eiusdem. C

Sapien .1.a B

nibus integra forma sacramentorum ser-
uetur. Cùm ergo illicita sacramenti vsur-
patio per pœnitẽtiã correcta fuerit, vt gra
tia spiritus sancti gratuita & non venalis
existimetur, integer debet adesse vnctionis
effectus: imò etiam si non sequatur pœnitẽ
tia: licet simoniacè, tamen reuera consecra-
tus reputetur: sicut illi qui quondam non
nisi pretio dato, nec ad sacri baptismi rege
nerationem, nec ad sanctæ communionis
participationem admittabãtur, licet simo
niacè, tamen non ideo minus baptizati, vel
sacrę cõmunionis participes reputati sunt:
sed hoc tantũ sacris canonibus constitutũ
est, ne decætero sacramenta Christi simo-
niacè distribuantur. Vnde Gelasius.

cap. 7. epistola Gel. pa. 1. ad epũs scopos per Lucaniã.

A baptizandis vel consignandis pretia non exigantur.

BAptizandis consignandisque fidelibus
sacerdotes precia nulla præfigant: nec
latationibus quibuslibet impositis exagita
re cupiant renascentes: quoniam quod gra
tis accepimus, gratis dare mandamur.
& ideo nihil à prædictis prorsus exigere
noliantur: quo vel paupertate cogente de
territi, vel indignatione reuocati, redem-
tionis suæ causas iure despiciant: certum
habẽtes quòd qui prohibita deprehẽsi fue-
int admisisse: vel commissa non potius

sua

ſua ſponte correxerint: periculũ ſubeant A
proprij honoris. Item ex ſexta ſynodo.

A percipiente gratiam communionis pretium exigi non debet.

NVllus epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus qui ſacram diſpenſat communionẽ, à percipiẽte gratiã communionis aliquod pretium exigat. Neque enim venditur gratia, neque pro pretio gratiã ſpiritus ſancti damus, ſed dignis muneribus ſine defraudatione participare concedimus. Si quis verò eorũ qui connumerãtur in clero: ab eo cui ſacrã communionẽ diſpenſat, aliquod pretium exegerit: depo natur ſicut imitator ſimoniacæ fraudis. B

Cap. 8 Item ex concilio Toletano xj.

Munera inuiſibilis gratiæ quæſtibus non ſunt comparanda.

QVicquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, nunquã quæſtibus vel quibuſlibet præmijs venundari peni-
r Mat. 10. A tus debet, dicente domino: Quod gratis C
accipiſtis, gratis date. & ideo quicunque deinceps in eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis conſignandisque fidelibus pro chriſmate vel promotionibus graduum pretia quælibet vel præmia (niſi volũtariè oblata) pro huiuſmodi ambitione ſuſceperit: equidem ſi ſciente loci epiſco

íſcopo tale quicquam à ſubditis perpe-
atũ fuerit, idẽ epiſcopus duobus menſi-
s excõmunicationi ſubiaceat: pro eo q̃p
conſcientia mala cõtexit, & correctionẽ
ceſſariã non acquiſiuit. Si autẽ ſuorum
iſpiã eodẽ neſciente quicquã de ſupra-
tis capitulis accipiẽdũ ſibi eſſe credide-
ſi presbyter eſt, quatuor menſiũ excõ-
nicatione plectatur. ſi diaconus, trium.
diaconus vel clericus his cupiditati-
ſeruiens, pro arbitrio competenti pœ
& debita excõmunicatione plectendus

Item ex concilio Carthaginenſi iiij. *In concilio Brac. 2. ca. 4. habetur.*

Nihil à ſacerdotibus exigatur pro balſamo d in chriſmate ponitur.

Lacuit vt nullus epiſcoporũ pro mo-
dico balſami quod benedictum pro ba
mi ſacramẽto per eccleſias datur (quia
uli tremiſſem pro ipſo exigere ſolent)
uid vlterius exigat: ne fortè quod pro
te animarum per inuocationem ſpirí-
ſancti conſecratur: ſicut Simon magus
um Dei pecunia voluit emere, ita nos
ndantes damnabiliter venundemur.

Item ex eodem. *Ex eodem conci. Brac. cap. 7*

on eſt aliquid exigendum ab his qui infan-os ad baptiZandum adducunt.

Lacuit vt vnuſquiſque epiſcopus per
ccleſias ſuas hoc faciat, vt hi qui in-
fantes

fantes suos ad baptismum offerũt, si quid voluntariè pro suo voto offerunt, ab eis suscipiatur. si verò per necessitatem paupertatis aliquid nõ habeant quod offerãt, nullum eis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios suos à baptismo retrahunt: qui fortè dum differũtur, si sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescẽtes à baptismi gratia se subtraxerunt. Item ex concilio Elibertano.

Cap. 48

Qui baptizatur, nullos nummos in concham mittere cogatur.

EMendari placuit vt qui baptizantur (vt fieri solebat) nũmos in conchã nõ mittant: ne sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. neq; enim pedes eorum lauandi sunt à sacerdotibus vel clericis. Item ex concilio Triburiensi.

Pro perceptione baptismi vel chrismatis aliquid exigi non debet.

DIctum est solere in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nũmos dari: similiter pro baptismo & communione. hoc simoniacę hæresis detestata est sancta synodus, & anathematizauit: & vt decætero nec pro ordinatione, nec pro chrismate vel baptismo vel pro balsamo, nec

nec pro ſepultura vel communione quic-
quam exigatur, ſtatuit: ſed gratis dona
Chriſti gratuita diſpenſatione donentur.

Item ex concilio Cabilonenſi.

*Nec pro dedicandis baſilicis, vel pro ſacramẽ-
is eccleſiæ conferendis aliquid exigi debet.*

STatuimus vt ſicut pro dedicandis ba-
ſilicis & dandis ordinibus nihil acci-
iendum eſt: ita etiã pro balſamo vel pro
uminaribus emẽdis nihil presbyteri chriſ
ma accepturi dent. Epiſcopi itaque de fa-
ultatibus eccleſię balſamũ emant, & lumi
aria ſinguli in eccleſijs ſuis. Sicut ergo
æc ſacramenta licet ſimoniacè miniſtrẽ-
ur, tamen effectum benedictionis confe-
unt accipienti: ſic & ſacerdotalis vnctio
icet ſimoniacè miniſtretur, ſuo tamen nõ
ebet carere effectu: ſed ſicut ſupra dictũ
ſt, illa ſacramenta ſunt neceſsitatis, hæc
ignitatis: & ideo priuilegia illorum non
oſſunt generare communem legem iſto-
um. Habent ergo ſimoniaci vulneratum
aput per ſimoniacæ manus prauam im-
oſitionem. Hoc autẽ de illis intelligitur,
quos nec excuſat ignorãtia, nec attractio-
is violẽtia: qui ab illis ordinantur, quos
ndubitanter ſciũt eſſe ſimoniacos: ſiue ſi-
moniacè, ſiue nõ ſimoniacè ordinentur ab
eis. Vt enim diſtinguit Nicolaus papa,

Iuo Carno. lib. 1. de ſacra. baptiſmi refert ex eodem.

15. pars.

alij

alij simoniacè ordinantur à simoniacis, A
alij simoniacè ordinantur à nõ simoniacis
alij nõ simoniacè à simoniacis. Hanc distinctionẽ innuit Nicolaus papa ij. dicens.

Iuo li. 3. de simoniacè ordi. refert ex eodem.

De multiplici genere simoniacorum.

STatuimus decretũ de simoniacis simoniacè ordinatoribus vel ordinatis: & de simoniacis simoniacè à nõ simoniacis: & de simoniacis nõ simoniacè à simoniacis. Simoniaci simoniacè ordinati vel ordinatores secundũ ecclesiasticos canones à B
proprio gradu decidant. Simoniaci quoq; simoniacè à non simoniacis ordinati, similiter ab officio malè accepto remoueãtur. Simoniacos autem non simoniacè à simoniacis ordinatos misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio concedimus permanere. Sed hoc intelligendum est de his qui ordinantur à simoniacis quos ignorabant esse simoniacos. hos facit simoniacos non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci. C

De quibus Vrbanus papa ait.

De his qui non simoniacè à simoniacis ordinantur.

SI qui à simoniacis non simoniacè ordinati sunt: si quidẽ probare potuerint se cùm ordinarentur nescisse eos simoniacos esse, & quòd tunc pro catholicis habebantur

ur in eccleſia talium ordinationes miſe-
icorditer ſuſtinemus, ſi tamen eos lauda-
ilis vita commendat. qui verò ſcienter ſe
ſimoniacis cõſecrari (imò execrari) per-
miſerint: eorum conſecrationem omnino
rritam eſſe decernimus. Idem Nicolaus
unior. Hoc idem Alexander ſecundus.

Iuo Carno. lib. 3. vbi ſupra, refert.

De eo qui ordinatur ab illo quem ſcit ſimoniacum eſſe.

DEcętero ſtatuimus vt ſi quis in poſte
rum ab eo quem ſimoniacum eſſe nõ
ubitat, ſe conſecrari permiſerit: & con-
ecrator & conſecratus non diſparem dã-
ationis ſententiam ſubeant: ſed vterque
epoſitus pœnitentiam agat: & priuatus
ropria dignitate perſiſtat. Idem.

Iuo Carno. lib. 3. tribuit Nicolaoï.

Simoniacis in dignitate ſeruanda nulla eſt impendenda miſericordia.

ERga ſimoniacos nullam miſericordiã
in dignitate ſeruanda habendam eſſe
decernimus: ſed iuxta canonum ſanctio-
nem & ſanctorum patrum decreta eos o-
mnino damnamus, ac deponendos auctori
tate apoſtolica ſancimus. Subaudiendum
eſt, niſi violenter attracti fuerint. De his
enim & à quibuſlibet hæreticis violenter
ordinatis ait Innocentius.

Innoc. pa. 1. ad epiſco. Macedoniæ, epi. 22, cap. 5

De his qui inuiti ad hæreticorum ordinationem trahuntur.

CONstat multos vim passos esse, atq; inuitos attractos repugnantesque ab hæreticis ordinatos: sed huiusmodi aliquis si post ordinationem talem nõ interfuit cùm illi conficerent sacramenta: si cõmunioni eorum participatus non est: si statim discedentibus illis pessimo conciliabulo eorum abrenunciauerit: si ad ecclesiam redijt: talis potest habere colorem aliquem excusationis. Cæterùm qui post mẽsem aut amplius redierunt cùm se considerarent ab hæreticis ordinatos: quamuis nihil ab eis acceperunt, rei sunt vsurpatæ dignitatis. Tales plerunque ex intuitu pietatis reformat catholicæ manus impositio cum satisfactione & medicina pœnitentiæ. Sed damnationem simoniacorum, & eorum qui eis consenserũt, legimus: medicinam verò authenticam ex hac hæresi nominatim non legimus, nisi quòd sicut vsurpatum est in Nouatianis vel Donatistis, minoribus vtique hæreticis, non canonicè, sed ex intuitu pietatis: ita etiam ex his posse fieri colligimus: ideoque etiam quia aliorsum per omnia orthodoxam habent fidem, nisi quòd spiritum sanctũ credunt esse venalem. Et (vt ait beatus Aug.) hæretici cùm redierint: qua parte se abscinderint, ab ecclesia curẽtur: qua verò parte

adhæ

adhæserint, cognoscantur. Hinc & Leo scribit Ianuario episcopo. *Leo pap. epi. 3. ad Iulianum epiſcopum.*

Qui ab hæresi ad ecclesiam redeunt: in quo inueniuntur ordine, ex beneficio perseuerent.

OMnis cuiuslibet ordinis clericus qui catholicam deserens vnitatem, hæreticæ vel schismaticæ coniunctionis contagione se maculauerit: si ad ecclesiam redierit cum legitima satisfactione, & erroris sui damnatione: hoc in magno beneficio habeat, si adempta spe omnis promotionis, in quo inuenitur ordine permaneat. De his autẽ qui ordinantur simoniacè à non simoniacis, vtpote illi qui data pecunia archidiacono vel consiliarijs episcopi episcopo ignorante hoc efficiunt, vt de manu eius sacros ordines accipiant: ita scribit Gregorius iiij.

Ordinationes quæ simoniacè fiunt, falsæ iudicantur.

ORdinationes quæ interueniente pretio, vel precibus, vel obsequio alicui personæ ea intentione impenso, vel quæ non cõmuni cõsensu cleri & populi secundũ canonicas sanctiones fiunt, & ab ijs ad quos consecratio pertinet non comprobantur, falsas esse diiudicamus: quoniam qui taliter ordinantur: non per ostium, *Ioan. 10* id est per Christum intrant, sed (vt ipsa

veritas teſtatur (fures ſunt & latrones. A

14. pars. Quia ergo ſimonia tripliciter in capitulo notatur, videndũ eſt quot modis pretiũ

Greg. homilia 4 in hac hæreſi detur. Hoc beatus Gregorius in euãgeliorũ tractatu exponit, dicẽs.

De multiplici genere ſimoniacorum.

SVnt nõnulli qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt: & tamen ſacros ordines pro humana gratia vel laude largiuntur: atque de ipſa largitate laudis ſolummodo retributionem quærunt. Hi nimirum quod accipiunt B gratis, gratis non retribuunt: quia de impenſo officio ſanctitatis nummum expetunt fauoris. vnde cùm virum iuſtum pro-

Eſa. 33. c Pſal. 25 pheta diſcriberet, ait: Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Non dixit ſolùm à munere, ſed ab omni munere: quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud à manu, aliud à lingua. Munus ab obſequio eſt ſeruitus indebitè impenſa. Munus à manu, pecunia eſt. Munus à lingua, fauor. C Qui ergo ſacros ordines tribuit: tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus nõ ſolùm pecuniam nullam, ſed nec etiam humanam gratiam requirit.

Idem in regeſto.

Aeternam damnationem inueniet, qui quolibet munere ad ſacros ordines accedit.

Si quis

SI quis neque ſanctis pollens moribus: vel neque à clero populoque vocatus, vel pulſatione coactus, impudenter Chriſti ſacerdotium iã quolibet facinore pollutus, iniuſto cordis amore, vel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu, ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulento munuſculo epiſcopalẽ ſeu ſacerdotalẽ, non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſpõte reliquerit, eumque inſperata mors pœnitentem non inuenerit: proculdubio in æternum peribit. Hinc Idem Gregorius Ioanni Corinthiorum epiſcopo. *Greg. epiſt 55. ſiue cap 99. lib. 4*

Pro ordinationibus nihil omnino accipiatur.

DE ordinationibus accipere aliquid ſub diſtricta interdictione vetuimus. oportet ergo vt neque per donum, neque per gratiã, neq; per quorundã ſupplicationem aliquos ad ſacros ordines conſentias vel permittas adduci. Item vniuerſis epiſcopis per * Ilerdã prouinciã conſtitutis. ** Heledã Epiſt. 56. li. 4. ſeu c. 110. Greg.*

Nec pretio, nec prece, nec gratia, nec ſupplicatione aliqui ad ſacros ordines accedant.

QVibuſdam narrantibus agnoui, qꝓ in illis partibus nullus ad ſacrum ordinem ſine cõmodi datione perueniat. quod ſi ita eſt, flẽs dico, gemẽsq; denuncio, quia cũ ſacerdotalis ordo intus ortus occidit,

foris quoq; diu stare non poterit. Scimus A
quippe ex euangelio quid redẽptor noster
Mat. 21.b per seipsum fecerit, quia ingressus tem-
plum cathedras vendentiũ columbas euer
tit. Columbas enim vendere, est de spiritu
sancto (quem Deus omnipotẽs consubstã-
tialem sibi per impositionẽ manuũ homi-
nibus tribuit) commodum tẽporale per-
cipere: ex quo (vt prędixi) malo iam eueni
re creditur, quia qui in templo Dei co-
lumbas vendere præsumpserunt: eorũ (iu-
dice Deo) cathedræ ceciderunt. Qui vi- B
delicet error in subditis propagatur cum
augmento. Nã eo ipso q̃ quisque ad sacrũ
ordinem vel honorem perducitur, iam in
ipsa prouectus sui radice vitiatus paratior
est alijs venundare quod emit. Et vbi est
Mat.10.a quod scriptum est: Gratis accepistis, gra-
tis date? Et cùm primò contra sanctam ec-
clesiam simoniaca hæresis sit exorta: cur
non perpenditur, cur non videtur quia eũ
quem cum pretio quis ordinat, prouehen- C
do agit vt hæreticus fiat? Ideoque horta-
mur vt vestrũ nullus hoc denuò fieri pa-
tiatur: sed neque gratia alicuius nec suppli
catione aliquos ad sacros ordines audeat
promouere, nisi eũ quem vitę meritum &
actionis qualitas ad hoc dignũ esse mõstra
uerit. Nã si aliter factũ senserimus, denuò

distri

istricta & canonica illud noueritis vltio-
e compesci. Item Symmachus.

Sym.pa.ad Cæsariũ ca pi.3

Ad episcopalem honorem nullus per ambitũ accedat.

NVllus itaque per ambitum ad episco palem honorem permittatur accede-re. Nam cùm hic excessus in laicali conuer satione culpetur: quis dubitat quin religio is & Deo seruiẽtibus iniiciat vel incutiat opprobrium? Item Gregorius.

Epist. 41 li. 2 ad Adeodatum.

De eodem.

ESTote ergo in ordinatione præcipuè soliciti, & ad sacros ordines nisi pro-uectiores ætate & mundos opere * nulla-tenus admittatis. Eorum enim qui in sa-cro sunt ordine collocandi, prius vitã mo resque discutite, & vt dignos huic officio adhibere possitis, non vobis potentia aut supplicatio quarumlibet subrepat perso-narum. Quando igitur de his tractare ne-cesse est, graues expertosque viros consi-lij vestri adhibete participes: & cum eis communi hoc deliberatione pensate. Idẽ Columbo episcopo.

** al. corpe-re.*

Greg. epist. 47. li. 2. sine ca 86.

Neque fauore neque venalitate ad sacros or dines quisquam promoueatur.

PVeri ad sacros ordines nullatenus ad-mittantur: ne tãtò periculosius cadãt, quantò citius conscendere ad altiora fe-

stinant. Nulla sit in ordinatione venalitas, potentia, vel supplicatio personarum: nihil aduersus hæc quæ prohibemus obtineat. Nam proculdubio Deus offenditur si ad sacros ordines quisquam non ex merito, sed ex fauore (quod absit) aut venalitate prouehitur. Econtra idem Gregorius quibusdam supplicãtibus vnum acolytum & alterum diaconũ legitur ordinasse, sicut ipse scribit Petro episcopo Corsicæ inter cętera. A

Gre. Chrysanto episc. Spolitano epi. 2. lib. 7

Episcopo interueniente papa quendam acolytum ordinauit. B

LAtorem præsentium per intercessionem vestræ sanctitatis acolytum fecimus: quem ad obsequia vestra retrãsmisimus: vt si in lucrandis animabus amplius seruierit, proficere amplius possit.

Greg. epist. 74. lib. 4

Idem Heliæ presbytero & abbati.

Quisquis in Romana ecclesia sacrum ordinẽ acceperit: ab ea vlterius egredi non poterit.

FIlium vestrum Epiphanium, mandastis vt ad sacrũ ordinẽ promouere deberemus, vobisque trãsmittere. Sed in vno vos audiuimus, in altero minimè potuimus audire. Diaconus quidẽ factus est. Sed quisquis semel in hac ecclesia sacrum ordinem acceperit, egrediendi ex ea vlterius licẽtiam non habet. Si verò videre vos nõ C

potui:

potui: ex hac re cõſolationem habeo, quia in filio veſtro requieſco. Non itaque quo rumlibet precibus ordinationes factæ falſæ diiudicantur, ſed hæ demum, quæ precibus ordinandi, vel eius amici, non ſpirituali ſed carnali affectu porrectis fiunt, cũ aliàs futuræ non eſſent, quas non charitas interueniens, ſed ambitio ſupplicans exorquet. Nõ ſolùm autem clericos cuiuslibet epiſcopi ſummus pontifex in eccleſia Romana valet ordinare: verùm etiam opportunitate exigente monachos & quoſcũque clericos conuocare poteſt & inuitare.

Vnde Nicolaus papa. *De eodem.* *Nicol. 1. ad Michaëlẽ impatorẽ.*

PEr principalẽ beatorum Petri & Pauli poteſtatem ius habemus non ſolùm in monachos, verùm etiam in quoslibet clericos de quacunque diœceſi, cùm neceſſe fuerit ad nos conuocare, atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare. Quolibet ergo munere interuenien te falſa diiudicatur ordinatio. Sicut autẽ pretio interueniente ſacri ordines nõ ſunt tribuendi, ita nec reſtituendi. vt enim ait beatus Ambroſius: ſacri ordines nec pretio ſunt emendi, nec redimendi. Hinc etiam Gregorius vij. ait: *15. part.*

Pretio interueniente ſacerdotale officium nõ reſtituatur.

NVllus episcopus grauamen seu seruile seruitium ex vsu contra ecclesiasticam normam abbatibus seu clericis suis imponat: vel interdictum sacerdotale officium pretio interueniente restituat. quod si fecerit, officij sui periculũ subeat. Qui autem pecuniam accipiunt vt ordinandis sacros ordines non tribuant, vel vt canonicæ electioni assensum nõ præbeant, aut ecclesiis ædificandis vel consecrandis lapidem benedictum vel consecrationẽ subtrahant: multis argumentis acceptæ pecuniæ rei, & infames esse probantur. Ait enim Paschalis ij. A B

Sacrilegi sunt iudicandi qui ecclesiam Dei non permittunt regulariter ordinari.

SVnt quidam qui vel violentia vel fauore non permittunt ecclesias regulariter ordinari. hos etiam decreuimus vt sacrilegos iudicandos. Codice lib. ix. ad. l. Iuliam repetundarum. *Titu. 27. lege 4.*

IVbemus & hortamur vt si quis fortè honoratorum, decurionum, possessorũ, postremò etiam colonorum, aut cuiuslibet ordinis à iudice fuerit aliqua ratione concussus: si quis scit de iure venalẽ fuisse sententiam: si quis pœnam vel pretio remissam, vel vitio cupiditatis ingestam: si quis postremò quacunq; de causa improbum C

ɔum iudicẽ potuerit approbare: is vel adminiſtrante eo, vel poſt adminiſtrationẽ depoſitam in publicum procedat: crimen deferat, delatũ approbet: cũ probauerit, victoriã reportaturus & gloriam. Item in digeſtis titulo de calumniatoribus. Vlpianus. *Libr. 3. digeſt. ti. 6. lꝛ. prima.*

De eodem.

IN eum qui vt calumniæ cauſa negociũ faceret vel non faceret, pecuniam detegitur accepiſſe: intra annum vtilẽ in quadraplum eius pecuniæ quam accepiſſe dicitur, poſt annum in ſimplum in factum actio competit. Ibidem lib. xlvij. titulo de concuſsione iudicis. *Titu. 13. lege 2*

CONcuſsionis iudicium publicum non eſt: ſed ſi ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus ſit: poteſt iudicium publicum eſſe ex ſenatuſconſultis, quibus pœna legis Corneliæ teneri iubentur qui in accuſationẽ innocentiũ coierint, quíve ob accuſandũ vel non accuſandum, denunciãdum vel nõ denunciãdum teſtimoniũ, pecuniam acceperint. Ibidem lib. xlviij. tit. de lege Iulia repetũdarum, Marcellus. *Tit. ad legẽ Iuliam repe. lege 2*

Palea.

LEge Iulia repetundarum tenẽtur, qui cùm aliquam poteſtatem haberẽt, pecuniam ob iudicandum vel non iudicandũ decernendũve acceperint, vel quo magis

gis aut minus quid ex officio suo facerent. A

Ibidē leg.6 Idem.

De eodem.

EAdem lege tenetur qui ob denunciandum, vel non denunciandum testimonium pecuniam acceperit. Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum mittēduḿve æs accipiat, néve quis ob sententiā in senatu concilióve publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accusandum vel non accusandum. Marcellus ibidem. Lex Iulia repetundarum præcipit ne quis ob iudicem arbitruḿve dandum vel mutandum, iubenduḿve vt iudicet, néve ob non dandum, vel nō mutandum, vel non iubēdum, néve ob litem æstimandam, iudiciuḿve capitis pecuniǽve faciendum vel non faciendum, aliquid accipiat. Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerunque vel exilio puniūtur, vel etiam durius, prout commiserint. Hac lege damnatus testimonium publicè dare, aut iudex esse, postularé ve prohibetur.

Ibidem continuò. B C

QVAESTIO SECVNDA.

An pro religionis ingressu sit exigenda pecunia, & exacta sit persoluenda.

Sequi

A  EQVITVR ſecunda quæſtio, qua quæritur an pro ingreſſu monaſterij pecunia ſit exigenda, vel exacta perſoluẽda? Hoc vtrunque licitè fieri, vtriuſque teſtamenti ſerie comprobatur. Legitur enim in j. li. Regum quòd Anna detulit ſecum Samuelem poſtquã ablactatus fuerat, in tribus vitulis, & tribus modiis farinę, & ampho ra vini ad domũ domini in Silo. In Acti bus verò apoſtolorũ legitur quòd multitu B dinis credẽtiũ erat cor vnũ & anima vna: nec aliquid eorũ quę poſsidebãt, quiſquã ſuum proprium eſſe dicebat: ſed erãt illis omnia cõmunia: & ſinguli vẽdebant prædia ſua, & ponebãt pretia eorũ ante pedes apoſtolorum, quorum vnus (ſcilicet Ananias) dum partẽ ſibi reſeruaret, cũ vxore ſua Sapphira ſentẽtia maledictionis accepta ante pedes Apoſtoli cecidit mortuus.

1. Reg. 1. d

Actor. 4. f

Actor. 5. a

Hinc liquidò apparet ꝙ ingreſſuri monaſteriũ ſua debent offerre rectoribus: nec aliter ſunt recipiendi, niſi ſua obtulerint. Sed aliud eſt ſua ſponte offerre: aliud eſt exacta perſoluere. Anna mater Samuelis nõ exacta neq; petita, ſed ſpõte munera ſacerdotibus obtulit. Credẽtes etiã ſua ſponte offerebãt apoſtolis: vt indigentium neceſsitatibus deſeruirent, quæ inſtante per

ſecutio

secutione infidelium eis possidere non licebat. Ananias quoque nõ ideo damnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia spiritui sancto mentitus, pretia eorũ quæ Apostolis obtulerat, ex parte fraudabat. Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus ab ingressuris aliquid exigere, sed sponte oblata suscipere: quia illud damnabile est, hoc verò minimè. Vnde in Brachareñ. conc. legitur. A

Ca. 5. conci. Brac. 2

Pro dedicandis ecclesiis nihil exigatur.

PLacuit vt quotiens ab aliquo fideliũ ad consecrandas ecclesias episcopi inuitantur, non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant, sed ipse fundator si quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. Si verò aut paupertas illum aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen vnusquisque episcoporum meminerit, vt non prius dedicet ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatam accipiat. Nam non leuis culpa est ista temeritas, vt sine luminariis vel sine substantiali sustentatione eorum qui ibidem seruituri sunt, tãquam domus priuata consecretur ecclesia. Item Bonifacius vrbis Romæ episcopus scribit omnibus Carolitanæ ecclesiæ cœnobitis. B C

Ab

Ab his qui ad conuerſionem accedunt, nihil eſt exigendum: nec pretio aliquis ad conuerſionem eſt inuitandus.

QVàm pio mentis affectu fratres charisſimi veſtrę deſtitutioni Romana cõpatitur eccleſia, vobis fortaſsis eſt inco gnitum: ſed cognitori omniũ nõ incognitum habetur. Dubitationi autem veſtræ quòd idoneum demus reſponſum, Deum ſtificor, ipſa quoq; me dubitatio reddit nxium & ineptũ. Nuſquã enim legimus omini diſcipulos, vel eorum miniſterio nuerſos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocaſſe, niſi rtè de pauperum alimẽto quis incõcinẽ proponat: quorũ nulli cuiuſcunq; proſsionis eſſet, victualia negabantur. Sci- *Iacob.1.*
us equidem quòd omne datum optimũ, omne donum perfectum deſurſum eſt, ſcendẽs à patre luminum, apud quẽ & à uo bonæ voluntatis donum accipit, qui nẽcto deliberationis arbitrio gratis Deo ruire diſpoſuit. Reſtat ergo vt qui pro iqua eccleſiæ ſuſceptiõe munus accipit, num Dei quod à patre luminum deſcẽere debuit, vendat: munus autem largiẽs nportunus emat. Quid autem de diuini oni venditoribus vel emptoribus conquatur, concludi neceſſe non eſt.

Cauę

Cauete ergo fratres quàm ſit ambiguum quod petiſtis conſilium, quod quidem ſecundũ veſtræ voluntatis propoſitum nul la inuenimus ratione confirmatum: verũtamen ſi veſtræ neceſsitati adeò eſt oppor tunus quem reperiſtis: dum tamen omnis abſit pactio, omnis ceſſet conuentio, nullaque veſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat: gratis Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuotè geſtet obſequium, & poſtmodũ vos quaſi ſubſidij gratia aliqua ſuę eccleſiæ munera largiri fratrũ ſolatio Romana permittit eccleſia. Vnde Vrbanus papa. *De eodem.* *Palea.*

A B C

NVllus abbas pretium ſumere vel exigere ab eis qui ad conuerſionem veniunt, aliqua pacti obſeruatione vel occaſione præſumat. Regulam antiquam ſequens, nulli vnquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendũ eſſe cõſtituo, neq; ex datione pallij, neq; ex donatione chartarum, neq; ex ea quã nouà per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli: quia enim in ordinàdo epiſcopo põtifex manum imponit, euangelicam lectionem miniſter legit, confirmationis autem eius epiſtolã notarius ſcribit. Item Gregorius in regeſto.

Epiſto. 44. lib. 4. ſiue ca. 88. eiuſdem.

Ab ordinando non debet aliquid exigi, ſed

nec

ec voluntariè oblata reſpui oportet.

Icut epiſcopum non decet manum quã
) imponit vendere, ita miniſter vel nota
us non debet in ordinatione eius vocẽ
am vel calamum venũdare. Is autem
ui ordinatus fuerit, ſi non ex pacto neque
actus ac petitus poſt acceptas chartas &
lliũ offerre aliquid cuilibet ex clero gra-
e tantummodo cauſa voluerit, hoc acci-
nullo modo prohibemus, quia eius obla
nullam culpę maculam ingerit, quę nõ
ambientis petitione proceſsit. Aucto
tate Bonifacij patenter oſtenditur quòd
ut nullus pretio eſt inuitandus ad con-
rſionem, ita nulli pecuniæ interuentu ec
ſiæ largiri oportet ingreſſum. Auctori-
te verò Gregorij datur intelligi quòd
o ingreſſu eccleſiæ non licet pecuniam
igere, ſed ſpontaneè oblatam licet ſuſci-
re. Item opponitur illud apoſtoli ad *2.pars.*
imotheum. *De eodem.* *1.Timo.5.a*

VIduas honora quæ veræ viduæ ſunt.
quæ autem non ſunt veræ viduæ, id
t quæ ſuis vel parentum opibus ſuſtenta
poſſunt, non recipiantur: vt eccleſia ſuf-
ciat his quæ veræ viduæ ſunt. Item
ierony. ad Damaſum papam.

Qui ſumptibus propriis ſuſtentari poteſt, ab ec
eſia ſtipendia non accipiat.

CLericos autem illos conuenit ecclesię stipendijs sustentari, quibus parentũ & propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem bonis parentum & opibus suis sustentari possunt: si quod pauperum est accipiũt, sacrilegium profectò committunt, & per abusionem talium iudicium sibi mãducant & bibunt. Item Prosper in libro de contemplatiua vita, &c. A

1. Corint. 11
Prosper capitu. 9. lib. 2. de vita contempla.

Quibus sua sufficiunt, ecclesiæ alimentis non sustententur.

Cap. 10. eiusdem.

PAstor ecclesię his quibus sua sufficiũt, nõ debet aliquid erogare: quandoquidem nihil aliud sit habentibus dare, quàm perdere: nec illi qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat accipiunt. De clericis quidem dicit spiritus sanctus: Peccata populi mei comedunt. Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimẽta quibus indigere videntur accipiunt: ita possessores non alimenta quibus abundant sed aliena peccata suscipiunt. Verùm his auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi, nõ illi qui quondam fuerant diuites, sed postea omnia reliquerant, vt Petrus & Matthæus & Paulus: aut pauperibus distribuerunt, vt Zachæus: aut ecclesiæ rebus adiunxerunt, sicut illi qui prædia sua vendeB

Osee 4. b

C

Matt. 4. c

Luc. 19. a

den

A dentes ponebant pretia ante pedes Apostolorum, vt essent illis omnia communia: sed illi qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant. De quibus in eodem libro Prosperi subinfertur. *Actо. 4.5*

Prosper li. 2. de vita contempla. cap. 10

Qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus ecclesiæ sustentari.

SI quis propter hoc sua relinquere non vult, vt habeat vnde viuat: vt quid ac-
B cipit vnde rationem reddat? vt quid de peccatis alienis sua multiplicat? Idem. Non est meum dicere quale peccatum est qui cibos pauperū præsumendo suscipiunt, qui ecclesiam quam iuuare de proprijs facultatibus debuerant, suis expensis insuper grauant: propter hoc fortasis in congregatione viuentes, ne aliquos pauperes pascant, ne aduenientes accipiant, aut ne suum censum quotidianis expensis minuãt. Quod
C si aliquid de fructibus suis ecclesiæ velut pro ipsa expensa sua cõtulerint, non se preferant inani iactantia illis quos nihil habẽtes pascit & vestit ecclesia: quia profectò perfectior est ille qui se mundi rebus expoliat, aut qui cùm nihil habuerit, nec habere desiderat: quàm ille qui ex multis quæ possidet, ecclesiæ aliquid præstiterit:

ac se de eo quod prestiterit, forsitan iactat. A

Ecce qui prohibentur ab ecclesia suscipi. Illi verò qui omnia sua relinquũt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiũgunt, & ab ecclesia laudabiliter suscipiẽdi sunt, & eius opibus sustentandi. Vnde in eodem libro legitur.

Cap. 11. eiusdem lib. 2 de vita cõtem.

Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuũt, vel ecclesiæ rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica dispensant.

SAcerdos cui dispensationis cura commissa est: non solùm sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit à populo dispensanda: & fideliter dispensat accepta, qui omnia sua aut parentibus reliquit, aut pauperibus distribuit, aut ecclesię rebus adiunxit: & se in numero pauperum paupertatis amore constituit: vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse tanquã pauper voluntarius viuat. Clerici quoque quos pauperes natiuitas fecit cum perfectione virtutis, vitæ necessaria siue in domibus suis, siue in congregatione viuentes accipiant: quia ad ea accipienda non eos cupiditas ducit, sed viuendi necessitas cogit. De talibus dicere videtur Apostolus: Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edant: & qui altario deseruiũt, de altario participẽt. Qui nisi hoc de cõtẽpto

B

C

1. Corin. 9. b Cap. 14. eiusdẽ. lib. 2

A ptoribus ſuarũ facultatum vellet intelligi, nunquã ſecutus adiungeret: Ita & Deus ordinauit his qui euãgeliũ annunciãt, de euãgelio viuere. De euangelio viuũt, qui nihil habere propriũ volunt: qui nec habent, nec habere aliquid concupiſcunt: non ſuorum, ſed communiũ poſſeſſores. Quid eſt aliud de euangelio viuere, niſi laborantem inde vbi laborat neceſſaria vitę percipere? Apoſtolus tamen qui ſic prædicauit euangelium, vt neceſſaria ſibi ſuis manibus miniſtraret, de ſe confidẽter loquitur: Ego autẽ nullo horum vſus ſum. & quare dixerit, ſecutus, apparuit dicens: Expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Euacare dicit gloriam ſuam, ſi ab eis quibus prædicabat, voluiſſet accipere vitæ temporalis expenſam. Nolebat quippe in præſenti laboris ſui fructum, ſed in futuro recipere. Item ex concilio Agathenſi. *Cap. 56*

B

C *Iuxta meritum laboris eccleſiaſtici ſtipendia ſacerdotes diſtribuant.*

CLerici omnes qui eccleſię fideliter vigilanterque deſeruiunt, ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundùm ſeruitij ſui meritum per ordinationem canonum à ſacerdotibus conſequantur. Item ex concilio Vrbani papæ habito Aluerniæ.

MVltorum auctoritatibus luce clarius constat, quòd ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere: ne & ille qui exigit, & ille qui soluit simoniæ crimen incurrat. A

QVAESTIO TERTIA.

An spiritualia & his annexa temporalia emantur.

SED adhuc obiicitur, quòd qui ingressuri monasterium pecunias tribuunt, non propositum religionis, sed participationem stipendiorum ecclesiæ emunt. Temporalia ergo nõ spiritualia ementes, nequaquã simoniaci habendi sunt. His itaque respondetur non solùm qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa pretio accipiunt vel tribuunt, simoniaci iudicãtur. B

Malac.1.c Vnde Malachias loquens ex persona domini ait: Quis est, inquit, in vobis qui claudat ostia & incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituũ, & munus suscipiam de manu vestra. Ostia claudere non est sacri muneris officium, sed tantùm sibi adiũctum. C

Item Gregorius scribit vniuersis episcopis Hispanis.

De his qui sacros ordines munerum acceptio-

ne

A *ne dispensant.*

AVdiuimus dilectissimi quod nos audire opostuit, sed audisse profectò nõ libuit: quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores qui sub munerum datione vel acceptione Dei ecclesias vel earũ sibi beneficia vsurpant: quod quidem scelus vos non iam dudum acriter correxisse vehementer admiramur. Iustè enim vterque corripiendus est, & à sanctę liminibus
B ecclesiæ submouendus: & qui pro ecclesiæ ambitu munera largitur: & qui vt ecclesiã adeat, quicquam præsumit accipere. Ille quippe donum Dei emere, hic autem præsumit vendere. A sacrilegio quoque hoc facinus nõ dispar dixerim: cùm id quod spõte & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur. Quare fratres charissimi quæ taliter facta sunt, curiosè resellite, infecta prohibete: vestrisque iussionibus resistentes, digno anathematis vinculo percutere nõ du
C bitate Idem Rothomagensi episcopo, & Gallicis omnibus episcopis.

De his qui ecclesiam vel ecclesiastica beneficia vendunt.

SI quis dator vel acceptor Dei ecclesias vel ecclesiastica beneficia (quæ quidam præbendas vocant) sub pecuniæ inter-

uentu susceperit, siue dando emerit, siue ac A
cipiendo vendiderit: à Simonis non excluditur perditione. Sed si perseuerans fuerit, perpetua multetur damnatione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari voluerit: si quid accipit, & meritũ perdit, & beneficio accepto frustratur. Rationis ergo vigore cogitur quod iniustè receperit restituere: & quicqd turpis lucri gratia recepe-
Ivo Carno. lib. 3. de simoniacè ordin. rat, nõ tenere. Itẽ Gregorius vij. papa.

Ab officio suspendatur episcopus beneficia vel B
ecclesiastica officia vendens.

SI quis episcopus præbendas, archidiaconatus, præposituras, vel aliqua officia ecclesiastica vendiderit, vel aliter quàm statuta sanctorum patrum præcipiunt, ordinauerit: ab officio suspendatur. Dignum est enim vt sicut gratis episcopatũ accepit, ita membra eiusdem episcopatus gratis distribuat. Item ex concilio Vrbani papę, habito Aluerniæ.

Nec altaria nec præbendas episcopis vendere C
licet.

QVæsitum est de episcopis qui altaria monasteriis data frequenter redimi compellebant pecunia: quia quidam simoniacæ prauitatis vsus in Galliarum partibus iam diutius inoleuit, vt ecclesiæ vel decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria

A taria nuncupantur) monaſteriis datæ, ſæpius ab epiſcopis ſub palliata auaritia vendantur, mortuis nimirum ſeu mutatis clericis quos perſonas vocant. Nos autem auctore Deo venalitatem omnem tam ex rebus quàm ex miniſteriis eccleſiaſticis propellẽtes, hoc vlterius fieri auctoritate apoſtolica prohibemus, ſicut etiam prębendas omnes venundantes interdicimus. Porrò quæcunq; altaria vel decimas ab annis triginta & ſuprà ſub huiuſcemodi redẽptio-
B ne poſſediſſe monaſteria noſcuntur: quietè deinceps & ſine moleſtia qualibet eis poſſidenda firmamus. Saluo vtique epiſcoporum cenſu annuo quem ab eiſdem altaribus habere ſoliti ſunt. Item Gregor. *Gregor.7*

Quicquid data vel promiſſa pecunia in ſacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur.

EA quæ à ſanctis patribus de ſimoniacis ſtatuta ſunt, nos quoque & iudicio & apoſtolica auctoritate firmamus. Quic-
C quid ergo in ſacris ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus, vel data vel promiſſa pecunia acquiſitum eſt: nos irritum eſſe, & nullas vnquam vires habere cenſemus. Itẽ Auguſtinus de doctrina Chriſtiana.

Quicqd poßidetur, nomine pecuniæ intelligitur.

TOtum quicquid homines habent in terra, omnia quorum domini ſunt,

pecunia vocatur: seruus, vas, ager, arbor, A
pecus, quicquid horũ est, pecunia dicitur.
ideo autem pecunia vocata est, quia anti-
qui quod habebant, in pecoribus habebant.

Iuo Carn. lib. 3. ex eodem refert de simon. ordin.

Item Paschalis papa. . . . . .

Qui ecclesiastica beneficia emerit, ecclesias quoque emere probatur.

SI quis obiecerit non cõsecrationes emi, sed res quæ ex consecratione proueniunt: penitus desipere probatur. nam cùm corporalis ecclesia, aut episcopus, aut abbas, aut tale aliquid sine rebus cõporali- B
bus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore corporaliter viuit: quisquis horũ alterum vendit, sine quo nec alterum prouenit: neutrum inuenditum derelinquit. Nullus igitur emat præbendam vel ecclesiam, vel aliquod ecclesiasticum: nec pastel lum, nec pastũ antea, nec postea pro huiusmodi soluat. Item Vrbanus episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio præposito ecclesiæ sancti Vincentij salutem & C
apostolicam benedictionem.

Quare in euangelio prohibetur inuestitura ecclesiæ à laicis fieri.

Mat. 24. a

SAluator prædicit in euangelio circa finem seculi pseudo apostolos & pseudo prophetas surgere, & multos seducere, & fideles suos in mũdo multas habituros pres

suras,

A ſuras, ſed tamen portas inferi non prę-
lituras. proinde (vt ait apoſtolus) oportet 2.Cor. 11.d
hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti
fiant. Oportet nos cũ propheta ex diuerſo Ezech.13.a
conſurgere, & murum opponere pro do-
mo Iſraël, & cũ Apoſtolo per multas tri- Actor.14.c
bulationes intrare in regnũ Dei: quoniã Rom.8.d
non ſunt condignæ paſsiones huius tem-
poris ad futuram gloriã quæ reuelabitur
in nobis. Igitur quia innotuiſti nobis quod
tibi obiicitur, vtrum vendere eccleſiaſti-
B cam rem ſimoniacum ſit: hoc ſimoniacum
eſſe patenter colligitur, ex hoc quod bea-
tus apoſtolus Petrus ait Simoni: Pecunia Actor.8.d
tua tecum ſit in perditionem: quia exiſti-
maſti donũ Dei pecunia poſsideri. Donũ
quippe Dei eſt ſpiritus ſanctus: & donum
Dei eſt res ipſi eccleſiæ oblata. & ſi bene
animaduertis, Simon magus qui ad fidem
fictè acceſsit, non ſpiritũ ſanctũ, quo ipſe
erat indignus (quoniam vt ſcriptum eſt:
C Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ) Sapien. 1.b
ſed donum Dei emere voluit, vt ex vendi-
tione ſignorum quæ per eundem fierent,
multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec
Apoſtolus emptionẽ ſpiritus ſancti (quã
bene fieri non poſſe nouerat) ſed ambitio-
nem quæſtus talis & auaritiam (quæ eſt
idolorum ſeruitus) in eodẽ Simone exhor-
ruit,

ruit,& eum maledictionis iaculo percus- A
sit. Quisquis igitur res ecclesiasticas &
Dei dona quæ à Deo fidelibus, & à fideli-
bus Deo donantur: quæque ab eodẽ gratis
accipiuntur:& ideo gratis dari debẽt, pro-
pter sua lucra vẽdit vel emit:cum eodẽ Si-
mone donum Dei possideri pecunia exi-
stimat. Ideo qui eas nõ ad hoc ad quod in-
stitutæ sunt,sed ad propria lucra munere
linguæ vel indebiti obsequij, vel pecuniæ
largitur vel adipiscitur,simoniacus est:cũ
principalis intẽtio fuerit Simonis sola pe B
cuniæ causa,auaritia videlicet, id est ido-
Colos.3.a lolatria,vt ait apostolus Paulus. alioquin
cur sancta synodus Chalcedoneñ. ccccc-
xxx.episcoporũ procuratorem vel defen-
sorẽ ecclesiæ,vel quenquã regulæ subie-
ctũ, adeò per pecuniã ordinari prohibet,
vt interuentores quoque tanti sceleris ana
thematizet:nisi quòd eosdem simoniacos
iudicet?] Quòd si præfati milites ecclesiæ
ob huiusmodi scelus taliter percelluntur: C
nemo sapiens negabit non militantes eccle
siæ multo damnabilius ob hãc causam, id
est emptionis vel venditionis,debere per-
celli. Sed beatus anteceſſor noster Pascha-
sius libro de consecratione affirmauit,
quòd quisquis eorũ alterũ vendiderit sine
quo alterum non prouenit, neutrum non
venditum

A venditum derelinquit: ac per hoc eum qui res eccleſiæ vẽdit vel emit, ſimoniacũ eſſe intelligit. In nomine verò procuratoris intelligit præfata ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt verbi gratia prępoſitum, œconomum, vicedominum, defenſoris nomine aduocatum, ſiue caſtaldum, & iudicem. In ſubiecto verò regulæ archipresbyterum, archidiaconum, diaconum, canonicũ, monachum vel quemlibet eccleſiaſtico manci
B patum officio. Quòd verò ſpiritum ſanctum quantũ in ſe eſt vendat vel emat, qui præpoſituram vel aliquid huiuſmodi vẽdit vel emit, audi Auguſtinum ſuper Ioãnem: O quot præpoſituras fecerunt. Alterum præpoſitum habet Carthagine Primianus: *alterũ in Mauritania Rogatus, alterũ habet in Numidia ille & ille: quos iã nec nominare ſufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbã, vnuſquiſq; laudat
C præpoſitum ſuum quod vendit, &c. Ecce venerabilis Auguſtinus de præpoſiturę diſtractione agens, in nomine columbæ ſancti ſpiritus venditionem vel emptionem accipit: ſicut & omnes huius euangelici capituli tractatores. Penſandũ verò eſt qua pœna mulctentur, qui iam Deo & eccleſiæ ſuæ oblata vendunt vel emunt, ſi cum

* Carthaginen. principatus.

flagellis

flagellis à Dei templo eiecti sunt, qui quæ Deo erant offerenda, vendebant vel emebant. Si de offerẽdorum venditoribus vel emptoribus dictum est: Vos fecistis domũ patris mei, domum negociationis, & speluncam latronum: quid dicetur de ecclesiæ iam oblatorum venditoribus vel emptoribus? Et ne quis insanus iam obiiciat meritò hoc dominum tam acerbè vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur: ecclesiasticæ verò res modò extra templum distrahuntur. Attende superius Augustinum non determinantem locum venditionis vel emptionis præpositorũ, sed tantùm indefinitè dicẽtem. Circuit aliquis emere columbam: vnusquisque prępositum suum laudat quod vendit: nõ adiiciens in templo vel extra templum. Hęc circa venditores vel emptores rerum sacrarũ sufficiant. Item Alexander episcopus seruus seruorum Dei Lucensis ecclesiæ clero & populo salutem perpetuam.

Esa.56.e *Mat.21.d*

A B C

Ministri & seruitores ecclesiæ absque vlla venalitate ab episcopis ordinentur.

EX multis temporibus hoc detestabile malũ in vestra ecclesia inoleuisse cognouimus, vt nulli vnquam clerico, quãuis religioso, quãuis scientia & moribus prædito ecclesiasticum beneficium concederetur,

A deretur, nisi ei qui profano pecuniæ mune re illud emere studuisset: fiebatque ecclesia & res eius ita venalis, velut quædam terrena & vilis merx à negociatoribus ad vẽdendum exposita: quod malum quã detestabile, quantũ Deo sanctisque suis sit contrariũ, & sacri canones docent, & ferè omnibus manifestum exiitit. Ista sententia inuenitur in ij. cap. Chalcedoneñ. concilij.

Chalcedonense nãque concilium vnum ex principalibus, simili pœna codemnat
B eos qui ecclesiæ beneficiũ interuentu pecuniæ acquirunt: & eos qui sacrã manus impositionem (per quam spiritus sanctus cõfertur) mercari dinoscũtur. vtrosq; enim auctoritate inexpugnabili, illos à beneficio, istos à sacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes emẽtes & vendentes de templo eiiciens, cathedras vendentium columbas euertit, nummulariorum effudit æs, præcepti sui auctoritate denuncians & dicens: Nolite face
C re domum patris mei domũ negociationis. Illud quoq; in eodem facto solicitè cõsiderate, quòd per totum textum sancti euangelij nusquam reperitur dominũ tanta seueritate, tam districta censura iustitię peccantes corripuisse, cùm non solùm eloquio increpans, verũ etiã facto flagello de fu

Mat. 21
Esa. 56. c

Ioan.2.c. de funiculis verberans omnes eliminauit A
de templo: apertè demonstrans quòd tales
negociatores non sicut cæteri peccatores
sunt corripiẽdi, sed à templo Dei, id est à
sancta ecclesia longius sunt proiiciendi.
Nam sicut per columbarũ venditores illi
denotantur, qui sacrã manus impositionẽ
vendere conantur: sic per nummularios
ecclesiastici beneficij venditores designan
tur: qui domũ Dei (teste euangelio) spelun
cam latronum efficiunt. Quapropter ego
Alexãder sanctę Romanæ ecclesiæ & apo B
stolicæ sedis episcopus (imò minister indi
gnus) tot & tanta mala in in multis eccle-
sijs, & maximè in Lucensi ecclesia ex ini-
qua cõcupiscentia fieri conspiciens, ne san
guis iniquorũ à districto iudice de manu
nostra requiratur, illa extirpare & penitus
eradicare decreuimus. Cõstituimus itaq;,
& præsenti decreto firmamus (sicut olim
nostri prædecessores feciſſe noscuntur) vt
nullus deinceps episcoporum beneficium C
ecclesi æ (quod quidam canoniam vel pre-
bendam, seu etiam ordines vocant) pro ali
quo pretio vel munere clericis audeat vn-
quam cõferre: sed omnes ministros & ser-
uitores ecclesiæ gratis, & absque vlla ve-
nalitate in sancta ecclesia studeant ordina-
re. Nec eligant in domo domini, qui ma

iores

A iores ſacculos pecunię cõferãt, ſed eos qui moribus & diſplina atque ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam valeant ſuſtentare eccleſiam. Conſtituimus & eodem modo firmamus, vt nullus cuiuſcunque gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricę eccleſiarum, vel donarijs eccleſiarum, ſeu etiã quod paupe ribus ſit tribuẽdum: quia (teſte ſcriptura) qui aliquid malè accipit, vt bene diſpẽſet: potius grauatur quàm iuuetur. Quòd ſi
B aliquis diuinorum præceptorum & animarum ſalutis immemor, præfatum beneficiũ eccleſiæ iniqua cupiditate ductus vendere vel emere temerario auſu præſumpſerit: ſicut in Chalcedonenſi concilio diffinitum eſt, gradus ſui periculo eũ ſubiacere decernimus: nec miniſtrare poſsit eccleſiæ quã pecunia venalem fieri concupiuit: & inſuper terribilis anathematis mucrone perfoſſus (niſi reſipuerit) ab ec-
C cleſia Dei quam læſit, modis omnibus abſcindatur. Item Greg. homilia xiij. *Greg. homilia. 39. euãgeliorum.*

Qui dona Dei vendunt vel emunt, pariter à Deo damnantur.

VEndentes & ementes de templo elimi nauit Chriſtus: quia vel eos qui pro munere impoſitionem manuum tribuunt, vel eos qui donũ Dei emere nituntur, dã- *Mat. 21. b*

nat. Item in tẽplo vendentes sunt qui hoc quod iure competit quibusdã, ad præmiũ largiuntur. Iustitiam enim vendere est hãc pro præmij acceptione seruare. Ementes verò in templo sunt, qui dum hoc quod iustum est proximo persoluere nolunt, dumque rem iure debitam facere contemnũt: dato patronis pretio emitur peccatum. A

Greg. ibidẽ paulò infe-rius.

Beda ad ca put 2. Ioã.

Item Beda.

Qui gratiam quam à Deo accipiunt, non gratis exercent: venditores columbarum sunt.

NOn solùm venditores sunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negociationis, qui sacros ordines largiendo pretium pecuniæ vel laudis vel etiã honoris inquirũt: verùm hi quoque qui gradum vel gratiã in ecclesia spiritualem quã domino largiente perceperunt: nõ simplici intentione, sed cuiuslibet humanæ causa retributionis exercent, contra illud Petri apostoli: Qui loquitur, quasi sermones Dei: qui ministrat, tanquam ex virtute quã administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus. Quicunque ergo tales sunt, si nolunt venientẽ domino de ecclesia auferri, auferant ista de actibus suis, ne faciant domum Dei domum negociationis. B

1. Pet. 4. c

C

Item ex epistola Vrbani papæ.

Quæ ex consecratione proueniunt, in suum ius vi

A *ius vi vel munere nemo conuertat.*

REs ecclesiæ quæ ex cõsecratione prouenium, in suum ius vel vi vel aliquo munere aliquem conuertere non debere docens sanctus Vrbanus ait: Quisquis res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniã à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur: quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit vel emit: cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat.

B Item Gregorius septimus.

Simoniacus est episcopus qui decimas & oblationes laicis non clericis distribuit.

PEruenit ad nos fama sinistra, quòd quidam episcoporum non sacerdotibus propriæ diœcesis decimas atque Christianorũ oblationes conferant: sed potius laicalibus personis, militũ videlicet siue seruitorum, vel (quod grauius est) cõsanguineis. vnde si quis amodo episcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos, & antichristos nõ minimus habeatur: sicut Nicena synodus de simoniacis censuit: & qui dat episcopus, & qui recipiũt ab eo laici, siue pretio, siue beneficio: æterni incendij ignibus deputentur. Item Paschalis secundus.

C *Spiritum sanctum vendit, qui decimas pro*

pecunia tribuit. A

ALtare & decimas per pecuniam dare & spiritnm sanctum vendere, simoniacam hæresim esse nullus fidelium igno rat. Item Innocentius secundus.

Careat honore malè acquisito, qui ecclesiastica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit.

SI quis præbendas vel prioratum seu decanatum aut honorem vel promotio nem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum ecclesiasticum, vt puta chrisma vel oleum sanctum, & consecra- B tiones altarium vel ecclesiarũ interuenien te execrabili ardore auaritiæ per pecuniã acquisiuit, honore malè acquisito careat, & emptor atque venditor & interuentor nota infamiæ percellantur, & nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius cõsuetudinis ante vel post aliquid exigatur, vel ipse da re præsumat, quoniã simoniacum est: sed liberè absque diminutione aliqua collata sibi dignitate atque beneficio perfruatur. C

De ij. & iij. quæstione quid sacri canones diffiniant, auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum est.

QVAESTIO IIII.

An filius sit criminis reus, quod eo ignorante pater commisit.

NVNC

A NVNC ergo de quarta quæstione est pertractãdum, qua quęritur an paternũ crimen huic imputetur, quod eo ignorante constat esse admissum. Quòd ignorantia hunc excuset, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Augustinus.

Aug. epist. 48. ad Vincentium.

Alienum crimen nescientem non maculat.

NVllius crimẽ maculat nesciẽtẽ. Itẽ.

Aug. in eadem epist.

De eodem.

B QVis locus innocentiæ relinquitur, si alienum crimen maculat nescientẽ? Item in Africano concilio legitur.

Cap. 48. Carthaginẽ. cõcil. 3. & ca. 14. Africani.

De infantibus qui ab hæreticis baptizantur.

PLacuit de infantibus qui ab hæreticis baptizantur: neque suo hoc fecerunt iudicio: cũ ad ecclesiam Dei salubri propositio fuerint reuersi, ne parentũ illos error impediat quò minus promoueantur ad sacri altaris ministerium. Item in eodem.

Ca. 24. cõci. Africani.

De eodem.

C QVi apud Donatistas paruuli baptizati sunt nondũ scire valentes erroris sui interitũ: si postquam ad ætatem rationis capacem perueniunt, agnita veritate falsitatẽ eorũ abhorrentes, ab ecclesia ordine antiquo per manus impositionẽ recepti sunt: tales ad suscipiẽdũ munus clericatus non debet impedire nomẽ erroris. Item

Leo quartus Ebrunio & Adelfrido episc. A

Consanguineorum maleficia in nullo clericis obsunt, nisi conscii fuerint.

QVia præsulatus nostri (quod bene nostis) magisterium non solũ de sacerdotum, verùm etiã de secularium vtilitatibus debet esse solicitum: propterea fraternitatẽ vestrã scire volumus, hunc præsentem presbyterum ad sedem apostolicã venisse, nobisq; violẽtiam & excommunicationem suam per ordinẽ retulisse. quod etiam sine iusto legis tramite illi sua esset B ablata ecclesia, similiter indicauit: quam alius dato munere sacerdos zelo ductus inuidiæ vsurpare præsumpsit. Inde parẽtes eius magno dolore compulsi presbyterum illum qui suam tenebat ecclesiã, mox comprehẽderunt, & ei oculos eruerunt: tamen ipse sæpedictus sacerdos dicit quòd absq; sua voluntate & sine eius cõsilio hoc sit peractum: quod si ita est vt ipse nobis suo ore testatus est, vobis magnopere pro C uidẽdũ est: vt si canonicè ipse excõmunicatus nõ est, canonica super eũ fiat remissio.

Libr. 48. ff. tit. 19. le. 26

Digestis titulo de pœnis.

CRimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. nam vnusquisq; ex suo admisso sorti subiicitur: nec alieni criminis successor cõstituitur. Idq;

etiam

A etiam diui fratres Hierapolitanis respon derunt. Item ex concilio Tole.iiij. *Cap.6.*

Perfidia parentum filius obesse non debet.

IVdæi baptizati si postea præuaricantes in Christum qualibet pœna damnati ex titerint, à rebus eorum fideles filios exclu di nõ oportebit, quia scriptum est: Filius *Eze.18.c* non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Item Au- *Epist.23* gustinus ad Bonifacium.

Non imputantur peccata parentum his qui
B *ab eis personaliter diuisi probantur.*

IAm itaq; cùm homo in seipso, ab eo qui genuit eum alter est effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur ob noxius. Traxit ergo reatũ, quia vnus erat cum illo, & in illo à quo traxit, quando quod contraxit, admissum est: non autem trahit alter ab altero quando sua vnoquo que propria vita viuente iam est vt verè dicatur: Anima quæ peccauerit ipsa mo- *Ezec.18*
C rietur. Vt autem regenerari possit per officium voluntatis alienæ cùm offertur cõ secrandus, facit hoc vnus spiritus ex quo regeneratur oblatus. Hinc etiam Grego. *Capit.8.ad 35.ca.Iob* in lib.xxvj.Moralium.

Ei qui imitatur, impietas alterius nocet.

HOmini qui similis tui est, nocebit im pietas tua: & filiũ hominis adiuuabit

iustitia tua. Humana impietas ei nocet quem peruertendo coinquinat. Et rursus: Eum adiuuat nostra iustitia, quem à prauis actionibus immutat. nocere enim vel adiuuare nesciunt ea quæ vel à bono corrumpere, vel à malo permutare non possunt. Econtra dominus ad Moysen: Ego sum Deus zelotes, qui visito peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartã generationem. licet non inæqualitate iudicij, sed magnitudine clementiæ Augustinus asserit hoc dictum, ita dicens: In tertia & quarta generatione peccatum patrũ se dominus comminatur in lege filiis redditurum: non inæqualitate iudicij vt alij peccent, & alij puniantur: sed magnitudine clemẽtiæ, dum semper expectat ad pœnitentiam: & quod in prima generatione delinquitur, non prius corripit & emendat, nisi & tertia & quarta generatio euenerit. Cùm ergo de baptizatis ab hæreticis Innocentius scribat, lex est ecclesiæ de his qui ab hæreticis baptizati sunt, per manus impositionem laicam tãtùm communionẽ præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subroga re: patet quòd infantes qui ab hęreticis baptizati sunt, sola excusat ignorãtia: vt iuxta illud Africani cõcilij ad suscipiendum cleri

A

Exo. 20. a

B

Inno. epist. 22. ad episcopos Macedoniæ.

C

A clericatus officiũ nõ eos impediat nomen erroris. Item ſicut Augu. ſcribit ad Auxilium epiſcopum. *Epiſt.73*

De eodem.

NOn imputantur filiis peccata parentum quæ poſt eorum natiuitatẽ à parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum ſpirituali pœna filij ſunt plectẽdi. officio autem vel beneficio eccleſiæ priuari, ſpiritualis pœna eſt. non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item ſi excuſatur qui ignoranter à ſimoniaco
B ordinatur: vt ſuprà in cap. Vrbani legitur: & iſte excuſandus eſt qui per ignorantiam ſimoniacè ordinatur. Sed obiicitur illud Gregorij. *2.pars.*

De eccleſia quæ pactione conſecratur.

ECcleſia quæ pactione conſecrata fuerit, potius execrata quàm conſecrata dici debet. Item peccato ciuium theſauri Hierico anathematizati leguntur. Vnde Achor qui regulam auream & quædam
C alia pretioſa furatus eſt, de anathemate dicitur tuliſſe. Item peccato Amalechitarum animalia eorũ iuſſa ſunt interfici: quibus quia Saul perpercit, audiuit à Samuele: Neſcis quia peccatum ariolãdi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere? Item peccato Aegyptiorum poſſeſsiones eorũ grãdini traditæ, iumẽta *Ioſue 6.a* *1.Re.15.a* *Exo.9.d*

& primogenita eorum morte consumpta A
1.Re.4.c sunt. Item peccato Israëlitarum arca domini Philistęis tradita est. Si ergo quę sensu carent, vt ecclesia, altare, arca domini, lapides Hierico, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizãtur, vel grandine deuastantur: si ea quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte, patet quòd nullum excusat ignorantia criminis: maximè cùm ex eo vtilitas deferatur ignorãti, veluti si quispiam de latrocinio & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, non excusat filiũ ignorãtia quin post mortem patris cogatur reddere malè conquisita. Item peccato Achor plebs Israëlitica
Iosue 7.d
1.Re.4.b in manibus hostium tradita est. Item peccato filiorum Heli populus in manu Philistinorum corruit. Peccato quoque plebis electi eorum sæpe sunt impediti: & tãdem cum eis prophetæ ducti sunt in captiuitatem. His itaque respondetur: insensibilia & irrationabilia peccato hominum vel execrantur, vel anathematizantur, vel morte perduntur, non participatione peccati, sed causa sacramenti, vel detestatione peccati, vel flagello delinquentium causa sacramenti: vt thesauri Hierico, & animalia

B

C

9.pars.

A lia Amalechitarum. Hierico enim luna interpretatur, & significat mundum istum. Amalechitæ interpretantur lingentes sanguinem: & significant cupidos, auaros, & dæmones. Israëlitæ interpretãtur viri videntes Deum: & significãt multitudinem sanctorum. Lapides ergo & thesauri Hierico anathematizantur: animalia Amalechitarum interfici iubentur ad examinandam cupiditatem Israeliticæ plebis: & vt
B significaretur quòd muri vitiorum, & huius mundi thesauri, qui per lapides & thesauros Hierico designãtur, irrationabiles quoq; vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debẽt, transire in sortem sanctorum. Animalia verò Aegyptiorum & possessiones eorũ & primogenita grandine & morte cõsumpta sunt, vt in illis punirẽtur quorũ felicitate lætabãtur: & vt daretur intelligi q̃ mundus peribit, & cõcupiscentia eius. sed
C & terra Israëlitarum in salsuginem versa est: & segetibus eorũ imbres aduersi sunt: animalia eorum sterilitate & morbo cõfecta sunt: vt auctorẽ suũ quẽ per beneficia cognoscere noluerunt, saltem inter supplicia sentirent. In detestationem verò peccati, pecunia Simonis damnata est: cui dictum est: Pecunia tua tecũ sit in perditio- Act. 8. d
nem;

nem: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia A
poſsideri. In deteſtationem quoque eiuſdē
criminis altare & eccleſia quæ per ſimo-
niam conſecrantur: non tam conſecrari,
quam execrari dicuntur: quia qui interuē-
tu pecuniæ oleum conſecrationis fundit:
non conſecrare, ſed execrare credēdus eſt.
Hinc eſt quòd beatus Gregorius eccleſias
ab Arrianis conſecratas, iterum conſecra
ri præcepit: quia ſanctificationem conſe-
crationis quæ nō niſi in fide trinitatis per
ficitur: præſtare non poterant qui fide ca- B
rebant. Arca verò & prophetæ peccato
ſuorum ciuium hoſtibus traditi ſunt. Ele-
cti quoque qui murmure eorum impediti
ſunt: non in pœnam criminis, ſed in expe-
rimentum & exemplum patiētiæ hæc paſ
ſi ſunt. Item populus qui peccato Achor
& filiorum Heli in manibus hoſtium tra-
ditus eſt, ſignificat ſubditos corporaliter
flagellari, vt inter ipſa flagella peccata prę
latorum feriātur: ſicut Achor ſorte depre C
henſus, lapidibus obrutus eſt. Sic & naui-
Iona 1.a cula Ionæ periclitatur, vt fugitiuus ſorte
deprehenſus, fluctibus immergeretur. Ali
quando pro meritis prælatorum depraua
tur & damnatur vita ſubditorum: vt præ
latis ſuis ſubditi fauentes ad malum, cum
eis ſimul corruāt: ſicut filij Iſraël diu por

tantes

A tantes peccata sacerdotum, tandem cũ eis ceciderunt in manibus hostium. Item Da uid populum numerauit: quo peccato gladius domini desæuit in populum, sed in lata gente gloria regis est: in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numerositate suæ gentis superbiuit, iure in eius diminutione punitus est. Item paruulos Sodomitarum non excusauit ignorantia, quin pro paterno scelere cælesti igne cõsumerentur: sed igne hoc pœna il-
B lis diminuta est: quibus successio paterni sceleris est adempta. Pariter etiam demonstratum est peccatis parẽtum paruulos aliquando corporaliter flagellari. Illud idẽ etiã intelligendum est de paruulis qui peccato Dathan & Abiron viui descenderũt ad inferos. Itẽ Cham peccante, Chanaan filius eius maledicitur. Giezi delinquente lepra transmittitur ad posteros. Iudæis clamantibus: Sanguis eius super nos, & su-
C per filios nostros: etiam reliquiæ eorum pœnę mortis Christi addictę sunt. Achab quoque peccãte posteri eius regni solium amiserunt, & qui de eius semine in regno Iudæ nati sunt, vsque ad purgatam labem idololatriæ illius familiæ à genealogia domini sunt excluſi. Odium quoq; Esau (vt Malachias testatur) trãsiuit ad Idumæos.

2. Re. vlti. a

Gene. 19. e

Num. 16. e

Gene. 9. d
4. Re. 5. g
Mat. 27. c

3. Re. 19. a

Mala. 1. a

Ex qui

Ex quibus omnibus colligitur ꝙ ignoran A
tia peccati nõ excusat aliquẽ. Sed his exẽ-
plis non probantur teneri peccato alioꝝ,
nisi imitatores nequitiæ eorum. Quicun-
que enim de semine Esau & cæterorũ ad
Deum conuersi, paternam malitiã detesta
ti sunt: non odium, sed Dei clementiam
Ambr. ser- experti sunt. Item Ambrosius ait:
mone 11 TVrbatur nauicula Petri, in qua erat
Matt. 8. c Iudas: quia qui suis meritis erat fir-
mus, turbatus est alienis. Ignorabat autẽ
Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorã B
tia excusauit illum. Sed turbatio hæc non
est peccati coinquinatio, sed corporalis
persecutio intelligitur: quia meritis malo
rum nonnunquam adeò premuntur bo-
ni, vt eorum turbetur firmitas. Non itaq;
his auctoritatibus simoniaci probantur,
pro qbus ignorãtibus pecunia data est. Nõ
ergo potest probari iste reus criminis, cu-
4. pars. ius nõ habuit cõscientiã. Notandũ quoq;
est ꝙ non omnis ignorantia aliquem excu C
sat. Est enim ignorantia alia facti, alia iu-
ris. Facti alia est eius facti quod oportuit
eum scire: alia quod non oportuit eum sci
1. Cor. 10. f re. Quod non oportuit eum scire, sicut a-
postolus ait: Si quis infidelium vocauerit
vos ad cœnam: quicquid vobis appositũ
fuerit, comedite nihil interrogãtes. si quis
vobis

vobis dixerit, hoc idolis immolatum est: nolite comedere. Ecce & vocatum ad cœnam non oportuit scire carnes sibi appositas idolis fuisse immolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia Iudæorũ, & reliquorum infideliũ: qui ea quæ à prophetis de Christo fuerant prænunciata, adhuc ignorant esse completa. vnde à Iudæis adhuc expectatur venturus. hæc neminẽ excusat. Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis, omnibus
B adultis dãnabilis est. Ius verò ciuile aliis permittitur ignorare, aliis non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obest in damno vitando, si negocium inde cõtigerit: vt si minor pecuniam dederit filiofamiliàs, repetit: in maiore verò quasi delictum est. Itẽ si successionem etiam tibi maiori delatam cum alio sine iudice diuidas, putans testamentum iure subnixum cùm nõ esset, solidam successionẽ obtinebis: vel si id quod
C nullo iure debuisti, aut iure naturali non debuisti: sed ciuili, tanquã ex chirographo soluas aut promittas, repetis: non ita si delictum. nam si putat rem suam sibi per legem licere rapere: incidit in constitutionẽ illam Cod. lib. viij. tit. vnde vi. Impera. *Tit. 4. vnde*
SVale. Augustus. *Palea. vi. l. 1*
SI quis in tantam furoris audaciam per

uene

uenerit, vt poſſeſsionem rerum apud fiſcum vel apud quoslibet homines cõſtitutarum ante euẽtum iudicialis arbitrij violenter inuaſerit: dominus quidem conſtitutus poſſeſsionẽ quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori: & dominium eius rei amittat. Si verò alienarum rerum poſſeſsionẽ inuaſit: non ſolũ eam poſsidentibus reddat, verùm etiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur. In hoc autem non fuit ignorãtia iuris, ſed facti, & illius quod non oportuit eum ſcire. A reatu ergo criminis ſimoniæ eum ignorantia excuſat paterni delicti: quod etſi oportuiſſet eum ſcire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non poterat. A B

QVAESTIO QVINTA.

An filius in eccleſia permaneat, & ordinatione gaudeat quam pater emit.

QVOD verò quinto loco quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi ea ordinatione quam paterna pecunia eſt aſſecutus, auctoritate Vrbani diffinitur: qui ſcribẽs de ſimoniacis ait inter cætera. C

De paruulis qui cupiditate parentum eccleſias emunt.

Quicun

Vicunque sanè cupiditate parẽtum,
cùm adhuc paruuli essent, ecclesias,
l ecclesiarum partes, per pecuniam ade-
i sunt, postquã eas omnino dimiserint,
canonicè in eis viuere voluerint, pro ma
a misericordia ibidem eos esse conce-
mus: neque pro hoc facto à sacris ordini
s illos remouemus, si aliàs digni inueniã
r. Illi verò, qui per seipsos, cùm maio-
ætatis essent, nefanda cupiditate ducti
s emerunt, si in aliis ecclesiis canonicè
luerint viuere, seruatis propriis ordini-
s, pro magna misericordia, ibi eos mini-
are permittimus. Quòd si ad alias fortas
trãsferri non poterũt, & in eis canonicè
uere promiserint, minoribus ordinibus
tenti ad sacros ordines nõ ascẽdãt, salua
mẽ in omnibus Apostolicę sedis autori-
te. Si qui tamen ante emptionẽ catholicè
dinati sunt, cũ ea quæ emerunt, dimise-
nt, & vitã canonicã egerint, in suis gradi
s permittãtur: nisi fortè huiusmodi eccle
sit, vbi primum locũ debeant obtinere.
rimũ enim, vel singularẽ, vel prępositurę
cũ in emptis ecclesiis eos habere nõ pati-
ur. Hoc autẽ eum non in præiudicium 2pars.
anonum, sed ex misericordiæ dispẽsatio
e dixisse, ex epistola eiusdem colligitur,
issa Vitali Presbytero in hæc verba.

In dignitate seruanda simoniacis misericordia potest impendi, si eos vita commendat. A

EOs, qui ecclesiam emerunt, si persona talis fuerit, quam vita commendet, videlicet vt in Canoniis vel monasteriis regulariter viuat, in sui honoris officio, misericorditer condescendendo, ministrare concedimus, absque tamen sanctorum Ca
2. pars nonum præiudicio. Ex hac itaque autoritate colligitur, quòd ignorantia tales excusat à reatu criminis, vt suprà dictum est, nõ à fructu emptionis, cũ in ecclesiis, quas B parẽtum pecunia adepti sunt, nõ nisi postquam eas omnino dimiserint, & ex misericordia, ibidem eis esse cõceditur. In quo patet, quòd etsi illis ignorãtibus simonię peccatum esset admissum, fructum tamen paternæ emptionis reportare non possunt. Quòd verò à crimine excusentur, hinc patet, quia pro hoc facto à sacris ordinibus non remouentur. Si enim illius criminis participes essent, ad sacros ordines cõscen C dere non possent. Illud idem intelligendũ est de eo qui per pecuniam est adeptus sacerdotij dignitatem, non Episcopo, sed cuidam ex principibus eius datam, vtroque tamen, ordinatore videlicet, & ordinato, hoc ignorãte. Vnde Vrbanus ij. scribit Alberto Metensi Episcopo.

De

A *De quodam, pro quo incuria parentum pecuniã dedit non Episcopo, sed vni principum.*

PRæsentium portitorem, quem parentum incuria per pecuniam, non Episcopo, sed cuidam principum eius datam, & inuitum sacerdotij dignitatem obtinuisse significasti, licet sancti Canones deponendum esse testentur: tamen quia culpam istã nesciens & coactus commisit, & quia ab eodem ordine vt deponeretur supplicauit vltroneus, ex consideratione discretionis
B (quæ mater est omnium virtutum) magis quàm ex rigore Canonum, misericordiæ viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse fraternitati tuæ consulimus: ita tamen, vt si ecclesia illa, cui deseruit, sacerdotũ penuriã nõ patitur, supẽsus à sacerdotali officio permaneat. Quòd si fortasse ecclesiæ vtilitas exegerit, vt curã regiminis assumat, licet ei cõcessione sui Episcopi fratrũque obediẽtia sacerdotali officio fungi.

C

QVAESTIO VI.

An pro electione quidpiam dari possit.

QVID verò de his fieri debeat qui ignorãter à simoniacis ordinati sunt, quod sexto loco quęsitum est suprà, primo capitulo

videlicet Vrbani, quod ſic incipit, Si qui à ſimoniacis non ſimoniacè ordinati ſunt, requiratur. Nunc autem de illis quęritur, qui non pro ordinatione pecunias offerũt, ſed pro electione, vel vt decretum electionis fiat, vel vt ſubſcriptione firmetur, vel vt electioni non reſiſtatur, aliquibus præmia largiuntur: an eorum electio vitioſa ſit iudicanda. Non enim videntur Spiritus ſancti donum emere, qui non pro conſecratione, ſed pro electione munera largiuntur: cùm nullius ſpiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed ſicut eccleſiaſticarum rerum emptores ſimoniaci iudicantur, quia eccleſiaſticis officijs ita adiunctæ ſunt, vt alterum ſine ãltero alicui non proueniat: ita quia per electionem perueniatur ad conſecrationem, perinde ſimoniacus habetur, qui pro electione præmia largitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet. Vnde Symmachus ſcribit Cæſario Epiſcopo. *Cap. 5*

De his, qui pro muneribus ordinationẽ faciunt.

SI quis autem Epiſcopatum deſiderat, data pecunia, potentes perſonas minimè ſuffragatrices ſibi adhibeat, nec ad decretum ſibi faciendum clericos, vel ciues ad ſcribendum, adhibito cuiuslibet generis timore, compellat, vel præmiis quibuſlibet

ibet exhortetur. Item Greg. Salonis con-
iſtentibus. *Epiſt. 26 libr. 5*

imoniacus eſt, qui vt eligatur, præmia largitur.

EGo autem veſtræ dilectioni prouidẽs, & meæ animæ omnipotentis Dei iu-
liciũ pertimeſcens, eiuſdẽ Maximi cauſas
ubtiliter exquiri deſidero, ſi nullis crimi-
ibus preſſus, quę ſacro ordini cõtradicũt:
i nõ per ſimoniacã hęreſim, id eſt prẹmia
uibuſdam ſe eligẽtibus præbẽdo, ad ſacer
otale pertingere conatur officium. Tunc
nim liber pro vobis apud dominum inter
eſſor erit, ſi non obligatus de ſuis ad locũ
nterceſsionis venerit. Item Gregor. Sy-
grio Epiſcopo Auguſtudunenſi. *Epi. 11. lib. 7*

Sicut ordinatio, ſic electio, vel conſenſus, ſine vænalitate debet conferri.

SIcut is, qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris altaribus eſt admouẽdus:
ic qui vltro ambit, vel importunè ſe inge
it, eſt proculdubio repellendus. Nam qui
ſic nititur ad altiora conſcendere, quid a-
liud agit niſi vt creſcendo decreſcat, &
aſcendendo exterius, interius in profun-
dum deſcendat? Itaque, frater chariſsime,
in ſacerdotibus ordinãdis ſynceritas vi-
geat: ſit ſimplex & ſine vẹnalitate cõſenſus:
præferatur electio: vt ad ſummũ ſacerdo-
tij vel pontificij non ſuffragio venditorũ

prouectus, sed Dei credatur esse iudicio. A

Si autem pecunia promissa fuerit, vel soluta, electo vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem vel ordinationem peruenerit, ei nullatenus obesse videtur: nec ad reatum criminis pertinet, cuius conscientiam nõ habuit: nec ad electionis vel ordinationis cassationem pertinet, ad quam aliàs non per prauam illorum cupiditatem peruenisse docetur.

QVAESTIO VII. B

An renuntians suæ hæresi, sit accipiendus in Episcopali dignitate.

NVNC autem de septima quæstione tractãdum est, an renuntians suæ hæresi, sit recipiẽdus in Episcopali dignitate vel nõ.

Cypria. epistola 1. li. 2 epistolarũ.

De his scribit Cyprianus ad Stephanũ. *Qui redeuntes ab hæresi, in suis ordinibus recipiantur.* C

SI qui Presbyteri & Diaconi in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi & rebelles extiterint contra ecclesiã, vel apud hæreticos à Pseudoepiscopis & Antichristis contra Christi dispositionẽ profana ordinatione promoti

noti sunt, & contra altare atque diuinum
erbum sacrificia foris falsa & sacrilega
fferre conati sunt: eos quoque hac condi-
ione susci pi conuenit, cùm reuertuntur,
t communicent laicis, & satis habeant, &
dmittuntur ad pacem, qui hostes pacis ex
iterunt: nec debere eos reuertẽtes ea apud
os ordinationis & honoris arma retine-
e, quibus contra nos rebellauerunt.

Item ex septima synodo.

*De his qui pro muneribus ordinationem fa-
unt: & qui redeuntes ab hæresi in suis ordini-
us recipiuntur.*

SI quis omnem traditionem ecclesiasti-
cam scriptam, vel non scriptam, vio-
at, anathema sit. Omnis Episcopus, vel
Presbyter aut Diaconus conuictus, quòd
ro muneribus ordinationem dederit, vel
cceperit, à sacerdotio cadat. Sed dicunt
uidam, quia pœnitentiã aginus pro pec-
ato, & Deus indulget illud: ita & ego di-
o, quia omnẽ pœnitentiam recipit Deus,
& indulget per pœnitentiam peccata, quæ
ã facta sunt. Noui enim, quòd Dauid for-
nicatorem & homicidam, per pœnitentiã
receperit Deus, & quòd dixerit de eo: Inue *Act. 13*
ni virum secundũ cor meum. Noui rursus
eũdẽ audientẽ à Deo: Non ædificabis mihi *1. Reg. 28*
lomũ, quia vir sanguinũ es. Scio Manasse *2. Para. 33*

per confessionem dimissam impietatem A
Matth. 21 suã. Scio meretrices & telonarios per pœnitentiam receptos: nullum tamen eorum, qui ante baptismum peccarunt, sacerdotibus connumeratum. Scio quosdam, dum essent in mũdo, in multa fornicatione mãsisse, monachos verò factos, quasi luminaria mundi resplenduisse: nullum tamen ad sacerdotium ascendisse. Quod etsi rarò cõtingit, nulla tamen lex ecclesiæ fuit. Nouimus peccatricem prius Mariam, post conuersionem, quamuis sanctam & castam, tamen inter diaconissas non esse computatã. B
Sed quid hoc dico? Sequens sanctos Apostolos, & venerabiles patres, cum omni fiducia clamo: Qui per simoniam ordinatus est, siue episcopus, siue Presbyter, siue Diaconus, alienus est à sacerdotio. neque enim
Ioann. 11. c vænalis est gratia Spiritus sancti. Caiphæ
Act or. 8. c traditio, & adinuentio Simonis, à sancto sacerdotio est aliena. Et si in fornicationẽ lapsus est aliquis post baptismum, in sacer C
dotium non recipitur. Canones enim hoc prohibent. Si quis verò cum hoc peccato ad sacerdotium prouectus est, cognitus degradetur. Item episcopum, qui per pecuniam ordinatus est, confiteor: quia per pœnitẽtiã recipitur. Deus bonus est in omnibus, & aperta viscera eius omni homini pœ

i pœnitenti. Sed quoniam iuxta Apoſto-
lum, oportet Epiſcopum irreprehenſibilẽ *1. Timo. 3.a*
eſſe, quicunque per pecuniam ordinauerit
aliquem, vel ordinatus eſt, ab omni ſacer-
dotio alienus ſit. Tharaſius patriarcha di
xit: Quicunque per pecuniam vel ordinãt,
vel ordinauerũt, vel ordinati ſunt Epiſco-
pi, vel presbyteri, vel Diaconi, vel quili-
bet de numero ſacerdotali, repellantur
omnino à ſacerdotali honore, ſicut Simon *Actor. 8.c*
B Magus à Petro. Quicũque per pecuniã diſ-
pẽſationẽ vel curam ſortiti ſunt monaſte-
riorum, vel eccleſiarum, vel religioſarum
domorum, gerontocomiorũ, xenodochio
rum, orphanotrophiorum, cum depoſitio
ne expellantur à diſpenſatione illa & cura.
Qui poſt baptiſmum cadens in fornicatio
nem, inordinatus eſt, ſi poſtmodum con-
feſſus fuerit, ceſſet ab adminiſtratione: ſi
verò conuictus ab aliquo, deponatur omni
no. Similiter percuſſor Epiſcopus, aut
C Presbyter, aut Diaconus, per ſe, vel per
aliquem alium, quaſi per hoc timeri vo-
lens, deponatur. Item qui per ſeculares po
teſtates ordinatus fuerit, aut eccleſiam ob-
tinuerit, deponatur. Si verò religioſam do
mum, expellatur.

Item ex concilio Meldenſi.

De eodem. *Palea.*

alibus ſynodis orthodoxis, vt qui ab ali-
ua hęreſi reuertuntur ad orthodoxam fi-
ẽ, & traditionẽ catholicæ eccleſiæ, ſcri-
to negare debeant hæreſim ſuam, & co-
teri catholicã fidẽ. Itẽ Tharaſius Patriar
ha dixit: Videtur vobis, vt ſedes ſuas re-
ipiãt, qui ab hæreſi reuertũtur? Religio-
ſsimi monachi dixerunt: Sicut receperũt
niuerſales vj. ſynodi ab hæreſi reuerten-
es, ita & nos recipimus. Sancta ſynodus
ixit: Placet omnibus nobis. Et iuſsi ſunt
aſilius Epiſcopus Ancyræ, & Theodo-
us Epiſcopus Mireæ ciuitatis, & Theo-
oſius Epiſcopus, ſedere in gradibus, & in
edibus ſuis. Item Conſtantinus Epiſco-
us Cypri dixit: Non oportet nos, qui Epi
copi ſumus, indigere doctrina, ſed aliorũ
ſe doctores. Item Tharaſius Epiſcopus
ixit: Malorũ doctorũ mala eſt doctrina.
ccleſia de m lis doctoribus ſacerdotes
on recipit. Itẽ Ioan. Apocriſarius oriẽ-
lium ſediũ dixit: Hæreſis ſeparat omnẽ
ominem ab eccleſia. Item Tharaſius
piſcopus dixit: Ecce multi canonici li-
ri, & ſynodici, & paterni lecti ſunt, & ab
æreſi reuertentes docuerunt nos recipe-
e, ſi aliqua alia iuſta cauſa non eſt in eis.
Item Petrus Apocriſarius Papæ dixit:
omæ exulatus eſt Macarius hæreticus à

ſancta

ſancta vj. ſynodo: & quadraginta dierum inducias dedit illi pater noſter Benedictus Papa, & quotidie mittebat ad eum Bonifacium conſiliarium ſuum, & inſtruebat eum commonitoriis verbis ex diuina ſcriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat vt eum reciperet in ordine ſuo. Itẽ Tharaſius Patriarcha dixit: Quid dicitis de Anatolio? nónne etiã in quarta ſynodo factus eſt princeps? & ecce ab impio Dioſcoro ordinatus eſt. Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſicut & Anatolius receptus eſt. Item verè vox Dei eſt quoniam non moriuntur filij pro patribus, ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur: quoniam ex Deo eſt ordinatio. Item Tharaſius Patriarcha dixit: Audiuimus paterna mandata. Quid igitur? oportet recipere ab hæreticis ordinatos? Sancta ſynodus dixit: Audiuimus domine, & oportet nos recipere. Tharaſius Patriarcha dixit: Plures eorũ qui in vj. ſynodo conuenerũt, à Sergio, Pyrrho, Paulo, Petro ordinati ſunt, qui fuerunt & principes hæreſeos Monothelitarũ: quoniam iſti continuatim in Conſtantinopolitana ſede ſederunt, & ab vltimo eorum, Petro ſcilicet, vſque ad vj. ſynodum, non fuerunt plures, quàm xij. anni. Thomas verò,

verò, & Ioannes, & Constãtinus, ab hæreticis illis Archiepiscopi facti sunt: & tamen propter hoc non sunt reprobati. Sancta synodus dixit: Hoc manifestum est. Cõstantinus Episcopus Cypri dixit: Sufficiẽter ostensum est, quòd ab hæreticis veniẽtes, recipiendi sunt. Si verò quis sponte ad hæreticum vadit, & accipit ordinationẽ, non recipiatur. Item Tharasius Patriarcha dixit: Et ego refuto eos, qui ob huiusmodi causam ad fidei subuersionem ordinati sunt, & maximè, cùm præsentes essent orthodoxi Episcopi à quibus poterant ordinari, sic est paternus intellectus. Si verò synodalis consonantia fuerit, & vnitas ecclesiarum de orthodoxis: qui prę sumpserint ab immundis hæreticis ordinari, depositioni subiaceant. Sancta synodus dixit: Hoc est iustum iudicium. Ex hac autoritate datur intelligi, quòd qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum societatem transierit, vt de manibus eorũ ecclesiasticæ dignitatis sacramenta percipiat: vel qui contemptis orthodoxis, ab hęreticis ordinari desiderauerit, & postea suæ abrenuncians hæresi ad ecclesiam redierit, officio tamen accepto fungi non poterit. Autoritate verò Cypriani prohibentur ab administratione ecclesiastica, qui

E

C

3. pars.

qui intra catholicam eccleſiam ordinati, ad fidei impugnationem dilabuntur. Porrò ſimoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei ſubuerſionem, nec intra eccleſiam catholicam ordinati aduerſus fidem armantur. quamuis enim nonnullos per pecuniam ordinent, non tamen fidem impugnant, nec gratiam Spiritus ſancti vænalem prædicant. Vnde veraci pœnitentia, cùm hæreſim ſuam deteſtati fuerint, præmiſsis autoritatibus non prohibentur recipi in ſuis gradibus. Veruntamen capitulo illo Nicenæ ſynodi, ſi quis per pecuniam, &c. & illo alio vij. ſynodi, ſi quis omnem traditionem, &c. & Innocentij, & aliorum multorum autoritatibus, irreparabiliter damnari iubentur. Hinc etiam Leo iiij. Epiſcopis Britanniæ. A B

In ordine malè accepto ſimoniaci pœnitentiam agere non poſſunt.

REquiritis de his, qui turpiſsimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimeſcunt, & ſua acta improba temeritate Simonis hæreſi cõiungunt: vtrum poſsint in ordine pœnitentiam agere, an tantummodo extra ordinem & ſacerdotalem fieri gradum. Quibus nos quidem conuictis, & his qui tam deteſtabile nefas, quod iam multis eſt dãnatũ cõciliis, C

ciliis, peregisse noscũtur, nulla possumus pœnitentia subuenire, & tot spiritualibus patribus obuiare: sed in illorum patrũ me sententia conuenire, omnibus certum sit.

Nisi rigor disciplinæ quandoque relaxetur ex dispensatione misericordiæ. Multorũ enim crimina sunt damnabilia, quæ tamen ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis, & pro euentu rei. Pro tempore, sicut Gelasius, qui cũ necessitate tẽporis videret Italicã ecclesiã propter belli famisque incursionem ferè omnium cleri ricorum officio destitutam, adeò vt plerisque populis subsidia regendarum deessent animarum, concesit de monachis, vel de laicis, clericos assumi, ita dicens:

4. pars.

Gela. Pa. r. cap. 1. Decret.

Pro temporum necessitate Apostolicæ sedis decreta temperantur.

Gela. Episcopis p Lucaniam.

NEcessaria rerum dispensatione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine conuenimur, sic Canonũ paternorum Decreta librare, vt ea, quæ præsentium necessitas temporũ in restaurandis ecclesiis relaxanda deposcit, diligenti consideratione, quantum potest fieri, temperemus. Item Priscis igitur.

Inno. Epis. 22. scribens Episc. Macedoniæ.

Require suprà in tractatu ordinandorum.

Innocentius Papa, cũ pro necessitate

tate temporis, ne nimium scandalum esset in ecclesia, ordinatos à Bonoso hæretico susciperet, ait in Decretis suis. A

Cessante necessitate, debet cessare, quod vrgebat.

QVod pro remedio ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse. Quod ergo necessitas pro remedio reperit, cessante vtique necessitate, debet cessare pariter quod vrgebat: quia aliud est ordo legitimus, aliud est quod vsurpatio ad præsens fieri tempus impellit. Similiter ex dispensatione etiã in Niceno concilio de Nouatianis statutũ est, vt ad ecclesiam redeuntes ordinentur. B

Cap. 8

Iterum ordinentur, qui ex Nouatianis ad ecclesiam redierint.

SI qui voluerint ad ecclesiam venire catholicam ex Nouatianis, placet sancto concilio, vt ordinentur, & sic maneant in clero. ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam' exigi oportet, vt fateantur se communi consensu catholicæ ecclesiæ statuta obseruaturos. Item Grego. in regesto. C

Greg. Epi. 31. libr. 10.

Iuramentum à schismate redeuntium.

QVotiens cordis oculus nube erroris obductus, supernæ illustrationis lumine fit serenus, magna cautela nitendũ est,

t,ne latenter autor ſchiſmatis irruat, &
ꝫ vnitatis radice eos, qui ad eã reuerſi fue
nt, telo iterũ erroris abſcindat. Et ideo,
oſtquã ego N. ciuitatis illius Epiſc. com
erto diuiſionis laqueo, quo tenebar, diu-
na mecũ deliberatione pertractans, pro-
ã & ſpontanea voluntate ad vnitatem ſe
is Apoſtolicę, diuina gratia duce reuer-
s ſum, ne non pura mente, ſed ſimulata,
uerſus exiſtimer, ſpondeo ſub ordinis
ei caſu, & anathematis obligatione, atq;
romitto tibi N. & per te ſancto Petro
poſtolorũ principi, atque eius vicario
. beatiſsimo, & ſucceſſoribus eius, me
unquã quorũlibet ſuaſionibus, vel quo-
unque alio modo ad ſchiſma, de quo re-
emptoris noſtri gratia liberante ereptus
um, reuerſurũ: ſed ſemper in vnitate ſan
æ eccleſiæ catholicę, & cõmunione Ro.
onti. per omnia permanſurũ. vnde iura-
us dico, per Deum omnipotentem, &
er hæc ſancta quatuor euangelia, quę in
anibus meis teneo, & ſalutẽ dominorũ
oſtrorũ N. & N. remp. gubernãtiũ, me in
nitate (ſicut dixi) eccleſiæ, ad quã Deo
ropitio ſum reuerſus, & in communione
Ro. Pon. ſemper & ſine dubio permanere.
Quod ſi (quod abſit) ab hac me vnitate ali
qua excuſatione vel argumento diuiſero,

periurij reatũ incurrẽs, ęternę pœnæ obligatus inueniar, & cũ autore schismatis habeã in futuro seculo portionẽ. Hanc autem professionis promissionisq; meæ chartulam tibi N. notario meo cũ cõsensu Presbyterorũ, & Diaconorũ, & clericorũ, qui me in hac vnitate obligãtes, se in suprà scriptis omnibus prona similiter volũtate secuti, atque propriis manibus subscripturi sunt, scribendã dictaui, & propria manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco tali, die tali, & Cõsulibus suprà scriptis. Ego N. Episc. ciuitatis N. huic cõfessioni promissioniq́ue meę, præstito de conseruandis suprà scriptis omnibus sacramento subscripsi. Cæterũ ex Canonũ rigore cõtrà scribit Felix Papa omnibus Episcopis.

A

B

Felix Papa 3. ca. 5. epistola.

Qui extra ecclesiã baptizati fuerint, vel rebaptizati, ad ecclesiasticã militiã nõ admittantur.

QVi in qualibet ætate alibi, quã in ecclesia catholica, aut baptizati aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam prorsus non permittantur accedere: quibus satis debet esse, ꝙ in catholicorũ numerum sunt recepti: quoniam de suo ordine & communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violauerit institutum, vel qui non remouerit eum, quem ex eius cœtu ad ministerium clericale obrepsisse cogno

C

cognouerit. Pro persona: sicut beatus Greg. scribens Ianuario Episcopo ait.

Grego. epist. 1. lib. 1

Rigor Canonum pro persona aliquando dispensatur.

TAnta nequitia in aures meas de tua senectute peruenit, vt eam (nisi adhuc humanitus pensaremus) fixa iam maledictione feriremus. Et quidem penè fuerat in te sententia iaculanda: sed quoniam simplicitatem tuam cum senectute cognouimus, interim tacemus. Pietatis intuitu, sicut de illiteratis, & corpore vitiatis Gelasius ait.

Gela. Papa 1. ad Episc. per Lucaniã, ca. 28

Canonum decreta pietatis intuitu nonnunquam relaxantur.

SI qui vel propria temeritate, vel incuria præsidentium, tales susceptí sunt, nihil vltra promotionẽ accipiant: satisque habeant, hoc sibi pro nimia miseratione cõsessum. Necessitatis intuitu: sicut Hilarius Papa, qui cùm de quodã Episcopo, præter notitiã vel consensum Metropolitani ordinato, loqueretur, ne in vtroque graue scandalum fieret, ait in epistola sua.

Hila. Pa. ad Episco. Tarracon.

Necessitatis causa quædam in ecclesia tolerantur.

QVoniam quicquid ab alterutra parte est iudicatum, omni videmus perueršitate confusum, temporum necessi-

tate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam peruenire, quod gestũ est, vt deinceps nullus præter notitiam vel consensum metropolitani, ordinetur Antistes. A

Inno. Ta. 1 epistol. 22 Episcopis Macedo.

Item Innocentius.

De eodem.

QVotiens à populis, aut à turba pecca tur, quia in omnes propter multitudinem vindicari non potest, inultum solet transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima solicitudine præcauenda. Item in Epistola Cyrilli missa Maximo Diacono Antiocheno. B

Iuo id referi in Prologo libr. 3

Ex dispensatione quædam tolerantur, quæ Canonum rigor condemnat.

DIdici à diligendo mihi Paulo monacho, quia recusat pietas tua vsq; hodie cõmunionẽ reuerendissimi Episcopi Ioannis amplecti, pro eo, quòd quidam in Antiochena ecclesia malè adhuc cum Nestorio vel sentiant, vel iam senserint quidem, sed forsitan resipuerunt. Probet igitur tua modestia, vtrùm aliquando colligi nudè ac irreuerenter cum Nestorio sentiant, & inuicem colloquantur, licet aliquando cauteriatam habuerint conscientiam, colligantur autem nunc, acta pœnitentia super his, in quibus subrepti sunt: quamuis confiteri fortassis reuereantur C

excess

excessum. Vt autem non æstimemur amare contentionem, amplectamur Episcopi reuerendissimi Ioãnis cõmunionẽ, indulgentes ei: & causa dispẽsationis, eius negotium non subtilius, vel districtius, siue vehemẽtius erga se recognoscat agitari. Dispensationis enim gratia (sicut dixi) eget negotium multum. Idem ad Ianuarium Episcopũ, & Archimãdritã Presbyterũ. *Iuo Carn. ibidem refert.*

De eodem.

DIspensationes rerum nonnunquam cogunt parum quidem à debito rigore quosdã exire foras, vt maius aliquid lucrifaciant. Sicut enim hi, qui mare nauigãt, tempestate vrgente nauique periclitã anxiati, quædã exonerant, vt cætera salua permaneant: ita & nos, cùm non habemus saluandorum omniũ negotiorum petitus certitudinem, despicimus ex his quę nam, ne cunctorum patiamur dispendia. Vtilitatis intuitu: sicut in Medensi conci. erhibetur de filiis virginum vi raptarum, & sic ad coniugium raptorum applicatarum.

Vtilitatis intuitu quædã in ecclesia tẽperãtur.

QVi coniugio generati, ecclesiasticis ordinibus non applicentur: nisi fortè os, aut maxima ecclesiæ vtilitas vel necessitas postulet, vel euidens meritorum

prærogatiua commendet. Huic Petrus cõ- A
Act.10.e cordans ait: In veritate comperi, quia non eſt acceptor perſonarum Deus, &c. Pro euentu etiam rei quædam in eccleſia tole-
Leo Papa 1. epiſto. 85. Epiſcopis Aphri. rantur: ſicut Leo ait in Decretis ſuis de laicis ſubitò contra Decreta Canonum ordinatis Epiſcopis.

Laici, qui contra Decreta Canonum ad Epiſcopatum promouentur, ex miſericordia ſuſceptũ officium relinquitur.

EXigunt cauſæ, vt non ſolùm in tales Preſules, ſed etiam in ordinatores eo- B
rum, competens vltio proferatur. Sed circunſtant nos hinc manſuetudo miſericordiæ, hinc cenſura iuſtitiæ: vt credamus quædam delicta vtcunque toleranda, quædam verò penitus amputanda. Illos ergo, quorum prouectio hoc tantùm reprehenſionis incurrit, quòd ex laicis ad Epiſcopale officium electi ſunt, locum ſuum tenere permittimus, non præiudicantes Apoſtolicæ ſedis ſtatutis, nec beatorum patrum C
regulas ſoluentes: quia remiſsio peccati nõ dat licentiam delinquẽdi: nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impunè committi: ne quod ad tempus pia lenitate cõceſsimus, iuſta poſtmodũ vltio
Leo ibidẽ, paulò infrà. ne plectamus. Idẽ ad Mauros Epiſcopos.

Donatiſtæ, & Nouatiani, quamuis reprehenſibiliter

ibiliter ordinati, tamen ex necessitate tolerãtur.

MAximum quoque ex laico, reprehensibiliter licet ordinatum, tamen si Donatista iam nõ est, & à spiritu schismaticæ prauitatis alienus est, ab Episcopali, quam quoquo modo adeptus est, nõ repellimus dignitate: ita vt ipse libello ad nos directo catholicum se esse manifestet.

Leo in eadem epistola paulò sup perius.

Idem.

De eodem.

DOnatum autem Seminacẽsem ex Nouatiano, vt comperimus, cum sua plebe cõuersum, ita dominico gregi volumus præsidere, vt libellum fidei suæ meminerit ad nos dirigendum, quo & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & plenissimè confiteatur catholicam veritatem. Quæ autem nunc certa remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post hac vltione plectamus.

Ibidem, sis perius.

Idem Ianuario Episcopo Aquileiensi.

Idem Leo epist. 3. & 83. Iuliano Aquileiensi.

Redeuntes ab hæresi, post publicam professionem in suis ordinibus recipi possunt.

SAluberrimum enim, & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimũ est, vt siue Presbyteri, siue Diaconi, siue Subdiaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos

ctos videri volunt, atque ad catholicam A
fidem, quam pridem amiserant, rursum re
uerti ambiunt: prius errores suos, & ipsos
autores erroris à se damnatos, sine ambi-
guitate fateantur: vt sensibus prauis etiam
peremptis, nulla desperandi superſit occa-
sio, nec vllum membrum talium possit so
cietate violari, cùm per omnia illis profes
sio propria cœperit obuiare. Circa quos
etiam illam Canonum cõstitutionem præ
cipimus custodiri, vt in magno habeant
beneficio, si adempta sibi omni spe promo B
tionis, in quo inueniuntur ordine, stabili-
tate maneant perpetua, si tamen iterata
vnctione non fuerint maculati. Item ex
concilio Martini Papæ.

Cap. 16. synodorum Græcarũ, à Marti. Epi. Brac. collectarũ.

Ab hæresi redeuntes, hæresim & eius autores publicè detestentur.

SI quis Episcopus, siue alicuius Episco-
pi Presbyter, aut Diaconus, in alicuius
hæresis opinione offenderit, & ob hãc cau
sam fuerit excommunicatus, nullus Epi- C
scopus in cõmunionem eum recipiat, nisi
prius in communi concilio, porrecto suæ
fidei libello, satisfaciat omnibus: & ita li-
beram teneat suam purgationem. Hoc idẽ
& de fidelibus laicis sit decretum, si in ali-
qua hæresis opinione fuerint nominati.

5. pars. Ecce quibus de causis quædã in eccleſia

tole

A tolerantur, quæ eisdem cessantibus pia seueritate vindicantur. Quando autem tolerandæ sint, quando resecandæ, Gelasius Papa distinguit, dicens:

Gela. Pa. Episcopis per Lucaniã, cap. 11

Quomodo in ecclesia aliqua sint toleranda.

ET si illa nonnunquã sinenda sunt, quæ si cæterorum constat integritas, nocere sola non valeant: illa tamen magnopere præcauenda sunt, quæ recipi sine manifesta decoloratione nõ possunt: & si ea ipsa,
B quæ nullo detrimento aliquotiens indulgenda credũtur, vel rerum vel temporum cogit intuitus, vel acceleratæ prouisionis excusat respectus: quantò magis illa nulla tenus sunt mutilanda, quæ nec vlla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas? Aliquando enim pro necessitate vel vtilitate ecclesię mutilantũ & relaxãtur pręcepta canonica. Breuiter ostẽdimus, q reuertentes ab hæresi in suis ordinibus valeant recipi, vel qui non. Nunc autem quæ
C ritur de his, qui ab hæreticis ordinati sunt, si ad vnitatem catholicæ matris ecclesiæ redierint, vtrùm in eodem ordine iterum valeant ordinari. Semel enim consecratus (vt ait Beatus Gregorius) iterum consecrari non debet. Itẽ sacramenta, quæ ab hæreticis in forma ecclesiæ ministrantur (sicut Augustinus testatur) reiterari

6. pars.

non debent: ne non homini, sed sacramen A
to videatur iniuria fieri. Sed illud Grego
rij de his intelligitur, qui consecrationem
sacerdotalem vel Episcopalem acceperũt:
qui aut per manus impositionem, cùm ad
ecclesiam redeunt, effectum suæ vnctionis
accipiunt, aut ab eius administratione per
petuò cessare iubentur. Similiter illud Au-
gusti. de eadem mystica vnctione, & de sa-
cramento baptismatis intelligitur. Sunt
autem in ecclesia alij ordines, qui sine sa-
cramentali vnctione sola Episcopi benedi B
ctione, cum quadam vasorum vel indumẽ
torum distributione præstantur: vt sunt
Leuitæ, & cæteri infra eos constituti. Hi
quamuis ab hæreticis ordinentur, tamen
ad ecclesiam redeuntes in eodem ordine
(si aliàs digni fuerint) ab ecclesia ordinan
tur: nec fiet in eis reiteratio muneris, cùm
ab hæreticis nihil doceatur eis fuisse colla
Ivo id re- tum. Vnde Vrbanus Secundus, scribit Pe
fert lib. 3. tro Pistorienſi Episcopo, & Rustico Abba C
de ordina- ti Vallis vmbrosæ.
tis.

Redeuntes ab hæreticis sunt reordinandi.

DAibertum à Nezelone, licet à simo-
niaco non simoniacè, eiusdem confes
sione reperimus in Diaconum ordinátũ,
& Beati Innocentij Papę sententia constat
declaratum, quòd Nezelon hæreticus (quẽ

constat

ɔnſtat ab hæreticis ordinatum) quia nihil habuit , nihil dare potuit ei,cui manus mpoſuit.Nos igitur tanti Pontificis auto itate firmati , & Damaſi Papæ teſtimonio roborati , qui ait , Reiterari oportet, quòd malè actum eſt: Daibertum ab hæreticis corpore & ſpiritu digreſſum , atque vtilitati eccleſiæ pro viribus inſudantem, ex integro (eccleſiæ neceſsitate ingruente) Diaconum conſtituimus : quod non reiterationem exiſtimari cenſemus , ſed tantùm integram Diaconi dationem: quoniam (vt prædiximus) qui nihil habuit, nihil dare potuit. Item Damaſus Papa.

Dama. epiſtola 4. de Chorepiſcopis.

De eodem.

PEr illicitam manus impoſitionẽ, vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepiſſe,habebant:& vbi vulnus eſt infixum, eſt neceſſe medicinam adhiberi, qua infixa ſanetur macula:id eſt, reiterare neceſſe eſt, quod legitimè actum non eſt, aut collatum minimè probatur. Nam quo modo poſsit honorem retinere,qui ab illo acceperit,qui poteſtatem dare non habuit legitimè , inuenire non poſſum. Item libro nono C. tit. ad legen Iuliam repetundarum , Imperatores Theodoſius & Valentinianus.

Tit. 27. l. 6

De eodem.

Sanci

7. pars. SAncimus, eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione vel pretio, sed probatæ vitæ, & amplitudinis tuæ solent testimonio promoueri: ita sanè, vt hi, quibus honores per sedis tuæ, vel nostram fuerint electionem commissi, iurati inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quippiam, neque daturos vnquàm postmodũ fore, siue per se, siue per interpositam personam, in fraudem legis sacramentique, aut donationis venditionisve titulo, aut velamento cuiusquam contractus: & ob hoc (exceptis salariis) nihil penitus, tam in administratione positos, quàm post depositum officium, pro aliquo prestito beneficio tempore administrationis, quam gratuitò meruerunt, accepturos. Et licet neminem diuini timoris, contemnendo iusiurandum, arbitremur immemorem, vt saluti propriæ vllũ commodum anteponat: tamen vt ad salutis timorem ex necessitate periculi subiugetur, si quis ausus fuerit præbita sacramẽta neglegere, non tantummodo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem, accusandi cunctis tanquam publicum crimen concedimus facultatem, quadrupli pœna eum qui conuictus fuerit, modis omni

A B C

mnibus feriendo. Item Paschalis Papa.

De eodem.

PAtet simoniacos, veluti primos & præcipuos hæreticos, ab omnibus fidelibus respuendos: & si commoniti non resipuerint, ab exteris etiam potestatibus opprimendos. omnia enim crimina ad comparationem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur. His breuiter præmissis, ad ea veniamus, quæ ecclesia seueritate disciplinę parata est vlcisci: ostendentes, quibus accusantibus vel testificantibus quilibet sint conuincendi, quo iudice quisque debeat damnari, vel absolui: si causa vitiata fuit, quo remedio possit subleuari: si accusatores defecerint, an reus sit cogendus ad purgationẽ. Et vt facilius pateat, quod dicturi sumus, exemplum ponatur sub oculis, in quo autoritates hincinde contrcuersantes distinguantur: & quid sanctorum patrũ sentiat autoritas, liquidò intimetur.

CAVSA II.

C

QVIDAM EPISCOPVS de lapsu carnis à laico impetitur. Duo monachi, vnus Subdiaconus, & duo Leuitæ aduersus ipsum testimonium ferunt. A metropolitano suo

suo sentit se prægrauari. In ipsa ventilatio A
ne causæ tres ex testibus deficiunt, siue pro
missione decepti, siue canonica examina-
tione reprobati. Expoliatur tamen Episco
pus, quia crimen eius notorium erat.

1 Hic primùm quæritur, an in manifestis
2 iudiciarius ordo sit requirendus. Secun
dò, an expoliatus ab aliquo sit iudicandus.
3 Tertiò, qua pœna sint feriendi, qui in
accusatione vel testificatione defecerint.
4 Quartò, an duorum testimonio Episco
5 pus sit condemnandus. Quintò, si defi- B
cientibus accusatoribus, quis sit cogendus
6 ad purgationem. Sextò, si remedium sit
dandum ei, qui causa dilationis vocem ap
7 pellationis adhibuerit. Septimò, si laici,
vel monachi, vel quilibet inferiorum or-
dinum in accusatione maiorum sunt au-
8 diendi. Octauò, quomodo debeat fieri
accusatio, an in scriptis, an sine scriptis.

QVAESTIO I.

An in manifestis iudiciarius ordo C sit requirendus.

*Aug. ho-
mi. 50. de
vtilitate
pœnitẽtiæ.*

QVOD AVTEM nullus sine iudiciario ordine damnari valeat, autoritatibus multis probatur. De eo nanque ait Augustinus.

Damnari

A *Damnari non valet, nisi aut conuictus, aut sponte confessus.*

NOs in quenquam sententiam ferre nõ possumus, nisi aut conuictum, aut sponte confessum. Item Constantinus Imperator.

De eodem.

IVdex criminosum discutiens, non antè proferat sentẽtiam, quàm aut reum ipse se confiteatur, aut per innocentes testes cõ uincatur. Hoc idem testatur Augustinus,
B & eisdem verbis. Item Gregorius.

Greg. epis. 50. libr. 8. ad Doniacum.

De eodem.

SIcut sine iudicio quenquam nolumus cõdemnari: ita quę iustè diffinita sunt, nulla patimur excusatione differri. Item Eleutherius Episcopus.

Eleuthe. pa. ad epis. Gallia.

De eodem.

NIhil contra quẽlibet accusatum absq; legitimo & idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Iesus Christus
C Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. Item Felix Papa.

Felix Pri. Epi. ad Paternum.

De eodem.

PRimates accusatum discutientes Episcopum, non antè sententiam proferant damnationis, quàm aut reum se ipse confiteatur, aut per innocẽtes & canonicè exami

examinatos regulariter testes cõuincatur. A
Aliter irritam esse censemus, & iniustam
Episcoporum damnationem, & idcirco à
sancta synodo retractãdã, ita vt oppressis
ab omnibus in cunctis causis subueniatur.

Zepherinus Epist. ad Episcopos Siciliæ

Idem decreuit Zepherinus Papa.

Multi per tolerantiam sustentandi sunt, quãuis sententia diuini iudicij sint condemnati.

Mat.26.b. VNus ex vobis me traditurus est. Bene
dixit, ex vobis, & non ex nobis. Ex vo
bis enim est, à quibus per iudiciariam po-
testatem confessus, aut conuictus, exclusus B
non est. A me verò, qui nullis indigeo ar-
gumentis, & omnia certissimè noui, sepa-
ratus & diuisus est. Tale est, ac si diceret:
Etsi ego eum per occulti iudicij sententiã
damnatum habeo: vos tamen adhuc illum

Greg. epist. 50. lib. 11 per tolerantiam sustinete. Item Grego-
rius Ioanni defensori eunti in Hispaniam.

Nullum seruetur iudicium, nisi rationabiliter habitum.

IN primis requirendum est de persona
Presbyteri dilectissimi fratris & Coepi C
scopi nostri Ianuarij: & si ita veritas se ha
bet, sicut eiusdem Episcopi petitio conti-
net, in ecclesia atque loco suo idem Pres-
byter modis omnibus reuocetur. Si autem
dictum fuerit, quia contra ipsum causa ali
qua mota, siue probata est, subtiliter ipso

præsen

A præsente,& pro se rationem reddente, quę rendum est & genus causæ,& modus probationis: vt ex hoc colligere valeas, vtrùm adhuc in exilio vel deportatione demorari, an certè in ecclesia & officio suo debeat reuocari. De Episcopi persona hoc faciendum est, vt si nulla contra eum criminalis causa, quæ exilio vel depositione digna est, mota, siue probata est, is Episcopus, qui eo superstite peruersè,& cõtra Ca
B nones, in ecclesia eius ordinari præsumpserit, sacerdotio priuatus ab omni ecclesiasti co ministerio repellatur: qui etiã eidem dilectissimo Ianuario fratri & Coëpiscopo nostro tradendus est, vt aut ab ipso in custodia habeatur, aut certè ab eo ad nos trãsmittatur. Episcopi verò, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius consentientes interfuerunt, sex mensibus dominici corporis cõmunione priuati, agere pœnitentiam in monasterio decernantur: & suprà
C scriptus Ianuarius loco & ordini suo modis omnibus reformetur. Si verò communione priuatis, mortis cõtigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem Episcopi, in præiudiciũ damnationis vel depositionis memorati Episcopi, se metu iudicis consensisse, ac talia fecisse, non sua sponte, confessi fuerint:

& tempus eis abbreuiandum est, & modus pœnitentiæ temperandus. Si verò ille, qui locum eius inuasit, de hac fortasse luce migrauerit, & alter est ordinatus: quia leuioris culpæ videtur, cùm non quasi ilsti superstiti, sed successisse defuncto videatur: Episcopatus illi officium ab ea tantummodo ecclesia interdicatur, vt in alia ecclesia, quæ sacerdote vacauerit, si electus fuerit, possit esse Episcopus: ad Malechitanam tamen ecclesiam nunquàm aliquo modo re- *Ibid. Greg.* uersurus. Glorioſus autem Comitiolus, quicquid prędictus Episcopus per violẽtiã atque * insecutionem ipsius expẽdisse, vel damnum pertulisse dato sacramento firmauerit, eidem Episcopo restituere condemnetur. Si autem aliter, quàm antè fati Episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur subtiliter quęrendum est, & cognita veritate, cum Dei timore, quod iustitiæ ordo suaserit iudicandum est. Quia igitur Stephanus Episcopus, odio sui quædã ficta, & de falsis se capitulis accusatũ, neq; aliquid ordinabiliter factum, sed iniustè se asserit cõdemnatum: diligenter quærendũ est, primò si iudicium ordinabiliter est habitum, id est si alij accusatores, atque alij testes fuerunt. Deinde causarum qualitas est examinanda, si digna exilio vel depositio

* *persecutionem.*

A tione fuerit: ſi eo præſente, qui accuſatus eſt, ſub iureiurãdo teſtimoniũ contra eum dictum eſt: ſi ſcriptis actum eſt: ſi ipſe licentiam reſpondendi ac defendendi ſe habuerit. Sed & de perſonis accuſantiũ ac teſtificantium ſubtiliter quærendum eſt, cuius cõditionis ſint, cuiúsve opinionis, & ne inopis patrimonij ſint: ne fortè aliquas contra præfatum paſtorem inimicitias habuiſſent. Vtrum teſtimonium ex auditu dixerint, aut certè ſpecialiter ſe ſcire teſtati
B ſunt. Si ſcriptis iudicatum eſt, & partibus præſentibus ſententia recitata ſit. Quòd ſi fortè hæc ſolenniter acta non ſunt, neque cauſa probata eſt, quæ exilio vel depoſitione digna ſit, omnibus modis in eccleſiam ſuam reuocetur. Hi verò, qui contra Dei timorem, & ſtatuta Canonum eum condemnauerunt, excommunicati in monaſterium ad agendam pœnitentiam ſex mẽſibus mittendi ſunt: ita ſanè, vt ſi cuiquam
C eorum mortis contigerit imminere diſcrimen, viatici benedictio ei non negetur. Ipſe autẽ, qui eo viuente locum eius temerariè ambiuit, priuatus ſacerdotio, ab omni miniſterio eccleſiaſtico repellatur, atque eidem dilectiſsimo fratri, & Coëpiſcopo noſtro tradatur, vt eum ipſe aut ad nos trãſmittat, aut apud ſe in cuſtodia habeat.

Episcopi verò, qui eum ordinare præsumpserũt, vel peruersæ ordinationi eius assensum præbuerunt, communione priuati sex mensibus ad agendam pœnitentiam in monasterio deputentur, &c. vt suprà de causa Ianuarij Episcopi, & infrà de eodem. Quòd si fortè aliqua de obiectis cõtra memoratum Stephanum Episcopum probata sunt, aliqua verò doceri minimè potuerunt: cauta omnino consideratione pensandum est, vtrùm leuiora capitula, an certè grauiora sunt probata, vt ex eis, qualiter diffinitionem tuam formare debeas, possis scire. Glorioſus verò Comitiolus, si suprà dictus Episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus eius, vel ecclesiæ ipsius, tulit, ei sine aliqua dilatione restituat, &c. vt suprà, in causa Ianuarij Episcopi. Si autem Episcopum talem culpam, quod absit &c. & infrà, in causa monachorum. De persona Presbyteri & infrà in causa, Clericus aduersus clericum, & infrà. De persona Ianuarij Episcopi sciendum est, grauiter omnino, & contra leges, esse actum, vt violenter de ecclesia traheretur, cùm si quãlibet iniuriam à quocunque Episcopus passus fuerit in ecclesia, iniuriantem lex capitali pœna percutiat, & sicut maiestatis reum omnibus det accusandi licentiã: vt huius le

gis

gis ſeries loquitur Codice libro primo, titulo de Epiſcopis & clericis, in Cõſtitutio
» ne prima. Si quis in hoc genus ſacrilegij
» irruperit, vt in eccleſiam catholicam ir-
»» ruẽs, ſacerdotibus & miniſtris vel ipſi cul
»» tui locoque aliquid importet iniuriæ, &c.

Tit. 3. lib. 1. Codicis. l. 10 Grego. vbi ſuprà, epi. 34. lib. 11

& infrà. De perſona Epiſcopi Stephani, hoc attendẽdum eſt, quia nec inuitus ad iudicium trahi, nec ab Epiſcopis alieni concilij debuit iudicari. Contra hoc ſi dictũ fuerit, quia nec Metropolitanum habuerunt,
B nec Patriarcham, dicẽdum eſt, quia à ſede Apoſtolica (quæ omnium eccleſiarum caput eſt) hæc cauſa audienda fuerat, ac dirimẽda, ſicut & prædictus Epiſcopus petiiſſe dinoſcitur. Quia ergo Epiſcopus alieni concilij iudices habuit omnino ſuſpectos, ſententia non à ſuo iudice dicta, nihil firmitatis obtineat. Quod autem dicitur à ſeruis ſuis accuſatus, ſciendũ eſt quia audiri minimè debuerunt. Si verò de crimine maieſtatis dicitur accuſatus, nec ipſis etiam de eo credendum fuit, ſi vita &
C opinio eius talis antè non extitit. Quod autem dicit idem Epiſcopus, quia ſe abſente aliqui viliſsimi ſint teſtes exhibiti, hoc ſi verum eſt, nullius eſt momenti. Teſtes autem quales vel cuius opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt, plurimæ leges oſtẽ-

dunt, quæ penè nulli habentur incognitæ: A
quę etiam illud sanciunt, vt vilissimis testi
bus sine corporali discussione credi non
debeat. Quod autem dicitur, quia nihil
sine scriptis iudicandum est, legendum est
Titu. 44. l. 5. & vlti. Codice titulo xliiij. libri vij. constitutione
vltima: quia scriptis debuit iudicari. Nam
ibi inter alia præcipitur, vt sententia, quæ
sine scripto dicta fuerit, nec nomen senten
tiæ habere mereatur. Item Codice, libro
vij. titulo, de sententiis ex breuiculo reci-
tandis. Imperatores Valentinianus, & B
Gratianus, &c.

Vltima sententia debet de scripto proferri.

STatutis generalibus iussimus, vt vni-
uersi iudices, quibus reddendi iuris in
prouinciis permisimus facultatem, cogni-
tis causis, vltimas diffinitiones de scripti
recitatione proferant. Huic adiicimus san
ctioni, vt sententia, quæ dicta fuerit, cùm
scripta non esset, nec nomen quidem sentẽ
tiæ habere mereatur, nec ad rescissionem C
perperam decretorum, appellationis solẽ-
nitas requiratur. Item ex concilio apud
sanctum Medardum, octauo cap. Himarus
Rhemorum Archiepiscopus dixit.

De eodem.

LEgum ecclesiasticarum autoritas talis
est, vt in causis gestorum semper scri-

ptura

tura requiratur, adeò vt qui ad sacrum
ontem accedit, suum dare nomen præci-
iatur: qui ad summum sacerdotium pro-
ehitur, decreto manibus omnium robo-
ato eligatur. Ordinatus autem, à suis ordi
atoribus literas accipere iubetur: qui etiã
b ecclesiastica societate quolibet excessu
iscinditur, libelli inscriptione aut recipi-
ur, aut deiicitur. Sed & qui accusatur, aut
cõmunicatur, seu reconcilietur, per scri-
turam accusari vel reconciliari iubetur.
t sic in cæteris huiusmodi intantum scri
tura deposcitur, vt sicut beatus Grego-
ius in Commonitorio ad Ioannem defen
orem, ex Romanis legibus sumẽs, scribit,
ententia, quæ sine scriptis profertur, nec
omen sententiæ habere mereatur. Item
Nicolaus Papa Girardo Turon. Archiepi.

*Restituendus est, quem neque conuictum, ne-
ue confessum constat esse eiectum.*

NOtũ sit tuæ fraternæ charitati, quòd
cùm iste presbyter pauper, nomine
Christophorus, de sua angustia ad nostrã
clementiam lacrymabiliter sit cõquestus,
dicens se falsis criminibus impetitum, &
ab ecclesia sua non conuictum, neque con-
fessum irrationabiliter fuisse eiectum: nã
(vt ipse refert) tua diligentia per tres vi-
ces inquisitione facta, nulla in se neque de

fornicationis crimine, neque de homicidij confessione (de quibus impetebatur) reperiri potuit culpa, nisi quia suæ paupertatis causa, quæ petebantur, aut consentire noluit, aut adimplere nō potuit: quod suus tamen æmulus vltroneus egit, qui iniustè illius ecclesiam prę ripuit. Idcirco magnopere monemus reuerentiam tuam, vt quæ te fortè ignorāte Gieziaca cupiditate peracta esse videntur, tuæ fraternitatis censura celeri emendatione corrigātur, scilicet restituendo ecclesiæ propriæ iam dictum sacerdotem, atque ei reddendo tua pietate pristinum, quem perdidit honorem, & nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contemni permittas: quia facientem & consentientem par pœna constringit. A B

Item de lib. constitutionum.

Antequam causa examinetur, aliquis excōmunicari non debet.

NEmo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici Canones hoc fieri iubēt. Si quis autem aduersus eam constitutionem excommunicauerit aliquem, ille qui excommunicatus est, maioris sacerdotis autoritate ad gratiam sanctæ communionis redeat: ille autem, qui non legitimè eum excommunicauit, in C

tantum

tantum abstineat tempus, quãtum maiori sacerdoti visum fuerit: vt quod iniustè fecit, eum excommunicando, ipse iustè patiatur. Item Aug. in epistola ad clerum, & ad vniuersalem plebem Hipponensem. *Aug. epis.* 137

Incerta & dubia iudicari non possunt.

B NOmen Presbyteri propterea non ausus sum de numero collegarum eius vel supprimere, vel delere, ne diuinæ pietatis potestati, sub cuius examine causa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio præuenire: quod nec in negotiis secularibus iudices faciunt, quando ad maiorem potestatẽ dubitatio refertur, vt pendente relatione aliquid audeant commutare. In Episcoporum quoque concilio constitutum est, nullum clericum, qui nondum conuictus est, suspẽdi à communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentauerit. Item Melchiades Papa. *Episcopis Hispaniæ eum scribens.*

C *Nec suspicionis arbitrio, nec ante verum & iustum iudicium, aliquis condemnetur.*

PRimò semper ante omnia diligenter inquirite, vt cum iustitia & charitate diffiniatis: neminem condemnetis ante verum & iustum iudicium: nullum iudicetis suspicionis arbitrio: sed primùm probate, & postea charitatiuã sententiã proferte: &

quod vobis non vultis fieri, alteri facere nolite. Item ff.lib.xlviij.tit.de accusatio nibus & inscriptionibus. A

Tit.2.l.8

Qui ab accusatione prohibeantur, & qui recipiantur.

PRohibentur alij accusare propter sexũ vel ætatem: vt mulier, & pupillus. Alij propter sacramentum: vt qui stipendium merent. Alij propter magistratum & potestatem: in qua agentes sine fraude, in ius vocari non possunt. Alij propter delictũ proprium: vt infames. Alij propter turpẽ quæstũ: vt qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habẽt, nummósve ob accusandum vel non accusandum acceperint. Alij propter conditionem suam; vt filij contra parentes, & liberti contra patronos. Alij propter suspicionem calumniæ: vt illi, qui falsum testimonium subornati dixerunt. Nonnulli propter paupertatem: vt sunt, qui minus quàm quinquaginta aureos habent. Hi tamen omnes, si suam iniuriam exequãtur, mortémve propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur. Liberi libertique non sunt prohibendi, suarum defendendarum rerum gratia de facto parentũ patronorumve queri: veluti si dicãt se vi à possessione ab his expulsos: scilicet, non vt crimen vis eis intendant, B C

sed

ſed vt poſſeſsionẽ recipiant. Nã & filius nõ
quidem prohibitus eſt de facto matris cõ-
queri, ſi dicat ſuppoſitum ab ea partum,
quò magis coheredem habeat: ſed eam reã
ege Cornelia facere ei permiſſum nõ eſt.
b alio delatum, alius deferre non po-
eſt: ſed eum, qui abolitione publica vel
riuata interueniente, aut deſiſtente accu-
tore de reis exemptus eſt, alius deferre
on prohibetur. Mulierem propter publi
m vtilitatem ad annonam pertinentem
diri à Præfecto annonæ deferentem Di
Seuerus & Antoninus reſcripſerũt. Fa
oſi quoque accuſantes ſine vlla dubita-
one admittuntur. Milites quoque ad hãc
cuſationẽ admittẽdi ſunt. Serui quoque
ferentes audiendi ſunt. His omnibus 2. pars.
toritatibus datur intelligi, quòd nullus
condemnandus niſi iudicio ordinabili-
habito aut cõuincatur, aut reũ ſeipſum
nfiteatur. Verùm hæc de illis intelligen
ſunt, quorum crimina ſunt occulta. Cę-
ùm, quæ manifeſta ſunt, iudiciarium or
nem non requirunt. Vnde Ambro.

Sine accuſatione, manifeſta iudicentur.

MAnifeſta accuſatione non indigent.

Itẽ Nicolaus Papa Carolo Regi. *Nico. pa. 1.*

De eodem.

QVę Lotharius Rex neposveſter fecit,

accuſ

accusatione non indigent. Manifesta enim sunt, teste Apostolo, opera carnis, fornicatio, immunditia, &c. In manifestis enim calliditate accusantium non opprimitur reus: nec tergiuersatione proprium crimen celatur, cùm culpa sua oculis omnium spõte se ingerat: atque ideo in talibus iudiciarius ordo nõ requiritur: qui ideo tãtũ instit utus est, vt nec innocentia insidijs pateret aduersantiũ, nec culpa delinquentiũ sentẽtiam effugeret iusti examinis. Vnde Stephanus Papa Leoni Episcopo Tyanensi. A B

Iuo Carn. li. 4. de iu. di. & cri. refert ex eodem.

Ordinem iudiciarium manifesta non desiderat causa.

DE manifesta & nota plurimis causa, non sunt quærendi testes: vt sanctus Ambro. in epistolam ad Corinthios dixit, de fornicatore, sententiam exponens Apostoli. Iudicis (inquam) non est sine accusatore damnare: quia dominus Iudam, cùm fuisset fur, quia non est accusatus, minimè eiecit. Cognito autem opere istius, pellendum illum Apostolus de cœtu fraternitatis censuit: omnes enim crimen eius sciebant, & non arguebant. Publicè enim nouercam suam loco vxoris habebat: in qua re neque testibus opus erat, neque tergiuersatione aliqua poterat tegi crimen. Et paulò pòst: C

Absens

Abſens facie, præſens autẽ autoritate Spi *1.Cor.5.a*
ritus (qui nuſquam abſens eſt) iam iudica
ui, vt præſens, eum qui hoc admiſit tradi
Satanæ in interitum carnis, & infrà. Sed
ſciendum eſt quòd eorum, quæ manifeſta
ſunt, alia ſunt nota iudici, & incognita
liis: alia ſunt manifeſta aliis, & occulta iu
ici: quædã verò ſunt nota iudici, & aliis.
Quæ iudici tantùm nota ſunt, ſine exami
atione feriri non poſſunt: quia dum accu
atoris perſona aſſumitur, iudiciaria pote
as amittitur. In vna enim eademque cau
a nullus ſimul poteſt eſſe accuſator & iu-
ex. Vnde Aug. in Homi. de pœnitẽtia. *Augu. ho-*
mil.,0

Quãdo aliqui ſunt corrigẽdi, quãdo tolerãdi.

MVlti corriguntur, vt Petrus: multi to
lerantur, vt Iudas: multi neſciunt, do *Matth.16*
ec veniat Deus, qui illuminabit abſcon-
ita tenebrarum, & infrà. Nos verò quen
uam prohibere à communione non poſ-
umus (quamuis hæc prohibitio nondum
t mortalis, ſed medicinalis) niſi aut ſpõte
onfeſſum, aut in aliquo ſiue ſeculari, ſiue
cclesiaſtico iudicio nominatẽ, aut conui-
tũ. Quis enim vtrũque ſibi auderet aſſu-
nere, vt cuiuſquã ipſe ſit & accuſator, &
udex? Huiuſmodi etiã regulam Paulus in
piſtola ſua ad Corin. breuiter inſinuaſſe *1.Cor.5.d*
ntelligitur, cũ quibuſdã commemoratis
crimi

criminibus ecclesiasticis, formã ad omnia similia ex quibusdã daret. Ait enim, Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini cum fornicariis: non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruiẽtibus: alioquin debueratis de hoc mundo exire. Non enim possunt homines in hoc mundo manentes, nisi cũ talibus viuere: nec eos possunt lucrifacere Christo, si eorũ colloquium conuictũque vitauerint. Vnde dominus cum peccatoribus & publicanis comedens, Non est, inquit, necessarius sanis medicus, sed malè habentibus. Nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Et ideo consequenter Apostolus etiã adiungit: Nunc autem scripsi vobis: Non commisceamini fornicariis. Si quis autem frater nominatur fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Nónne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? de his enim qui foris sunt, iudicabit Deus. Auferte malũ à vobisipsis. Quibus verbis satis ostendit, nõ temerè, aut quomodolibet, sed per iudicium auferẽdos esse malos ab ecclesiæ cõmunione: vt si per iudicium auferri non possunt, tolerentur potius

A

B

C

Matth. 9. b

1. Cor. 5. d

Deu. 21. b

potius ne peruersè malos euitando, ab ec-
cleſia ipſe diſcedens, eos quos fugere vide
tur, mittat ad gehennam. Quia ad hoc no
bis inſcripturis ſunt exempla propoſita,
velut in meſſe, vt palea ſufferatur vſq; ad
vltimum ventilabrum: vel intra illa retia,
vbi piſces boni cũ malis vſque ad ſepara- *Mat.13.f*
tionẽ, quæ futura eſt in littore, id eſt, in fi-
ne ſeculi, æquo animo tolerãtur. Nõ enim
contrarium eſt illud huic loco, quod dicit
Apoſtolus: Tu quis es, qui iudicas alienũ *Ro.14.a*
ſeruũ? ſuo domino ſtat, aut cadit. Noluit
enim hominẽ ab homine iudicari ex arbi-
rio ſuſpicionis, vel etiam extraordinario
vſurpato iudicio: ſed potius ex lege Dei ſe
cundũ ordinẽ eccleſię, ſiue vltro cõfeſſum,
ſiue accuſatũ, atque conuictum. Alioquin
illud cur dixit: Si quis frater nominatur, *1.Cor.5.d*
aut fornicator, aut idolis ſeruiens, &c. niſi
quia eam nominationem voluit intelligi,
quæ fit in quenquã, quum ſententia ordi-
ne iudiciario atque cũ integritate profer-
tur. Nã ſi nominatio ſufficit, multi damnã
ti ſunt innocentes: quia ſæpe falsò in quo-
quã crimina nominantur. Non ergo illi,
quos monemus agere pœnitentiam, quæ-
rant ſibi comites ad ſupplicia, nec gaudeãt
quia plures inueniant ſibi ſimiles. nam
propterea non minus ardebunt: quia cum
multis

Augu. ser. 16. de verbis domini. multis ardebunt. Idem in eodem. A

Peccatum, quod tantùm iudici notum est, ab eo damnari non valet.

Mat. 18. b SI peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solũ. Quare? quia in te peccauit. Quid est, in te peccauit? Tu scis, quia peccauit. Quia enim secretũ fuit quando in te peccauit, secretum quare, cũ corrigis, quod peccauit in te. Nam si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis corã omnibus arguere, non eris corrector erroris, sed proditor. Attende quemadmodum B vir iustus Ioseph tanto flagitio, quod de vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequam sciret vnde illa conceperat, quam grauidam senserat, & se ad illam non accessisse nouerat. Restabat itaque certa adulterij suspicio: & tamẽ, quia ipse solus nouerat, ipse solus sciebat: quid

Matth. 2. c dicit Euangelium? Ioseph autem cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Ergo corripienda C ipsa sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa verò corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius. Distingue tempora, & concordabit scriptura. Sic agamus, & sic agendum est, non solùm quando in nos peccatur, sed etiã quãdo peccatur ab aliquo, vt ab altero nescia-

tur

ur,in secreto debemus corrigere. Nouit
nim nescio * quem homicidam Episco- *al,quẽ ho
us,& nemo alius illũ nouit. Ego nolo eũ micidã no
ublicè corripere,& tu quæris inscribere. uerit, &c.
rorsus nec prodo, nec negligo: corripio
n secreto:pono ante oculos eius Dei iudi-
ium:terreo cruentam conscientiam:per-
uadeo pœnitentiam.Hac charitate prędi-
i esse debemus.Vnde aliquando homines
eprehendunt nos,quòd quasi non repre-
endamus:aut putant nos scire, quod ne-
cimus:aut putãt nos tacere,quod scimus.
ed fortè quod scis,& ego scio,non tamẽ
oram te corripio: quia curare volo,nõ ac
usare.Sunt homines adulteri in domibus
uis in secreto peccantes:aliquando nobis
b vxoribus suis plerunque zelantibus,
liquando maritorũ salutem quęrentibus,
roduntur.Nos non prodimus palàm, sed
n secreto arguimus,vt vbi contigerit ma
um,ibi mpriatur:non tamen vulnus illud
egligimus:ante omnia ostendentes homi
i in tali peccato constituto, sauciamque
gerenti conscientiam illud vulnus esse
mortiferũ. Quando verò crimen est no 4.pars.
tum aliis,& non iudici:nec tunc sine exa-
minatione feriendum est:quia in crimen
sibi occultum iudex sententiam ferre non
debet. Vnde Euaristus Papa ait. Epist.2

Sententia non præcipitanter ferenda est. A

DEus omnipotens, vt nos à præcipitandæ sententiæ prolatione cõpesceret,
Heb.4.d cũ omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, prius quã manifestè cognosceret, quæ
Gene.18.c dicebantur. Vnde ipse ait: Descẽdã & videbo vtrũ clamorẽ qui venit ad me, opere cõpleuerint: an non est ita, vt sciam. Deus omnipotens cui nihil est abscõditũ, sed ei omnia manifesta sunt, antequã fiant: non ideo hæc & alia multa, quæ ob prolixitatem capitulo nõ inseruimus, per se inquire re dignatus est: non qꝑ ea ignoraret, sed vt nobis exẽplum daret, ne prẽcipites in discutiendis & iudicandis negotiis essemus: & ne mala proximorũ priùs quisquã præsumat credere, quã probare. Cuius exẽplo monemur, ne ad proferendã sententiã vnquã præcipites simus, aut temerè indigenterq; probata, indiscussa quoquo modo iu
Matt.7 dicemus, dicẽte Veritatis voce: Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & reliqua. Mala verò audita nullũ moueant: nec passim dicta absque certa probatione quisquã vnquã credat: sed antè audita diligẽter inquirat: nec præcipitanter quicquam agat
Luc.6.f aliquis. Si enim Deus cognitor omnium

B

C

Sodo

Sodomorũ mala (quorũ clamor ad cælũ vſque peruenerat) omnia ſciẽs, prius nec credere, nec iudicare voluit, quã ipſe ea cũ fidelibus teſtibus diligenter inueſtigans, quæ audierat, opere cõprobaret: nos qui ſu mus homines & peccatores quibus incognita ſunt occulta iudicia Dei, hoc pręcauentes, nullũ ante verã iuſtamque probationem iudicare aut dãnare debemus: manifeſtè Paulo Apoſtolo dicente: Tu quis ſ, qui iudicas alienũ ſeruũ? ſuo enim domino aut ſtat, aut cadit. Quando autẽ crimen notũ eſt iudici & aliis, aliquãdo reus nficiatur factũ: veluti ſi quis negaret ſe nterfeciſſe eum, quẽ ſub oculis iudicis in conſpectu multorum interfecit. hic, quia ſe reum negat, ſine examinatione feriri nõ poteſt. Aliquãdo euidentia ipſa operis reũ eſſe teſtatur, quando opere publico crimẽ ſuum confitetur. tunc poſt ſecundam & tertiam correctionem, ſine examinatione damnãdus eſt, vel puniendus, ſi incorrigibilis extiterit. In hoc itaque vltimo caſu intelligenda eſt autoritas illa Ambroſij, & Nicolai: Manifeſta, accuſatione non indigent. Fornicator enim, in quẽ ſine examinatione ſententia Apoſtolica proferatur, publicè coram omnibus nouercã ſuã pro vxore habebat. Lotharius quoque Rex,

Roma. 14

5. part.

1. Cor. 14. a

1 Cor. 5

de quo Nicolaus scribit, similiter publicè A
vxorem suam dimiserat, & aliam superdu
Nico. Pa. 1 xerat. Vnde idem Nicolaus Papa scri-
bit Archiepiscopis & Episcopis per Gal-
liã, Italiam, & Germaniam constitutis.

Sine accusatione manifesta feriendi sunt.

SCelus, quod Lotharius Rex (si tamen
Rex veraciter dici possit, qui nullo sa-
lubri regimine corporis appetitus refræ-
nat, sed lubrica eneruatione magis illicitis
eius motibus cedit) in duabus scilicet fœ-
minis, Teberga, & Gauldrada, commisit, B
omnibus manifestum est. Sed dudum
Episcopos Teugaldum, & Guntarium, in
tali facto eum habuisse tutores atque fau-
tores penè totus orbis, vndique ad limina
seu sedem, confluens Apostolicam, refere-
bat. Igitur decernẽte nobiscũ sancta syno-
do, in prẽsentia depositi, & ab officio sacer
dotali excommunicati, atque à regimine
Episcopatus alienati indubitanter existũt.

QVAESTIO II. C

An expoliatus sit aliquo iudicandus.

Ioan. Pa. 1 epist. 1. ad Zacha. Ar chiepisco.

QVOD AVTEM expoliatus ante iudicem stare nõ possit, multis autoritatibus probatur.

Ait enim Ioannes Papa.

Ante

Ante litem conteſtatam poſſeſſori cuncta ſunt reſtituenda.

ANtiquitus decretum eſt, vt omnes poſſeſsiones & omnia ſublata, atque unctos fructus, ante litem conteſtatam erceptos, Epiſcopus vel primas poſſeſſoi reſtituat. Item Nico. Papa.

De eodem.

OMnes leges, tam eccleſiaſticæ, quàm vulgares & publicæ, præcipiunt, vt mnia ſibi ablata reſtituãtur ei, qui ſuis eſt ebus expoliatus. Item Stephanus Papa. *Stepha. Pa pa 1. epi. 2.*

Nullus debet accuſari, dum ſuis rebus fuerit oliatus.

NVllus Epiſcoporum, dum ſuis fuerit rebus expoliatus, debet accuſari, riuſquã omnia ei, quęcunque ablata ſunt uocũque ingenio, legibus redintegrẽtur: a vt omnes poſſeſsiones, atque omnes uctus, ante inceptam accuſationem, Priates & ſynodus Epiſcopo, de quo agitur, nditus reſtituãt. Itẽ Euſebius fratribus onſtitutis per Alexandriam & Aegyptũ. *Euſeb. Pa pa, epi. 2.*

Nec conuocari ad ſynodum, nec in aliquo deet iudicari ſpoliatus.

IN ſcripturis veſtris reperimus, quoſdã Epiſcopos veſtris in partibus à propriis uibus accuſatos: aliquos videlicet ex ſuoicione, & aliquos ex certa ratione. Et

idcirco quosdã suis esse rebus expoliatos, quosdam verò à propria sede depulsos. Quos sciatis nec ad synodum comprouincialem, nec ad generalem posse conuocari, nec in aliquo iudicari, antequam cuncta, quæ eis ablata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur. Item Iulius Papa.

Iul.1.ca.8. in Decretis.

De eodem.

NVllus potest conuocari aut iudicari, antequã omnia sibi ablata, & omnia iura ei in integrum restituantur: quia non habet priuilegium, quo possit exui iam nudatus. Item Zepherinus Papa.

Zephe.epi.2.ad Episc. Aegypti.

De eodem.

PRæceptũ ergo est in antiquis statutis, eiectos atque suis rebus expoliatos, ecclesias proprias recipere: & primò sua omnia eis reddi: & demũ, si quis eos iustè accusare voluerit, æquo periculo facere iudices esse decernẽtes Episcopos recta sapiẽtes, & in ecclesia cõueniẽtes, vbi testes essent singulorũ, q̃ oppressi videbãtur: nec prius eos respõdere, quã omnia sua eis, & ecclesiis eorũ, legib⁹ integerrimè restituant.

QVAESTIO III.

Qua pœna sint feriendi, qui in accusatione vel testificatione defecerunt.

Qua

QVA AVTEM pœna feriendi sint, qui in accusatione deficiunt, Canonum censura diffinit. Pœnam enim illati criminis, cum dispendio existimationis excipient. Vnde Gelasius Papa.

De his, qui non probanda obiiciunt.

SI quis circa huiusmodi personas non probanda detulerit, autoritate huius sanctionis intelligat, se iacturam infamiæ sustinere: vt damno pudoris, & existimationis dispendio discat, sibi alienæ verecundiæ impunè insidiari, saltem decætero, non licere. Item Damasus Papa.

Dama. epistola 3. ad Stephanũ Archiepiscopum.

Si accusator in accusatione defecerit, talionem recipiat.

CAlumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat. Item ex decreto Hadriani Papæ.

De eodem.

QVi non probauerit, quod obiecerit, pœnam quam ipse intulerit, patiatur. Item Damasus Papa.

De his, qui falsis criminibus aliquem impetũt.

SI quis Episcopum, aut Presbyterum, aut Dianconum, falsis criminibus impetierit, vel accusauerit, & probare nõ poterit: nec in fine dãdam ei communionem censemus. Aliud est accusationem non

2. pars.

implere,& aliud est conuicium non proba re. Illud enim nulli sine abolitione, hoc omnibus licet. Vnde Fabianus Papa. A

Fabi. epist. 3. ad Hilarium Episcopum.

Conuicium non est pro accusatione habendum.

SI quis iratus crimen cuilibet temerè obiecerit, conuicium non est pro accusatione habendum: sed permisso tractandi spatio, si id quod iratus dixit, per scripturam sese probaturum fateatur: vt si fortè resipiscens quæ per iracundiam dixerit, iterare aut inscribere noluerit, non vt reus criminis teneatur. Sed aliud est crimen illatum non posse probare, * aliud aliqua promissione accusationem deserere. huic enim qui promissione deceptus accusationem deserit, venia datur: illi verò, qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur. Vnde Beatus Gregorius scribit Ioanni Episcopo Corinthiorum. B

*3. pars. * al. probare, quia falsum est: aliud &c.*

Greg. epist. 34. li. 4.

De eo, qui promissione illectus accusationem deserit.

PAulum itaque Diaconum, quamuis culpa sua vehementer cõfundat, quòd deceptus promissione ab accusatione sui Episcopi destiterit, tamen hanc ei culpam ignoscimus. Omnis igitur, qui crimen obiicit, scribat se probaturum. Reuera ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur: & qui non probauerit quod obiecerit, C

pœnam

pœnam quam intulerit, ipse patiatur. Idē. *Idem Gre. il idē paulò inferius.*

De his, qui accusationem deserunt, vt ecclesiastico ordines accipiant.

EVphemium *, atque Thomam, qui pro deferenda accusatione Episcopi sui sacros ordines acceperunt, eisdem ordinibus priuatos esse censemus: atque ita, sicuti depositi sunt, volumus permanere. * *al. Euchemium. siue Enthemium.*

Hinc colligitur, clericorum infamiam per Romanum Pontificem aboleri posse, contra illud Gelasij, Quanquàm animas
B per pœnitentiam saluare possimus, infamiam tamen abolere non possumus. Contra illud Stephani, qui cùm causas enumerasset, ex quibus infamia irrogatur, Hos omnes, inquit, sub nota perpetuæ infamię ad pœnitentiam suscipimus. Vel non fiunt infames lege Canonum omnes, quos leges seculi infames pronuntiant: cùm Paulus Diaconus, qui non impetrata abolitione ab accusatione destiterit, hac autoritate
C dignitatem officij sui recuperauit, quem senatusconsultum Turpilianum infamem pronuntiauit. Quod etiam de ea fateri cogimur, quæ intra tempus luctus nubit: cū matrimonia hodie regantur iure poli, non iure fori: & iure poli, mortuo viro mulier soluta est à lege viri: nubat si vult. Sed idē Stephanus econtrà scribit, dicēs: Infames

dicimus, quoscunque leges seculi infames pronuntiant. Sed illud Gelasij & Stephani, Quãquàm animas, &c. sub nota perpetuæ infamiæ, &c. de illis intelligitur, quibus per iudicem ciuilem infamia irrogatur: quorum sicut examinatio & castigatio, ita & in integrum restitutio, non nisi ad ciuilem iudicem, spectat. De ea verò, quæ intra tempus luctus nubit, non est cõtrarium ei, quod Stephanus ait, Infames dicimus, &c. cùm enim leges seculi, præcipuè in matrimoniis sacros Canones sequi non dedignentur, non videntur pronuntiare infamem eam, quæ Apostolica & canonica autoritate non illicitè nubit. Notandum est quoque, quòd aliud est, cùm aliquem pœnituerit criminaliter accusasse, & inscriptionem fecisse, si ab innocente fuerit absolutus. Aliud, si pecuniam à nocente acceperit, vt à probatione eius, quod obiecerat desistat. Vnde in lib. capitulorum, clxxv. cap. legitur.

A

B

4. pars.

C

De eo, quem pœnitet criminaliter accusasse.

SI quem pœnituerit accusasse criminaliter, & inscriptionẽ fecisse de eo, quod probare non potuerit: si cum accusato innocente conuenerit, inuicem se absoluant. Si verò iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognouerit, & inter reũ & accusatorem

ſatorẽ p obreptionẽ cõuenerit de colludio:
pœnã accipiat legibus cõſtitutã. Notandũ
quoq; eſt, qp ſicut Dige. lib. xlviij. legitur,
tit. de abolitionibus criminũ: Accuſatorũ
temeritas tribus modis detegitur: aut enim
calũniantur, aut preuaricãtur, aut tergiuer
ſantur. Calũniari, eſt falſa crimina ſciẽter
intẽdere. Præuaricari, eſt vera crimina ab-
ſcõdere. Tergiuerſari, eſt in vniuerſum ab
accuſatione deſiſtere. Calũniatoribus pœ-
na legitimè * irrogatur. Sed nõ vtiq;, qui
nõ probat quod intendit, protinus calũnia
tor videtur. Nam eius rei inquiſitio arbitrio
cognoſcẽtis cõmittitur: qui reo abſoluto,
de accuſatoris incipit cõſilio quærere, qua
mẽte ductus ad accuſationẽ proceſsit: & ſi
quidem iuſtũ eius errorem repererit, abſol
uit eum. Si verò in euidenti calumnia eum
deprehẽderit, legitimã pœnam ei irrogat.
Quorum alterutrũ etiã ipſis verbis pronũ
tiationis manifeſtatur. nã ſi quidẽ ita pro-
nuntiauerit, nõ probaſti, pepercit ei. ſinau-
tem pronũtiauerit, calũniatus es, condẽna
uit eũ, & quãuis nihil de pœna ſubiecerit,
tamẽ legis poteſtas aduerſus eũ exercebi-
tur. nam facti quidẽ quęſtio in arbitrio eſt
iudicantis: pœnæ verò perſecutio nõ eius
voluntati mandatur, ſed legis autoritati
reſeruatur. Si autẽ interloquendo dixerit,

5. pars. Tit. 16. ad ſenatuſcõſ. Turpil. & de abolitio nib. cri. l. 1.

** al. lege Rhemia.*

Titius

Titius temerè accuſaſſe videtur, non ca- A
lumniatorem pronuntiauit. Temeritas enim facilitatis veniam continet: & incon ſultus calor, calumniæ vitio caret: & ob hoc nullam pœnam huic irrogari oportet.

Titu.15. de prœuaricatoribus.l.1. Vlpianus libro xlvij.titu.de præuarica. Præuaricator, eſt quaſi varicator: qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait. nam qui præuaricatur, ex vtraque parte conſiſtit: quinimo ex altera. Is B
autem præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accuſauerit. Cæterùm aduocatus non propriè pręuaricator dicitur. Quid igitur de eo fiet? Siue priuato iudicio, ſiue publico præuaricatus ſit, hoc eſt prodiderit cauſam ſuam, hic extra ordinẽ

L.2. eiuſd. ſolet puniri. Sciendum eſt, quòd hodie

L.5. eiuſdẽ tituli. his qui præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria. Et infrà: Accuſator de prę uaricatione conuictus, poſtea non accuſet

L.7. eiuſd. lib.48. Dige. ad ſenatuſconſultum Turpilianum, & de abolitio. crim. tit.16.l.1 ex lege. Et infra: In omnibus cauſis, præter C
quàm in ſanguine, qui delatorem corrumpit, ex ſenatuſconſulto Turpiliano pro cõ uicto habetur. Et infra, lib.xlviij.titu.de abolitionibus criminum: Præuaricatorem eſſe eum oſtendimus, qui colludit cũ reo, eo quòd proprias quidem probationes diſſimularet, falſas verò excuſationes admitteret.

eret. Si quis autem ab accuſatione citra abolitionem deſtiterit, punitur. Abolitio priuatim à Præſidibus poſtulari ac impetrari ſolet: item pro tribunali, non de plano: nec Præſes hanc cognitionem alteri demandare poteſt. Si plura crimina idem idem intulerit, ſingulorum debet abolitionem petere: alioquin prout quid admiſerit, eius nomine ſenatuſconſulti pœnam patietur. Et titu. eodem: Deſtitiſſe eum accipimus, qui in totum animum agendi deposuit. Non qui diſtulerit accuſationem, ſed qui permiſſu Imperatoris ab accuſatione deſtitit, impunitus eſt. Abolitio enim pœnam remittit, infamiam non tollit. Vnde Imperatores Valentinianus & Valens ix. lib. C. titu. de generali abolitione, dixiſſe leguntur: Indulgentia, Patres conſcripti, quos liberat à pœna, notat: nec infamiam criminis tollit, ſed pœnæ gratiam facit. Si autem, reſtituo te in integrũ, Princeps dixerit, infamiam tollit. Vnde in eodem lib. legitur tit. de ſententiam paſſis, & reſtitutis, cuidam deportato in inſulam, Imperator Antoninus dixiſſe legitur: Reſtituo te in integrum prouincię tuę. Et adiecit: Vt autem ſcias, quid ſit in integrum reſtituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris te reſtituo.

L 13. eiuſdem.tit.

Tit.43.l.3.

Tit.31.li.9. Cod.l.1.

Quæ

QVAESTIO V.

Deficientibus accusatoribus, quis sit cogendus ad purgandum.

DEFICIENTIBVS verò accusatoribus, reus non videtur esse cogendus ad purgationem. Sicut enim possessor, deficiente actore, titulũ suæ possessionis probare non cogitur: ita qui impetitur, ad innocentiam suam purgandam cogendus esse non creditur. Auto ritate quoque Papæ Cornelij, & Tiburiensis concilij, sacerdotes iurare prohibẽ tur, nisi p recta fide. Ait enim Cornelius.

Corn. pap. epistol. 2. ad Rufũ Episcopũ orienta.

Iuramentum à sacerdotibus non est exigendũ.

SAcramentum hactenus à summis sacerdotibus, vel reliquis, exigi, nisi pro recta fide, minimè cognouimus: nec nisi spõte eos iurasse reperimus. Item.

Idẽ paulò inferius.

De eodem.

NOs sanctorum sequentes Apostolorum, eorumque successorum iura firmamus: & sacramenta incauta fieri prohibemus. Item.

Idẽ ibidẽ.

NOs sacramentum ab Episcopis nescimus oblatum: nec vnquam fieri debet, nisi pro recta fide. Item ex concilio Triburiensi.

Ca. 21. con. Trib.

Si quis

Si quis Presbyter contra laicum, vel laicus contra Presbyterum querimoniam habeat, Epiſcopo præcipiente terminetur.

SI quis Presbyter contra laicum, vel laicus cõtra Presbyterum aliquam habet querimoniæ cõtrouerſiam, Epiſcopo præcipiente, ſine perſonarum acceptione, finiatur. Laicus per iuramentum (ſi neceſſe ſit) ſe expurget: Presbyter verò vice iuramenti per ſanctam conſecrationem interrogetur: quia ſacerdotes ex leui cauſa iurare nõ debent. Manus enim, per quam corpus & ſanguis Chriſti conficitur, iuramento polluetur? Abſit, cùm Dominus in euangelio diſcipulis ſuis (quorum vicem nos indigni in ſancta gerimus eccleſia) dicat: Nolite omnino iurare: ſit autem ſermo veſter, eſt eſt, & non non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt. Verùm his autoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri à ſacerdotibus: ſed tantùm incauta, & ea quæ pro qualibet cauſa temporali iudicio offeruntur. Cùm autem populari infamia ſacerdotes opprimũtur, tunc ad innocentiæ ſuæ aſſertionem iuramenta debent offerre. Vnde Gregorius Papa ait. *Mat. 5. f 2. pars.* *Greg. 5. ad Bonifaciũ.*

Sacerdos ſi à populo fuerit accuſatus, iuramẽto innocentiam ſuam aſſirmet.

Presby

PResbyter vel quilibet sacerdos si à populo accusatus fuerit, & certi testes inuenti non fuerint, qui criminis illati veritatem dicant: iusiurandum in medio faciat, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia. Item ex regesto Grego. ad Iustinum Imperatorem capite septimo. A

Greg. Pap. epist. 23. ad Iustinum Presbyterum.

De Leone Episcopo, quem beatus Gregorius purgationem præbere fecit.

HAbet hoc proprium antiqui hostis inuidia, vt quos improborum actuũ perpetratione, Deo sibi resistente, deiicere non valet, opinionem eorum falsa ad præsens simulando, dilaceret. Quoniam igitur quædam contra sacerdotale propositũ de Leone fratre, & Coëpiscopo nostro sinister rumor asperserat: vtrùm vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri: & nullam in eo de eis quæ fuerant dicta, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset cordi manere ambiguum, ad beati Petri sacratissimum corpus, districta eum ex abũdanti fecimus sacramenta prębere: quibus præstitis magna sumus exultatione gauisi, quòd huiusmodi innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria vestra prædictum virũ cũ omni charitate suscipiat, & B C

reueren

euerentiam ei, qualem sacerdotem decet, xhibeat: nec aliqua cordibus remaneat de is, quæ iam sunt purgata, dubietas. Et ita suprà dicto vos Episcopo deuotissimè oportet in omnibus adhærere, vt congruè decenterque Deum in eius persona videamini (cuius est minister) honorare. Item x eodem ad Brunichildim Reginam Francorum, cap. ccxxxij. *Idem Gre. epist. 8 lib. 11*

Quomodo Beatus Gregorius Mennam Episcum iuramento purgari fecit.

MEnnam verò reuerendissimum fratrẽ & Coëpiscopum nostrum, postquam a, quæ de eo dicta sunt, requirentes, in nul o inuenimus esse culpabilem: qui insuper d sacratissimum corpus beati Petri Apo toli sub iureiurando satisfaciens, ab his quæ obiecta fuerant eius opinioni, se demonstrauit alienum: reuerti illum purgaum absolutumque permisimus: quia sicut lignum erat, vt si in aliquo reus existeret, ulpam in eo canonicè puniremus: ita dignum non fuit, vt eum adiuuante innocen ia diutius retinere vel affligere in aliquo leberemus. Purgationem tamen antè e, duobus sibi sacerdotibus iunctis, vbi accusator cessauerit, eundem ex se præbere tuo commisimus arbitrio. Vulgarem de nique ac nulla canonica sanctione fulci-

tam legem, feruentis scilicet aquæ, siue frigidæ, ignitiqúe ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc sunt omnino facta inuidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, imò Apostolica autoritate prohibemus firmissimè. Idem Castorio notario Rauennæ. A

Idem Gregor. epistol. 1. lib. 7

De Maximo Salonitano Episcopo, qui sacramento seipsum purgauit.

QVantò à nobis creditur, & necessarias vides tibi causas iniungi, tantò strenuum deberes te & solicitum exhibere. Proinde si Maximus Salonitanus, præstito sacramento, firmauerit se simoniaca hæresi non teneri: atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus innoxium se esse responderit, & de inobedientia sua (sicut deputauimus) egerit pœnitentiam: volumus vt ad consolādum illū epistolam, quam ad eum scripsimus (qua ei & gratiam nostram, & communionem reddidisse signauimus) experientia tua dare debeat: quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse cōuenit, sic humiliatis & pœnitentibus locum veniæ negare non debemus. Idem Mariano Episcopo Rauennæ. B C

Idem Gre. epistol. 79. libr. 7. ad Marianū.

De eodem.

Quæ

A QVæ de causa Maximi sunt agenda, ex epistolis quas ad vos transmisimus, agnouistis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis vestræ voluntas sit, magis à præsentium latore Castorio chartulario nostro renuntiante cognouimus: ideo si idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario nostro, de simoniaca hæresi se sacramẽto purgauerit, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris (vt scripsimus) tãtũ modo requisitus, liberũ se esse respõderit,
B causam ipsius vestræ fraternitatis iudicio, de eo q excõmunicatus, missarũ solennia agere præsumpserit, committimus, qua de beat pœnitẽtia talis culpa purgari. Et ideo quiuquid vobis secũdũ Deũ placet, securi disponite: nec aliquod de nobis dubiũ habeatis. Nam quicquid à vobis de hac causa fuerit ordinatum, nos & gratanter suscipimus, & libenter admittimus. Item Six- *Sixtus 3*
tus Papa omnibus Episcopis.

Qualiter Sixtus semetipsum purgauit.

C MAndastis, vt scriberem vobis qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel à quo: vt vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur. Scitote me criminari à quodã Basso, & iniustè me persequi: quòd audiẽs Valentinianus Augustus, nostra autoritate synodũ cõgregari

iuſsit,& facto concilio cum magna exami A
natione ſatisfaciens omnibus,licet euade-
re aliter ſatis potuiſſem,ſuſpicionem tamẽ
fugiens ,coram omnibus me purgaui:ſcili
cet à ſuſpicione & æmulatione me liberãs:
ſed non aliis,qui noluerint,aut ſponte hoc
Iuo refert li.5. de cle. ſola infra. non elegerint,faciendi formam dans. Itẽ
Alexander Rimaldo Cumano Epiſcopo.

De cauſa Gillandi Presbyteri.

SVper cauſa Gillandi Presbyteri tui,
de morte Epiſcopi ſui prędeceſſoris tui
infamati,in medium conſuluimus. Itaque B
circunſtantium fratrum vnanimi aſſenſu
tuæ dilectioni referimus præfatum Gillã-
dum Presbyterum ante te repræſentan-
dum,vbi ſi certi accuſatores defuerint,tũc
dictante iuſtitia, ſine omni controuerſia
Presbyter,quæcunque ob hoc iniuſtè ami
Iuo ibidem lib.5.refert. ſerit, ac ſacerdotium accipiat , & inte-
gra beneficia. Item ex concilio Agathẽſi.

De purgatione clericorum , ſi conuinci non potuerint.

SI legitimi accuſatores crimina ſacerdo C
tis probare non potuerint,& ipſe nega
uerit,cum ſeptem ſociis ſui ordinis (ſi va-
Ibidem continuò Iuo Carn. ſcribit ex eodem. let) à crimine ſemetipſum expurget. Dia-
conus verò ſi eodem crimine accuſatus fue
rit,cum tribus ſemetipſum excuſet.

Item ex concilio Ilerdenſi.

De

De eodem.

PResbyter si à plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit,& Episcopus legitimis testibus approbare non potuerit,suspendatur vsque ad dignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scãdalum patiatur.Digna verò satisfactio est (sicut à maioribus constitutum esse docetur)quando siue secundũ Canones, siue ad arbitrium Episcopi vij.sibi collegas adiũgit,& iurat in sacrosancto euangelio corã posito quòd crimen sibi illatũ nõ perpetrauit:& hac satisfactione purgatus,securè de inceps suum exequatur officium. Item Syluester Papa.

De eodem. Palea.

ACcusatum simoniacum necesse habuimus summopere per scripturam prohibere,ne missarum solemnia celebrare debuisset,donec quid esset,verius potuisse mus cognoscere. Item in consilio Tri- *Cap.22*
C burien si. *Palea*

NObilis homo vel ingenuus,si in synodo accusatur & negauerit,si eum constiterit fidelem esse,cum xij.ingenuis se expurget.Si autem deprehensus fuerit in furto,aut periurio,aut falso testimonio, ad iuramentum non admittatur: sed , sicut qui ingenuus non est , feruenti aqua , vel can-

denti ferro se expurget. Item Imarus A
Rhemorum Episcopus.

De eodem.

SI mala fama de Presbytero exierit, & accusatores ac testes legales defuerint, ne contra Apostolum infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & nevituperetur ministerium nostrum: néve securiores presbyteri existentes licentius in peccatum prolabantur, secundum decreta maiorum, cum denominatis sibi vicinis Presbyteris, quos scimus se nolle peierare, sacramento famam suam purget. Itẽ B
Innocentius Aquileiensi Patriarchæ, & Mantuano Episcopo.

De eodem.

QVotiens frater noster Tridentinus Episcopus in nostra & vestra præsentia de simonia sit impetitus, prudentiã vestram latêre non credimus: cuius causa tandem in nostra præsentia ventilata, producti sunt aduersus eum accusatores viua voce & scripto asserentes, quòd ecclesiam C
sancti Petri de Pado, Presbytero Paulo dederit pro quatuor modiis frumenti, quos ab eiusdem ecclesiæ laicis acceperit. Verũ quoniam nec accusatores, nec testes secundum formam Canonum & sanctorum patrum statuta in causa ipsa procedere potuerunt:

runt: communi fratrum nostrorum concilio iudicamus, vt tertia manu sui ordinis, & quatuor Abbatum & religiosorum sacerdotum de suprà dicta simonia in vestra præsentia se debeat expurgare. Porrò expurgationis tenor erit huiusmodi. Idem Episcopus super sancta Euangelia primũ iurabit, quòd pro ecclesia sancti Petri de Pado Presbytero Paulo danda, neque ipse per se, vel per summissam personam, neque alius pro eo se sciente pretium recepe
B rit. Deinde expurgatores super sancta Dei Euangelia iurabunt, scilicet quòd sicut ipsi credunt, verum iurauit. Nos itaque causæ huius seriem committentes prudentiæ vestræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnum conuenire curetis, & ita causam ipsam iuxta præsentium tenorem præstante domino restauretis, quatenus & omnis de cæterò huius quæstionis scrupulus auferatur, & vtrique parti sua iustitia conser
C uetur. Si quis verò de vobis certa præpediente causa interesse non poterit, vos qui adesse poteritis, idem iudicium terminate. Quòd si prædictus frater noster A. prædictam purgationem fecerit, vos ei autoritate nostra prædictũ officiũ & Tridentinã ecclesiam restituit. Hanc autẽ purgationẽ ante proximã purificationẽ beatæ Mariæ

virginis adimplere iubemus. In prȩmiſ A
ſis autoritatibus ſubintelligitur, ſi reus ſe
purgare voluerit: vt ſacri Canones modũ,
non neceſsitatem purgandi, accuſato impo
nat: ſicut apparet ex fine capituli Sixti Pa-
pæ, & autoritate Leonis, qui data purga-
tione ait de ſeipſo.

De Leone qualiter ſe purgauit.

Ino Carno. lib. 5. refert.

AVditum eſt, fratres chariſsimi, quali-
ter mali homines in me grauia crimi
na confinxerunt. Quamobrẽ ego Leo Pon
tifex ſanctæ Romanę eccleſię, purifico me B
in conſpectu veſtro, coram Deo & angelis
eius, qa iſtas criminoſas & ſceleratas res,
quas illi mihi obiiciũt, nec perpetraui, nec
perpetrare iuſsi. Hoc autem faciens, non le
gem præſcribo cæteris, qua id facere co-
gantur. Ecce qualiter Summus Ponti-
fex ſemetipſum purgat, nec cæteris neceſ-
ſitatem purgandi præſcripſit. Vnde datur
intelligi, quòd ſatisfactio purgationis in
voluntate conſiſtit accuſati, non in arbi- C
trio iudicis. Sed cùm in Ilerdenſi concilio
Presbyter iubeatur ſuſpendi vſque ad con
dignam ſatisfactionem: cùm etiam in de-
creto Leonis in arbitrio ponitur Epiſco-
pi, quota manu ſacerdos purgare ſe de-
beat: patet quòd ad purgationem cogen-
dus eſt: nec in ſua voluntate, ſed in arbitrio

iudic

ıdicis consistit. Vnde Leo Papa, scri-
ens ad Carolum regem, ait.

Iuo carne. ibidē refert.

Qualiter sacerdotes se purgare debeant.

OMnibus vobis visu aut auditu notum esse non dubitamus, quòd sæpissimè suadente hoste antiquo) sacerdotibus crimina diuersa obiiciuntur. Sed qualiter exis ab his rationabiliter examinatio & satisfactio fiat, licet bonæ memoriæ tempore domini genitoris vestri Pipini, siue priscis temporibus, à sanctis patribus & reliquis bonæ fidei & deuotionis hominibus, sæpissimè ventilatum fuerit: tamen nos oleniter inde aliquid diffinitum reperire minimè quiuimus. Nostris quippe temporibus idipsum à sanctis Episcopis, & reliquis sacerdotibus, ac cæteris ecclesiasticæ dignitatis ministris, vestris in regnis, seu in aliis Deo degentibus, nobisque vnà cũ eis agentibus, sæpissimè propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos de diuersis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu domini & patris nostri Leonis Apostolici, cæterorumque ecclesiæ Romanæ Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, siue Orientalium & Græcorum Patriarcharum, & multorum sanctorum Episcoporum & sacerdotum, necnon etiam nostrorum Romanorum

Episcoporum, sacerdotum, omniumque cæ A
terorum, ac Leuitarum autoritate & con-
sensu, atque reliquorum fidelium, & cun-
ctorum consiliariorum nostrorum consul
tu diffinitum est: vos omnes vtriusque or-
dinis ministros scire volumus. Statutum
est nanque, ratione & necessitate autorita-
te prædicta, & etiam consultu omnium,
vt quotienscunque cuiquam sacerdoti cri-
men imponitur, si ipse accusator talis fue-
rit, vt recipi debeat: quia quales ad accusa- B
tionem sacerdotum admitti debeãt, in Ca-
nonibus pleniter expressum est. Si autem
(vt dictum est) ille accusator, qui canonicè
est recipiendus, eum cum legitimo virorũ
numero & bonorum testium approbare in
conspectu Episcoporum poterit, tunc ca-
nonicè diiudicetur: & si cupabilis inuẽtus
fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum su-
prà scripto prætextu approbare ipse accu-
sator minimè poterit, & hoc canonicè di-
iudicetur. Ipse ergo sacerdos si suspicios us C
aut incredibilis suo Episcopo, aut reliquis
suis consacerdotibus, siue bonis, & iustis
de suo populo vel sua plebe hominibus fue
rit, ne in crimine aut in prædicta suspicio-
ne remaneat, cum tribus aut cum quinque
vel septẽ bonis ac vicinis sacerdotibus, exẽ
plo Leonis Papę, qui duodecim Episcopos

in

n ſua purgatione habuit, vel eo amplius, ſi
ſuo Epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe eſſe
propter tumultum populi perſpexerit: &
cum aliis bonis & iuſtis hominibus ſe ſa-
cramẽto coram populo ſuper quatuor Euã
gelia dato, purgatum eccleſiæ reddat. Si
quis autem ſcire deſiderat quales teſtes ad
accuſationem ſacerdotum recipi debeant,
& quid de accuſatore faciendum ſit, ple-
nius in Canonibus reperiri poterit. Iu-
ramẽ: o verò cãdẽtis ferri, vel feruẽtis aquę
purgatio data nõ eſt addẽda. Vnde Stepha *3. part.*
nus quintus Huberto Epiſcopo Magũtino.

Candentis ferri & feruentis aquæ iudicium in eccleſia prohibetur.

COnſuluiſti de infantibus, qui in vno
lecto dormientes cũ parentibus, mor-
tui reperiuntur, vtrùm ferro cãdente, aut
aqua feruente, ſeu alio quolibet examine
parentes ſe purificare debeant, eos non op-
preſsiſſe. Monendi ſunt nanque & prote-
ſtandi parentes, ne tam tenellos ſecum in
vno lecto collocent, ne negligentia quali-
bet proueniente ſuffocentur, vel oppri-
mantur, vnde ipſi homicidij rei inuenian-
tur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruen-
tis examinatione confeſsionem extorque-
ri à quolibet, ſacri non cenſent Canones.
Et quod ſanctorum patrum documento

ſanci

sancitum non est, superstitiosa adinuentio A
ne non est præsumendũ. Spontanea enim
confessione, vel testium approbatione pu
blicata delicta, habito prę oculis Dei timo
re, cõmissa sunt regimini nostro iudicare.
Occulta verò & incognita illi sunt relin-
quenda, qui solus nouit corda filiorum ho
minum. Hi autem, qui probantur, vel con
fitentur talis reatus se noxios, tua eos casti
get moderatio. Quia si ille, qui conceptũ
in vtero per abortum deleuerit, homicida
est: quãtò magis qui vnius saltem diei pue- B
rulum peremerit, homicidam se esse excu
sare nequibit? Hoc autẽ vtrùm ad omnia
genera purgationis, an ad hæc duo tantũ,
quæ hic prohibita esse videntur, pertineat
non immeritò dubitatur propter sacrifi-
cium zelotypiæ, & illud Gregorij: Si vir,
qui frigidę naturæ esse dicitur, per verum
iudicium probare potuerit, vxorem suam
nunquàm se cognouisse, separetur ab ea.

Polea.

Nume. 5. b IN libro nanque Numeri legitur Domi- C
num pręcepisse Moysi, vt loqueretur fi-
liis Israël, & diceret eis: Vir cuius vxor
eius errauerit, maritumque contẽnens dor
mierit cũ alio viro, & id maritus deprehẽ
dere nequiuerit, sed latet adulteriũ, & te-
stibus argui non potest, quia nõ est inuenta

in

A in ſtupro: ſi ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur, adducet eã ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſacci farinę hordeaceæ: non fundet ſuper eã oleũ, nec imponet thus: quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium. Offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino: aſſumetque aquam ſanctã in vaſe fictili, & puſillum terræ de pauimẽ
B to tabernaculi mittet in eam. Cumque ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius: & ponet ſuper manus eius ſacrificiũ recordationis, & oblationẽ zelotypiæ. Ipſe autẽ tenebit aquas amariſsimas, in quibus cũ execratione maledicta congeſsit: adiurabitque eam, & dicet: Si non dormiuit vir alienus tecũ, & ſi non polluta es deſerto mariti toro, non tenebunt te aquæ iſtę amariſsime, in quas ma
C ledicta cõgeſsi. Si autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum alio viro, his maledictionibus ſubiacebis: Det te Dominus in maledictionẽ, & exẽplum cunctorũ in populo ſuo: putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur: ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumeſcente pu

te putrescat femur tuum. & respondebit A
mulier, Amen, amen. Scribetque sacerdos
ista maledicta in libello, & delebit ea aquis
amarissimis, in quas maledicta congessit,
& dabit ei bibere: quas cũ exhauserit, tollet
sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud super altare, ita duntaxat
vt prius pugillũ sacrificij tollat de eo quod
offertur, & incendat super altare, & sic potum det mulieri aquas amarissimas: quas
cùm biberit, si polluta est, & cõtempto viro adulterij rea est, pertransibunt eã aquæ B
maledictionis, & inflato ventre computrescet femur, eritque mulier in maledictionẽ, & in exemplum omni populo. Maritus verò absque culpa erit: & illa recipiet
iniquitatem suam. Quòd si polluta nõ fue-
4. pars. rit, innoxia erit, & faciet liberos. Sed
quælibet huiusmodi purgatio videtur esse
inhibita, cũ in præmissa autoritate Stephani Papę dicitur, Spõtanea cõfessione, &c. C

Item ex Decretis Nicolai Papæ.

In nouo testamẽto monomachia nõ recipitur.

MOnomachiam verò in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non
reperimus: quam licet quosdam iniisse le-
2. Reg. 17. gamus, sicut Dauid sanctũ, & Goliam, sacra prodit historia: nusquàm tamen, vt

pro

A pro lege teneatur, alicubi diuina sanxit autoritas: cùm hæc & huiusmodi sectantes Deum solummodo tentare videantur.

Contra in concilio* Guarmacensi. 5. pars.

* Vormacensi.

Si furta in monasterio fiunt, iudicio monachi se expurgent.

SAepe contingit vt in monasteriis monachorum furta perpetrentur: idcirco statuimus vt quãdo ipsi fratres de talibus expurgare se debent, missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo ex præsentibus fra
B tribus: & sic expleta missa omnes communicentur in hæc verba, Corpus domini sit tibi hodie ad probationem. Item.

Quicunque de adulterio accusatur, probabili iudicio se expurget.

INterrogatum est, si duo de adulterio inculpati fuerint, & vnus profitetur, & alter negat, quid inde agendum sit? Decretum est in sancto concilio, vt ille qui negauerit, probabili se iudicio expurget, & qui
C professus fuerit, dignam pœnitentiam agat. Item.

Cùm plures de adulterio accusantur, & vnus cæteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, si vnus in iudicium ceciderit.

STatuit quoq; sancta synodus, vt si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi, vt alter

ter illorum vtrosque iudicio purget diuino: si vnus in hoc ceciderit, ambo rei habeantur. Item. A

In cõ. Vormacien si. *Pro singulis missa celebretur, qui de aliquo crimine accusantur.*

SI Episcopo, aut Presbytero aliquod maleficium imputatũ fuerit, pro singulis missam celebrare debet & communicare, & de singulis sibi imputatis innocentẽ se ostendere. Quod si non fecerit, quinquẽnio à liminibus ecclesiæ extraneus habeatur. Illud verò, quod Sixtus & Leo in fine suæ purgationis addiderunt, ex eorum exemplo intelligẽdum est. Exemplo enim suæ satisfactionis noluerunt cæteris præscribere legem purgandi. B

QVAESTIO IIII.

An duorum testimonio Episcopus sit condemnandus.

QVOD verò quarto loco quærebatur, an duorũ testimonio Episcopus sit condemnandus, multorum autoritatibus probatur. C

Ioan. 8. c *Deu. 17. b* Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait Christus ad Iudæos: In lege vestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est. Hinc consequenter argumentatur cõtra eos, dicẽs: Si duorum

A rum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum & patris mei non accipitis? Item Paulus in Epistola ad Corint. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Item in Epistola ad Hebræos: Quis prævaricans legem Moysi, duobus vel tribus testibus convictus, sine miseratione lapidabitur. Item ex concilio Bracharensi ij. *1.Ca.13.a* *Heb.10.c* *Cap.9*

Quot testibus quisque clericorũ cõuinci debeat.

B PLacuit, vt si quis aliquem clericorum macula fornicationis impetit, secundũ pręceptum Pauli Apostoli duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimoniis approbare quod dicit, excommunicationem accusati accusator accipiat. Ex præmissis itaque colligitur, quòd duorum vel trium testimonio Episcopus conuinci vel damnari potest. Porrò Syluester Papa in generali synodo residens, econtra dixit. *2.pars.* *In epilogo con. Romani.*

Quot testibus Episcopus vel Presbyter vel cæteri clerici, sunt conuincendi.

C PRæsul non damnetur, nisi cum lxxij. testibus: Presbyter autem Cardinalis, nisi cum lxiiij. testibus nõ deponatur: Diaconus verò Cardinalis vrbis Romæ, nisi cum xxvij. testibus nõ condẽnabitur: Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector,

Ostiarius, non nisi vij. testibus condemnabitur. Testes autem & accusatores sine aliqua sint infamia. Item Leo quartus. A

Episcopi non nisi lxxij. testibus condemnandi sunt.

NVllam damnationem Episcoporum vnquam esse censemus, nisi aut ante legitimum numerũ Episcoporũ, qui fit per duodecim Episcopos: aut certè probata sententia per lxxij. testes idoneos, qui tales sint, qui accusare possint. Et prius ad sacra Christi quatuor Euangelia sacramẽta præstent, ꝙ nihil falsum depromant: sicut nobis beatus Syluester tradidit, & Romana sancta videtur tenere ecclesia. Et si inter eos, quos damnandos esse dixerint homines, fuerit Episcopus qui suam causam in præsentia Romanæ sedis Episcopi petierit audiri, nullus super illũ diffinitiuam præsumat dare sententiam, sed omnino eam audiri decernimus. Sed hoc vel speciali priuilegio de clericis Romanç ecclesiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorundam, qui cùm non sint spectatæ vitæ & scientiæ, in accusatione ministrorũ Dei repente prosiliunt. Quorum verò vita adeò laudabilis est, vt in omnibus imitanda appareat, de quorum assertione nulli dubitatio nasci poterit, eorum testimonio B C

duorum.

A duorum vel trium testium, quilibet iure conuinci & damnari poterit.

QVAESTIO VI.

An remedium sit dandum ei qui causa dilationis vocem appellationis exhibuit.

SEQVITVR sexta quæstio, qua quęrebatur, quo remedio causa vitiata subleuetur: & si remedium illud sit dandum ei,

B qui causa dilationis vocem appellationis exhibuerit. Causa vitiata remedio appellationis subleuari poterit. Vnde Fabianus Papa ait. *Fabianus epist. 3. ad Hilariũ Episc.*

Causæ vitiatæ remediũ appellationis subueniat.

LIcet appellatori vitiatã causam remedio appellationis subleuare. *Palea.* *Sixtus pa. 3. epist. ad Epis. Orientales.*

APpellantem non debet afflictio vlla aut carceris, aut retentionis iniuriare custodia. Item Anacletus Papa. *Epist. 1. in fine.*

De eodem.

C OMnis oppressus liberè sacerdotum si voluerit appellet iudiciũ, & à nullo prohibeatur: sed ab his fulciatur, & liberetur, & audiatur. Si autẽ difficiles causę, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedẽ referantur: & si illic facilè decerni nõ potuerint, aut iustè terminari, vbi

fuerit summorum congregatio sub Metro politano congregata (quę per singulos annos fieri solet, & debet) iustè & Deo placitè coram Patriarcha, aut Primate, ecclesiastica negotia, & coram patritio negotia seculariа iudicentur in communi. Item Sixtus Papa omnibus rectoribus ecclesiæ scribit, dicens:

Sixtus epistola 2.

Quisquis pulsatus fuerit, Apostolicam sedem appellet.

SI quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licenter hãc sacratam & Apostolicã sedem appellet, & ad eam quasi ad caput suffragium habeat: ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur. Item Gregorius.

Sixtus Pa. epist. 1. id habet.

Episcopi grauioribus causis pulsati, Apostolicam sedem appellent.

OMnes Episcopi, qui in aliquibus pulsantur, vel criminantur grauioribus causis, quotiẽs necesse fuerit, liberè Apostolicã sedẽ appellẽt, atque ad eã, quasi ad matrẽ, confugiant. Itẽ Marcellus Papa.

Mar. epi. 1. ad Epis. Antiochia

Ab omnibus appelletur ad Romanã ecclesiã.

AD Romanam ecclesiã omnes Episcopi qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, quasi ad caput suum confugere, eamque appellare debent, vt inde accipiant tuitionem atque consecrationem.

Quod

A Quod omnibus minimè conuenit denegari Episcopis: sed absque vlla custodia, aut excommunicatione, aut expoliatione, vel damnatione, liberè ire concedatur. Item Victor Episcopus.

Victor epistola 1. ad Theophilũ Episc. Alexand.

Qui à proprio Metropolitano se grauari putauerit, maiorem sedem appellet.

SI quis putauerit se à proprio Metropolitano grauari, apud Patriarcham, vel Primatem diœceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ ecclesiæ iudicetur sedem.

B Itẽ Zepherinus vrbis Romæ Episcopus.

Zephe. epistola 1.

Ad Romanam ecclesiam, quasi ad matrem, appelletur ab omnibus.

AD Romanam ecclesiam ab omnibus (maximè tamen ab oppressis) est appellandum, & concurrendum, quasi ad matrem: vt eius vberibus nutriantur, autoritate defendantur, à suis oppressionibus releuentur: quia non potest, nec debet mater obliuisci filium suum. Item Iulius Papa.

Iulius pap. 1. cap. 22. in Decretis.

C *Quotiens aliquis appellauerit, audientia sibi non denegetur.*

PLacuit, vt à quibuscunque ecclesiasticis iudicibus ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior autoritas, prouocatũ fuerit, audientia non negetur. Item.

Idem Iulius ca. 30.

Iniustè damnati restitutionem, & oppressi auxilium à Romana ecclesia debent habere.

IDeo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter sunt cõcessa, tam de congregandis conciliis, & iudiciis, ac restitutionibus Episcoporum, quàm etiam de summis ecclesiarũ negotiis, vt ab ea omnes oppressi auxilium, & iniustè damnati restitutionem sumant, & talia ab impiis non præsumantur absque vltione, nec exerceãtur absque sua damnatione. Cùm ergo Zepherinus dicat ab omnibus esse appellandum, maximè tamen ab oppressis: & Marcellus scribat, Omnes episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, appellare debẽt: patet, ꝙ accusato (siue grauetur, siue nõ) vox appellationis nõ est denegãda. Quidam tamen ita distinguunt, vt volentes, ad consecrandos: necessitatem patientes, ad oppressos referant, vt sit sensus: Omnes, qui voluerint à Romana ecclesia cõsecrationẽ accipere, & ab aliquibus impediũtur, eã debent appellare. Quibuscunque in suis oppressionibus necesse fuerit ad eam confugere, similiter vocem appellationis exhibeant, vt isti tuitionem, & illi consecrationem ab ea recipiant. Similiter & illud Zepherini distinguitur: Ab omnibus est appellandũ ad Romanã ecclesiam: intelligendum est, qui ab ea consecrationẽ voluerint accipere, vel qui à Prælatis

A

2 pars.

B

C

suis

A suis aliquam iniuriam passi fuerint: maximè tamen ab oppressis. Secundum primã interpretationẽ oppressi intelliguntur, aliqua iniuria affecti: iuxta secundã verò oppressi dicuntur, à iudice iniustè condemnati. Secundum hanc distinctionem, qui in aliquibus negotiis non ad releuandũ, sed ad differendum, vocem appellationis exhibuerint, appellandi autoritatẽ nõ habent. Sed cùm Gregorius scribat omnibus per diuersas prouincias,

B *De causa appellationis cognoscere non licet, nisi ei, ad quem appellatur.*

DEcreto nostro vestram rogantes charitatẽ, mandamus, vt si aliquis (quod non optamus) suorum æmulorum, Aldricum Cenomanensis ecclesiæ Episcopum accusare damnabiliter tentauerit, liceat illi post auditionem Primatum diœceseos (si necesse fuerit) nos appellare: & nostra autoritate, aut ante nos, aut ante legatos

C nostros ex latere missos, iuxta Patrum Decreta, suas exercere atq; diffinire actiones: nullusq; illũ ante hoc iudicet, aut iudicare præsumat: sed si quid (quod absit) graue intolerãdumq; ei obiectũ fuerit, nostra erit expectãda censura: vt nihil prius de eo, qui ad sinũ sanctæ ecclesiæ Romanæ cõfugit, & eius implorat auxiliũ, decernatur, quã ab

eiusdem ecclesiæ autoritate. fuerit præceptum: quæ vices suas ita aliis impertiuit ecclesiis, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Si autem (quod non arbitramur) à quoquam secus præsumptum fuerit, ab officio cleri submotus, autoritatis Apostolicæ reus ab omnibus iudicetur, ne lupi, qui sub specie ouium subintrauerũt, bestiali sæuitia quosdam audeant lacerare, & quod sibi fieri nolunt, aliis inferre præsumant. Item cùm Iulius papa dicat. A B

Iulius pa. epist. 1. ad Epis. Orientales.

Iudicia appellantium ab eis sunt audienda ad quos appellatur.

QVi se scit aliis esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum. Ipsa nanque ecclesia, quę prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum iudicia, & cuncta maiorum negotia causarum, eidem sedi reseruata esse liquet: præsertim cùm in his omnibus eius semper sit expectandum consultum, cuius tramiti si quis obuiare tentauerit, sacerdotum causas, non sine honoris sui periculo, se apud eandem sedem nouerit redditurum. Item cùm Nicolaus Papa in C

A pa in Rhemensem Archiepiscopum inuehatur, qui Rotardum Episcopum appellãtem Apost. sedẽ dãnare ausus est, ita dicẽs.

De Rhemensi Archiepiscopo, qui appellãtem Romanam sedem iudicare est ausus.

ARguta sapiẽtia tua (vtinam in bono) accepto fomite iudicij, materiam depositionis aduersus Rotardum assumpsit, & ab itinere Apostolicæ sedis remouit, & continuatim Apostolicam sedem appellãtem damnauit, & carcerali custodiæ man
B cipauit. Et infrà: Priuilegia tamen Apostolicæ sedis vos obliuioni tradere nullo modo debuissetis, quibus venerandi Canones iudicia totius ecclesiæ ad hanc deferri iubent. Et infrà: Hoc quippe nos in Rotardo idcirco noueritis operatos, vt priuilegia sedis Apostolicæ, quæ malè à vobis violata esse videbantur, autoritate Apostolica, & canonica patrum deliberatione pristino tandem ingenio, & proprio decorentur honore. Item Leo Papa.

C *Quisque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus desiderat.*

Leo 1. epi. 82. ad Anastasium Episco.

QVi scit se quibusdam præpositum, non molestè ferat aliquẽ sibi esse prælatum: sed obedientiam, quã exegerit, etiã ipse depẽdat: & sicut nõ vult grauis oneris sarcinas ferre, ita nõ audeat aliis importa-

bile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri dicentis, *Matt. 11.d* Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Patet ergo, quòd nulli appellanti sunt inducię denegandæ. Cæterùm si causa frustratoriæ dilationis appellauerit, à iudice, ad quem prouocatum fuerit, condẽnabitur. Tempus verò appellationis est, ante datam, vel post datã sentẽtiam. Quotiens enim quis se grauari senserit, liberè potest appellare. Vnde Sixtus Papa ait. *Sixtus epi. 1. ad Gratũ Episcop.*

Qui grauatur à proprio Metropolitano, Primates, aut vniuersalis ecclesiæ sedem appellet.

SI quis putauerit se à proprio Metropolitano grauari, apud Primates diœceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ ecclesiæ Papam iudicetur.

Romanam sedem appellet, qui iudicem suspectum habet.

QVotiens Episcopi se à suis comprouincialibus, vel à Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, atque eis liberè ire liceat: & dum prædictã Romanam ecclesiam appellauerint, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquã eis vim inferre præsumat, antequã amborum causa Ro

A sa Romani Pontificis autoritate terminetur. Quòd si aliter à quoquam presumptũ fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Item Iulius Papa. *Iul. ut 1. ad Episc. Oriẽ ta. ca. 30*

De eodem. Palea.

IDeo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter concessa sunt, vt ab ea omnes auxilium oppressi, & iniustè damnati restitutionem sumant. Oppressi & se prægrauari putantes, intelliguntur ante datã sententiam: iniustè verò damnati, post datam
B sentẽtiã. Vnde Eutychianus vrbis Romanæ Episcopus scribit omnibus Episcopis. *Euty. Papa, epist. 2. Episcopis Siciliam.*

Ante exitum causæ per appellationem recedere licet.

NOn ita in ecclesiasticis agendum est negotiis, sicut in secularibus. nam in secularibus, post quã legibus vocatus quisquam venerit, & in foro decertare cœperit: non licet ei ante peractã causam recedere. In ecclesiasticis verò, dicta causa rece
C dere licet, si necesse fuerit, aut si se viderit prægrauari. Qui verò ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur. Vnde in concilio Mileuitano. *3 pars. Cap. 24*

Excommunicetur, qui iudicibus suis obtemperare non vult.

QVisquis probatus fuerit per contumaciam nolle obtẽperare iudicibus, cùm

cùm hoc primæ sedis Episcopo fuerit pro A
batum, det literas, vt nullus ei communi-
cet Episcoporum, donec obtemperet. Itẽ
Epist. 3. ad Hilarium Episcopũ. quòd post datam sententiam appellari pos
sit, Fabianus Papa testatur, dicens.

Non denegetur appellatio ei, quem in supplicium sententia destinauit.

LIceat etiam in criminalibus causis ap
pellare: nec vox appellationis dènege
tur ei, quem in supplicium sententia desti-
nauerit. Quod antè, idem affirmat.

Fabia. ibidem.

Ante datam sententiam licet alicui appellare. B

4. pars. SI quis iudicem aduersum sibi senserit,
vocẽ appellationis exhibeat. Post da-
tam verò sententiam, qui appellare volue-
rit, intra quinq; dies appellet: & intra eos-
dem, à quo prouocauit, literas dimissorias
accipiat: & intra eosdem, ad quem appella
Iuo Carn libr. 4. de Appellat. refert. uit, iter arripiat. Vnde in Theodosianis
legibus sic statutum inuenitur.

Post latam sententiam, intra quod tempus quisque appellare debeat. C

PRopter superfluam appellatorum licẽ
tiam, ne in retractãdis vel reuocandis
sentẽtiis liberum habere arbitrium videã-
tur, & tempora appellationis, & pœnæ cõ
stitutæ sunt: vt quicunque apud iudicem,
qui causam eius audiuit, appellare, & ad
alium iudicem prouocare voluerit, intra

quinque

A quinque dies appellet,& in his ipſis quinque diebus,ad iudicem,ad quem prouocauerit , ſine aliqua diſsimulatione perueniat:& ipſe dies,in quo accepit literas , in his quinque diebus ſpecialiter computetur.Quòd ſi longius iter ſit, exceptis quinque diebus , ſpatium dierum , quo iter agi poſsit,

HAbita dinumeratione xx.miliũ diurnorum per ſingulos dies , computetur. Item:

Iuo ibidem continuò.

B *A quo appellatur,ad quem appellatum fuerit, dimiſſoriæ literæ dirigantur.*

AB eo,à quo appellatũ eſt,ad eum , qui de appellatione cogniturus eſt,dimiſſoriæ literæ dirigantur , quæ vulgo Apoſtoli appellãtur: quarum poſtulatio & acceptio intra quinque dies ex officio finienda eſt. Iſta iã ſuperius ſub titulo de cautionibus & pœnis appellãtiũ interpretata ſunt. Qui intra ſtatuta tempora dimiſſorias nõ

C poſtulauerint,vel acceperint,vel reddiderint,preſcriptione ab agẽdo ſubmoueãtur, & pœnã appellationis ferre cogãtur. Idẽ.

Iuo ibidẽ.

De his qui cauſa dilationis appellant.

QVicunque non confidentia iuſtæ cauſæ,ſed cauſa differendæ moræ,ne cõtra eum ſententia proferatur,appellauerit: vel ſi de facto ſuo confeſſus, ne abiiciatur,

appel

appellare voluerit: huiusmodi appellationes non recipiantur. Idem: A

Iuo Carno. eod. lib. 4. continuò legit.

Cùm possessor appellat, dum euentus causæ dubius est, possessionis fructus sequestrentur.

QVotiens post auditam causam possessor appellat, fructus possessionis, de qua agitur, dum sequendæ audientiæ euentus dubius est, meritò sequestrantur. Nam si petitor appellauerit, hoc ab eo postulari non potest: quia non potest sequestrari, quod non habet. Si propter prædia vrbana, vel mancipia, vel iumenta appellatur, possessiones eorum, vel mercedes, vel vectura, etiam si de nauis naulo agatur, de poni solent. Idem: B

Iuo ibid.

Iniustè appellans, omnino puniendus est.

OMnino puniendus est, quotiens iniusta appellatio pronũtiatur. Sumptus, quos dum sequeretur aduersarius impendit, reddere cogatur, non simplos, sed quadruplos. Præmissis autoritatibus intra v. dies post datam sententiam cuique appellare permittitur. Quod postea Iustinianus in constitutionibus suis corrigens, intra decem dies appellationis remediũ cuique dandum decreuit, dicens. Imperator Iustin. Augustus: C

Constitutio 23. Nouellarũ cõstitu.

Intra decem dies remedium appellationis conceditur.

Ante

ANteriorum legum acerbitati plurima remedia * interponentes, & maximè hoc circa appellationes facientes, & in præſenti ad huiuſmodi beneficiũ peruenire duximus eſſe neceſſariũ. Antiquitati etenim cautum erat, vt ſi quis per ſe litem exercuerit, & fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet. Si autem per procuratorem cauſa vẽtilata ſit, in triduũ proximum eam extẽdi. Ex rerum autem experiẽtia inuenimus, hoc ſatis eſſe damnoſum. Plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putantes in triduum prouocationes eſſe porrigẽdas, in prõptum periculum incidiſſe, & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe. Vnde neceſſarium duximus huiuſmodi rei competenter mederi. Et ſancimus, omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores & tutores ventilentur, poſſe intra decem dierum ſpatium, à recitatione ſententiæ numerandum, iudicibus ab ijs, quorum intereſt, offerri, ſiue magni, ſiue minores ſint: excepta videlicet ſublimiſſima Prætoriana præfectura: vt liceat homini intra id ſpatium pleniſsimè deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum: ne timore inſtantiæ opus appellatorium

* *imponentes.*

frequen

frequentetur: sed sit omnibus inspectionis copia, quæ & indiscussos hominum calores potest refrenare. Ad hoc sancimus, si quando lis speratur in nostrũ inferri consistorium, si fortè contigerit Imperatoris maiestatem occupatam publicis causis ex mundanis prouisionibus, non posse conuocare Patres, quatenus causa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitiũ est litigantium, si culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ est autoritatis, vt nolentem Principem possit ad conuocandum Patres, cæterósque proceres coarctare? Sed si quid tale euenerit, causa intacta permaneat, donec Imperator sua sponte motus, & conuocari proceres iusserit, & litem inferri patiatur, & omnia secundum morem procedere. Illud etiam in tertio capite disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autem neglexit. Cùm enim venerãda vetustatis autoritas ita magistratus digesserit, vt alij maiores, alij medij, alij minores sint, & appellationes à minoribus iudicibus nõ solùm ad maximos iudices remitterẽtur, sed ad spectabiliũ iudicũ tribunal, quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito litẽ exercerẽt: nouitas autẽ hoc dereliquerit: euenit, vt super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur,

A B C

ur,& homines propter minimas cauſas
agnis fatigẽtur diſpẽdiis,vt forſitã totius
is ęſtimatio ad ſumptus iudiciales nõ ſuf
iat.Ideoque ſancimus,ſi quando ex Ae-
ptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque
bya,prouocatio ſperatur, vſque ad decẽ
rarum auri quantitatem,non in hanc re
am vrbem eam venire,ſed ad Pręfectũ
uguſtalẽ, qui audiat,& cauſam dirimat
ce ſacri cognitoris, nulla ei penitus poſt
ffinitiuam ſententiam appellatione por-
genda .Similiſque modo,quoties in Aſia
diœceſi,vel Pontica,tale aliquid emer-
rit vſque ad pædictam quantitatem de-
m librarum auri,appellationes ad viros
ectabiles Comites fortè, vel Proconſu-
s,vel Prætores, vel Moderatorcs, quí-
us ſpecialiter eaſdem lites peragendas de
utauimus,remittantur:quatenus & hi ad
militudinem Præfecti Auguſtalis, vice
cri cognitoris intercedant, & cauſas ſi-
e ſpe quidem appellationis, Dei tamen
legum timore proferant * decidendas.
Orientalẽ autem tractum * cauſas appella
ione ſuſpenſas, & vſque ad decem libra-
um auri quantitatem limitatas,ad virum
ſpectabilem Comitem Orientis,mittere,
imili modo audientiam & finem eis impo
turum,ſancimus. Illo videlicet obſerua-

* *al.perfu-rant.*

* *al.orien talis autẽ tractus.*

to, vt viri ſpectabiles Duces, vel alij ſpectabiles iudices, non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos iudices ſuas tranſmittãt appellationes, in litibus, quantæcũque ſint quantitatis (cùm non oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minori iudicio in maius tribunal aſcendere) ſed ad illuſtriſsimam Præfecturam illorũ appellationes, cuiuſcũque ſint quantitatis (vt dictum eſt) dirigantur: quę vnà cum viro excelſo pro tempore Quæſtore eas dirimat: vtroque officio ſubminiſtrante, id eſt tã ex ſacris ſcriniis more ſolito, quã præfectorio. Ita tamẽ hoc ſancimus, vt nec à Ducibus, vel ab aliis ſpectabilibus iudicibus, quibus fortè, etſi priuati ſint, Imperialis maieſtas cauſas iniunxerit, appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices currat: ne cauſa non gradatim procedere, ſed perperam videatur: ſed à Præſidibus quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis, ſi non ſint ſpectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referatur. Si autem vel illuſtres ſint dati à nobis iudices, quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt, vel Duces, qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati: vel ij, qui à Principe ſunt delegati, ſpectabilem habeãt dignitatem: eorum appellationes ſub quacunque quantita-

A B C

titate in hanc regiam vrbem ad competentes antiquo more iudices referantur: omnibus aliis, quæ in appellationibus statuta sunt, vel ab antiqua prosapia, vel autoritate anteriorum constitutionum, vel à nostra humanitate intactis illibatisque custodiēdis. Itē Dige. tit. quādo appellādū sit. *Tit. 4. l. 1. li. Dige. 49*

Quando appellandum sit primo, vel secundo.

BIduum vel triduum appellationis ex die sententiæ latę computandum erit. Quid ergo, si sententia fuerit sub conditione dicta? vtrùm ex die sententiæ temporus computamus ad appellandum, an verò ex die, quo conditio sententię extiterit. Sanè quidem non est sub conditione sententia dicenda. Sed si sit dicta, quid fiet? Et est vtile, statim tempora ad appellandum computari debere. Quod autem in sentētiis receptum est, vt vel altera die, vel tertia prouocetur, hoc etiam in cæteris obseruandum est, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportet & potest: vt cùm quis ad tutelam, vel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excusatio non admittitur. Dies autem istos, in quibus appellandum est, ad aliquid esse vtiles, oratio Diui Marci voluit, si fortè eius, à quo prouocatur, copia nō fuerit, vt ei libelli dētur. Ait enim: Is dies seruabitur,

quo primo facultas adeundi erit. Quare ſi forte poſt ſententiam ſtatim dictam copiã ſui non fecerit is, qui pronuntiauit, vt fieri aſſolet, dicendũ eſt nihil nocere appellatori. Nam vbi primùm copiã eius habuerit, poterit prouocare. Ergo ſi ſtatim ſe ſubtraxerit, ſimiliter ſubueniẽdum eſt. Quid ergo, ſi conditio horæ effecit, vt ſe reciperet? Si fortè ſententia dicta ſit iam ſuprema hora, vtique non videbitur ſe ſubtraxiſſe. Adeundi autem facultatẽ ſemper accipimus, ſi in publibo ſui copiã fecerit. Cæterùm ſi non fecerit, an imputetur alicui, quòd ad domum eius nõ venerit, quodque in hortos nõ acceſſerit, & vlterius ꝙ ad villã ſuburbanam? Magisque eſt, vt nõ debeat imputari. Quare ſi in publico adeundi eius facultas non fuit, melius dicetur facultatẽ non fuiſſe adeundi. Si quis ipſius quidem, à quo appellauit, adeundi facultatem non habuit, vt ei libellos daret: eius autem ad quem appellauit, habeat copiam: videndũ eſt, an ei præſcribi poſsit, quòd eum non adierit. Et hoc iure vtimur, vt ſi alterutrius adeundi fuerit, copia, locum habeat præſcriptio. Palàm eſt, eam propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. Si aduerſus abſentem fuerit pronuntiatum, biduum

A B C

vel

A vel triduum, ex quo quis ſcit computandũ eſt, non ex quo pronuntiatum eſt. Quod au tẽ abſentẽ dicitur poſſe prouocare, ex quo ſcit, ſic accipimus, ſi non in cauſa per procuratorem defenſus eſt. Nam ſi ille non prouocauit, difficile eſt, vt hic audiatur. Si quem * in inſulam deportandum annotauerit Præſes prouinciæ, & Imperatori ſcripſerit vt deportetur: videamus quando ſit appellandum, vtrùm cùm Imperator reſcripſit vt deportetur, an cùm ei ſcribitur.

* al. ſi quidem in inſulam

B Et puto tunc eſſe appellandum, cùm recipi eum Præſes iubet. Cæterùm verendum eſt, ne ſerò ſit, vt tunc prouocetur, cùm Imperator inſulam ei aſsignauerit. Comprobata enim ſententia Præſidis, vel Prætoris, tunc ſolet Princeps inſulam aſsignare. Rurſus illud verendũ eſt, ſi mẽdaciis apud Principem onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi ei viã prouocandi. Quid igitur eſt? Rectè dicetur humanitate ſuggerente, vt & hoc, & illo tempore non fruſtra prouocaretur: quia non aduerſus Principem, ſed aduerſus iudicis callidi tatem prouocauit. Illud quoque videndum eſt, ſi cùm Imperatori ſcriberetur, exemplum literarum litigatori editum ſit, neque is appellauerit, & poſtea contra eum reſcriptũ ſit, an appellare à literis pridẽ ſi-

C

bi editis possit. Certè non potest: quia qui tunc non appellauit, vera esse quæ scripta sunt, consensisse videtur: nec est audiẽdus, si dicat, euentum sacri rescripti se sustinuisse. Item Vlpianus libro xlix. in tit. de appellationibus recipiendis, vel non. A

Tit. 5. l. 1.

1. pars.

NOn solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox reus ratum habeat. Sed & si mater ex pietate prouocauerit, dicendum est & hanc audiri debere. & si litem præparandam curare maluerit, intercedere non videtur: licet ab initio defendere non potest. B

Scęuola libro iiij. Regularum: Ante sententiam appellari potest, si quæstionem in ciuili negotio habendam iudex interlocutus est: vel in criminali, si contra leges hoc faciat. Marcellus libro primo de appellationibus: Eius, qui ideo causam agere frustratur, quia dicit se libellum Principi dedisse, & sacrum rescriptum expectasse, audiri desiderium prohibetur: & si ob eã causam prouocauerit, appellatio eius recipi sacris cõstitutionibus prohibetur. Itẽ Marcellus lib. v. tit. de dimissoriis libellis. C

Lib. 49. Digest. tit. 7

De dimissoriis libellis.

POst appellationem interpositam, literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatũ est,

A est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue ad principem, siue ad quemlibet alium: quas literas dimissorias, siue Apostolos appellant. Sensus autem literarum talis est: appellasse, puta Lucium Titium, à sententia talis iudicis, quæ inter illum & Mæuium dicta sit. Sufficit autem petiisse intra tempus dimissorias instanter, & sæpius: & si non accipiat, idipsum contestetur. nam instantiam petentis dimissorias, constitutiones desiderant. Aequum est igi-
B tur, si per eum stetit, qui debeat dare literas, quò minùs det, ne hoc accipienti noceat. Vlpianus libro quarto, in titulo, nihil innouari appellatione interpositum: Appellatione interposita, siue ea recepta fuerit, siue non, medio tempore nihil nouari oportet. Si quis ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam appellauerit, propter quædam non, vtrùm sit differenda pœna eius, an non, quæritur. Et si
C quidem grauiora sunt crimina, ob quæ appellatio interposita est, leuius autem id, propter quod quis non appellauit, recipiẽda est omnino appellatio, & differenda pœna. Si verò grauiorem sententiam meruit, ex ea specie, ex qua non est appellatũ, omnino pœna imponenda est. Forma Apostolorum hæc est: Ego N. sanctæ Bononiensis

Li. 49. Digest. titu. 7

ecclesię Episcopus, te Presbyterum Rolandum, Capellanum sancti Apollinaris, ad Apostolicã sedem, quam appellasti, ab observatione nostri iudicij his Apostolis dimitto. Forma verò appellationis ante sententiã hæc est: Ego Adelinus, sanctæ Rheginæ ecclesiæ minister, licet indignus, sentiens me grauari à Domino Gualterio, sanctæ Rauennatis ecclesiæ Archiepiscopo, Romanam sedem appello, & Apostolos peto. A Si verò post datam sententiam appellare voluerit, hic erit ei modus appellandi: B Ego Adelinus sanctæ Rheginę ecclesiæ minister, licet indignus, contra sententiã Domini Gual. S. Rau. ecclesię Archiepiscopi, iniustè in me latã pridie Calen. Maij, anno Dominicę incarnationis* Mclxj.* indict. iiij. Romanã sedem appello, & Apostolos peto. Si autem vnus, vel duo, pro pluribus appellare voluerint, sic appellabunt: Ego P. & G. Syndici Canonicorũ S. & B. e. sentientes nos prægrauari contra sententiam, &c. Romanam sedem appellamus, & Apostolos postulamus. C Et huiusmodi appellationes in scriptis fieri debent. Ad iudiciũ autẽ alterius fidei, catholico appellare nõ licet. Vnde in Carthagin. cõcil. iiij. Cap. 17

Excommunicetur catholicus, qui committit causam suam iudicio alterius fidei.

* *aliàs.* *Mcv.* * *al. feria.*

A CAtholicus, qui causam suam siue iustam, siue iniustam, ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur. Notandum verò est, quòd quidã iudices sunt, à quibus appellari nõ oportet. 6. pars.

Vnde in concilio Mileuitano legitur. Cap. 26.

A quibus iudicibus prouocari non licet.

A Iudicibus, quos communis consensus elegerit, nõ liceat prouocari. Quod de arbitris intelligendum est. Iudicũ enim alij sunt ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij verò sunt, qui ab Apostolico, vt ecclesiastici, vel ab Imperatore, vtpote seculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarj sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium in iudices eliguntur: in quos compromittitur, vt eorum sententiæ stetur. Horum alij sunt ordinarij, & arbitrarij: alij arbitrarij tantũ. Ordinarij & arbitrarij sunt, qui legitimã potestatem habentes ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt suæ iurisdictioni suppositi. Ab his, etsi vt arbitrarij sedeant, & non, vt ordinarij: priuilegio tamen ordinariæ dignitatis grauatus aliquis, appellare valebit. Vnde in Carthaginiensi concilio quarto legitur: Cap. 10. cõ. Carthag. 3

A iudicibus, qui eliguntur communi consensu prouocare non licet.

SAnè si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam à pauciori numero, quàm constitutum est, liceat prouocari. A

Cap. 22 Item ex concilio Mileuitano:

Qui de Episcoporum iudicijs queruntur, à vicinis Episcopis audiantur, vel ab alijs ex consensu eorum adhibitis.

PLacuit, vt Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in causis, quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorũ questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant: & inter eos, quicquid est, diffiniant adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorũ. B Quòd si ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, nisi ad Africana concilia, vel ad Primates prouinciarũ suarum. Ad transmarina autem qui putauerint appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiantur. Nisi fortè Romanam sedem appellauerint. Is autem qui apellauerit, ad eum, à quo appellauit, remitti nõ

Cap. 1 debet. Vnde in Sardicensi concilio:

De eodem. C

SI quis Episcopus accusatus fuerit, & omnes iudicauerint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eũ: si appellauerit, cũ deiectus fuerit, & confugerit ad beatissimum Romanæ ecclesiæ Episcopũ, & voluerit se audiri: si iustum

A stum putauerit vt reuocetur vel renouetur examen, scribere Episcopis dignetur Episcopus Romanus, his qui in finitima & propinqua altera prouincia sunt, vt ipsi diligẽter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis diffiniant. Quòd si is, qui rogat causam suã iterũ audiri, deprecatione sua monuerit Episcopum Romanũ, vt de latere suo Presbyteros mittat, erit in potestate eius quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cũ Epi
B scopis iudicent, vt etiam habeãt autoritatem personæ illius, à quo destinati sunt, erit in eius arbitrio. Si verò crediderit sufficere Episcopos comprouinciales, vt negotio terminum imponant, faciat, quod sapientissimo consilio suo iudicauerit. Arbitrarij tantùm sunt, qui nullam legitimam potestatẽ acceperunt, à quibus appellari non licet: quia eis imputandum est, quòd sibi tales elegerunt. Si verò sententia eo-
C rum, à quibus appellatur, soluta fuerit per eum, ad quẽ appellatũ est, nihil eis oberit: nisi fortè vel inimicitia vel pecunia depraua ti, iniustam probentur tulisse sententiam. Vnde in eodem concilio Cartha- *Cap. 10.*
ginensi iij. legitur.

Cùm per appellationem sententia soluitur, nõ debet obesse ei qui non iniquo animo iudicauit.

Hoc

7. pars. HOc etiam placuit, vt à quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior autoritas fuerit prouocatum: non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si conuinci non poterint, vel iniquo animo iudicasse, vel aliqua cupiditate aut gratia deprauati. Quæritur autem de eo, à quo appellatur, an sit euocandus in testimonium apud eum, ad quem appellatur, super negotio cuius cognitionem suscepit. De hoc ita statutum est in Carthaginiensi concilio quinto.

Cap. 1.

Clericus non deuocetur in testimonium illius causæ, cuius primum cognitionem suscepit.

* ali. statuẽdũ est. STatutum* est, vt qui in ecclesia quam libet causam iure Apostolico ecclesijs imposito, agere voluerit, & forsan decisio clericorum vni parti displicuerit: non liceat clericum in iudicium ad testimoniũ deuocari eum, qui Præses, vel cognitor fuerit: & nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

Ab eis quoque, ad quos prouocatum fuerit (sicut in Africano concilio legitur) vlterius prouocari non licet.

Non licet prouocari ab his, ad quos prouocatum fuerit.

Si au

A SI autem prouocatum fuerit, eligat quî prouocauerit, iudices, & cũ eo ille, cõtra quẽ prouocauerit: vt ab ipsis deinceps nulli liceat prouocare. Post secundam prouocationem intelligendum est. tertiò enim in vna eademque causa super eisdem capitulis prouocare non licet. Vnde in vij. libr. Cod. titul. ne liceat in vna eademque causa tertiò prouocare, Imperator Iustinianus scribit: Si quis in quacunque lite iterum prouocauerit, non liceat ei tertiò B in eadem lite super eisdem capitulis prouocatione vti, vel sententias excellentissimorum Præfectorum prætorio retractare: licentia danda litigatoribus, arbitrio dato, ipsius audientiâ, qui eum dedit, ante litis contestationem inuocare, & huiusmodi petitione minimè prouocationis vim obtinente. Cùm autem in causa capitali vel status interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per seipsos appellantes C causam suam agere oportet. Vnde Hadrianus Papa ait:

Cap. 63.

Titul. 70.

Appellationem in causa capitali, vel status interpositam, per procuratorem exequi nõ licet.

SI quando in causa capitali vel causa status, interpellatum fuerit, nõ per exploratores, sed per seipsos est agendum. Tempus autem exequẽdæ appellationis annus est,

est, vel si iusta causa interceſſerit, bienniũ. A

Constitutione 50. Vnde in Authenticis Constitutione xj. collatione v. legitur.

De eodem.

EI qui appellat, impertitur annus: intra quẽ secundũ se cõmunitérve, litẽ exequatur: aut si iusta interceſſerit causa, alius annus indulgetur: quo transacto lite non completa, maneat sententia rata. Appellatore ceſſante, cùm vnus mensis supereſt ex biennio, licet victori ingredi, vt reus quæratur: quo siue inuento, siue non, suas B afferat allegationes, vt vel confirmetur, vel reſcindatur sententia: omni casu absentẽ in expensis condemnando. Neutro concurrente, poſt secundum annum fatalem permanet sententia. Constitutione ij. collatione iiij. Sed lis, quæ speratur in consistorium Principis inferri absque damno moræ, manet intacta, donec ipse faciat eã introduci, & à proceribus secundum morem dirimi. Si verò is, qui appellauit, pœnitentia ductus ab appellatione deſiſtere C voluerit, non prohibetur, sicut in septimo libro Codicis, titulo de appellationibus, Imperatores Arcadius & Honorius statuiſse leguntur. Si quis libellos appellationis ingeſſerit, sciat se habere licentiam & arbitrium ex pœnitentia commutãdi, & suos

Cõstitutione 93. Nouellarum.

Ti. 62. l. 25

libellos

A libellos recuperandi, ne iustæ pœnitudinis humanitas amputetur. Est autem, quãdo appellationem interponi non est necesse. In eodem nanque libro & eodem titulo, iidẽ Imperatores decreuerũt: Nominationes verò libellis vel edictis factæ, citra concilium publicum, non valent: à quibus nec appellare necesse est. Diffinitiua quoque sententia, quæ condemnationem vel absolutionem non continet, pro nulla habetur. Item sententia citra solitum ordinem iudiciorum à Præside prolata, autoritatem rei iudicatæ non obtinet. Item si sententia lata fuerit contra res prius iudicatas, à quibus prouocatũ non est, sententiæ autoritatem non obtinebit: & ideo appellare necesse non est. Item si sententia contra ius scriptum feratur: veluti dum defunctus, & minor xiiij. annis fuisse, & testamentum iure fecisse dicitur, nullas vires obtinet: nec contra eam est necessarium auxilium prouocationis. Si verò contra ius litigatoris sententia dicatur, veluti dum minor xiiij. annis, xiiij. annum impleuisse, ac per hoc testamentum iure fecisse pronũtiatur, ad prouocationis remedium oportet confugere. Item si plures iudices dati sunt, & vnus tantùm ex eis pronuntiasse proponitur, non videtur appellandi

B

C

L. 27.

1. pars.

pellandi necessitas fuisse, cùm sententia firmitatem iure non obtineat. Item cum certa ratione & fine certo iudices mulctare possunt. Si verò aliter contra statutum legis modum mulctam irrogauerint, quod contra ius gestum videtur, firmitatem nõ tenet, & sine appellatione potest rescindi. Vænales quoque sententias, quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpositæ prouocationis auxilium infirmas esse decretum est. Item si propter infirmitatem ætatis, ad honorem ad quem nominatus est, inhabilem te esse probaueris, prætermissa appellatione, iniqua nominatio remouebitur. Sunt etiam, quorum appellationes non recipiuntur. Non enim potest recipi eius appellatio qui per contumaciam absens, cùm ad agẽdam causam, negotio priùs summatim perscrutato, vocatus esset, condemnatus est. Nullus etiam homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium sceluscque confessus, audiatur appellans. Et hoc in notoriis. In occultis autem, si testibus productis, instrumẽtis prolatis, aliisque argumentis præstitis sententia cõtra

Ex libr. 7. Codicis, titu. 65. quorum appellationes nõ recipiuntur.

A

B

C

eum

A eum lata ſit,& ipſe, qui condemnatus eſt, aut minimè voce ſua confeſſus eſt, aut formidine tormentorum territus, aliquid cõtra ſe dixerit, prouocandi licentia ei nõ denegatur. Nulli quoque officialium à ſentẽtia proprij iudicis prouocatio tribuatur: niſi in eo tantùm negotio, quod ipſe ciuili ratione ſuper patrimonio fortè apud proprium iudicẽ inchoauerit. Quotiens etiã fiſcalis calculi ſatisfactio poſtulatur, aut tributum expoſcitur, aut publici aut priua
B ti debiti euidentis atque conuicti redhibitio flagitatur, appellatione excluſa neceſſariò in contumacem vigor iudiciarius exercetur. Ab executore ſententiæ appellari nõ poteſt: niſi fortè executor ſententiæ modũ iudicationis excedat. Si quis etiam auſus fuerit prouocare, ne voluntas defuncti teſtamento ſcriptura referetur, vel ne hi, quos ſcriptos patuerit hæredes, in poſſeſſionem mittantur, & is cuius de ea re no-
C tio erit, appellationem receperit: & iudex, qui tam ignauam conniuentiam adhibuerit, & litigator, qui tam importunè appellauerit, xx. libris argenti mulctentur. De poſſeſsione etiam, & eius momento, ſi cauſa dicatur, quæ ſententia interlocutoria appellatur: quamuis prouocatio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortiatur effe-

ctum. Quandoquevnã & eãdem plures simul reportant condẽnationẽ: nec diuersitas factorum separationem accipiet: quo casu si omnes appellauerint, & vno ex his agente, eorum appellatio iusta pronuntiata fuerit, emolumentum victoriæ etiã ad alios pertinebit. Si autem vnus tantùm appellauit, eiusque appellatio iusta pronuntiata est, ei quoque prodest, qui non appellauit. Quòd si ætatis auxilio vnus contra sententiam restitutionem impetrauerit, maiori, qui suo iure nõ appellauit, hoc rescriptum non prodest. Iudicibus autem non solùm suscipiendæ appellationis necessitas videtur imposita: verũ etiã xxx. dierum spatia ex die sententiæ diffinita sunt, intra quæ gesta vnà cũ relatione litigatoribus conuenit præstari. Similiter arbiter appellationẽ suscipere, & relationẽ dare cõpellitur, si delegatus fuerit. Litigatoribus verò copia est, etiã sine scriptis libellis illico voce appellare, cũ res iudicata posit fuerit, tam in ciuilibus, quã in criminalibus causis. Ab eo autẽ, qui de appellatione cognoscit nõ potest fieri recursus ad iudicẽ, à quo fuerit prouocatũ. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam sibi occasionẽ atque excluſam pœnitus intelligant: cũ super omni causa interposi

A B C

A terpositã prouocationẽ, vel iniustã tantũ li ceat pronuntiare, vel iustã. Hęc omnia in vij. li. Co. inuenies à ti. de appellationibus, vsq; ad tit. ne liceat in vna eadẽque causa.

QVAESTIO VII.

An laici, vel quilibet inferiorum ordinum, in accusatione maiorum sint audiendi.

B QVOD verò laici in accusatione Episcoporũ non sint audiendi, Euaristus Papa testatur dicẽs: *Laici in Episcoporum accusatione non sunt recipiendi.* *Epist. 2*

NOn est à plebe, aut à vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus, licet sit inordinatus: quia pro meritis subditorum disponitur à Deo vita rectorum. Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissimè solet conuertere in malum, & in electis ponere maculam. Item *In epilogo cõci. Rom.*

C Sylvester Papa:
Laicus clericum non accuset.

NVllus laicus audeat clerico crimen inferre. Item Marcellinus Papa: *Marcellinus, epist. 2.*

De eodem.

LAico non liceat quemlibet clericum accusare. Item Iulius Papa: *Iulius 1. c. 56. Decretorum.*

Anathematizatus sacerdotes accusare nõ potest.

IN sancta Nicena synodo statutũ est, vt nemo anathematizatus in nostrã susci-piatur accusationẽ: nec illi, qui nos in suã nolunt recipere accusationẽ, cũ nos super illos sciamus à domino constitutos, nõ illos super nos, & sicut maior nõ potest à minore iudicari, ita nec obligari: quia rarum est omne, quod magnũ est. Portemus onera omnium, qui grauantur. Quinimo hæc portat in nobis Beatus Petrus Apostolus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio, nunc & in perpetuum ab omnibus tueamur aduersis. Item Eusebius.

Euseb. epistola 1. ad Episcopos Gallia.

De eodem.

LAicos non accusasse Episcopos hactenus obseruatum, & constitutũ est: quia non sunt eiusdem conuersationis, & oppidò eis quidam infesti existunt: quippe cùm vita eorũ & cõuersatio debeat esse secreta, & à laicorum actibus remota, nec ab eis impeti debent etiam, qui eorum castitatem & grauitatem nolunt imitari: maximè cùm eos nolunt recipere in suis accusationibus. Item Fabianus Papa:

Fab. epi. 2. ad Episco. Orientales.

Nec clerici in accusatione laicorum, nec laici in accusatione clericorum, sunt suscipiendi.

SIcut sacerdotes, vel reliqui clerici à secularium laicorum excluduntur accusatione

A satione: ita illi ab istorum sunt excludendi & alienandi criminatione: & sicut illi ab istis, ita & isti ab illis nõ recipiuntur: quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum cõuersatione, ita & litigatio: quia seruum Dei nõ oportet litigare, sed mitem esse ad omnes.

Item ex concilio Maguntino.

DEcretum est, vt Presbyteri suos plebeios & accusare, & attestimoniare possint. Si autem neglexerint, sui gradus
B periculo subiacebunt. Item Clemens: *Cle. ep. 1. ad Iacobum.*

Laici clericos accusare non debent.

SAcerdotes, & reliqui sacræ ecclesiæ ministri omnesq; plebes, Episcopos suos diligere debent, & eorũ pręceptis obedire, etiamsi ipsi aliter (quod absit) quã debent, agant: nisi in fide errauerint. Item: *Idem Cle. epist 2. ad eundẽ Iac.*

De eodem.

QValis condemnatio eis immineat, qui in patres peccant, diuina scriptu
C ra ostẽdit dicẽs: Si enim Cham, quia non operuit pudenda patris, maledictus est: *Gene. 9. a*
multò ampliori cõdemnationi digni sunt qui patribus legatione Dei fungentibus cõ tumeliã inferunt. Personæ inferiorũ ordinum in superiorum accusationem recipiendæ non sunt. Vnde Syluester Papa, *In epilogo cõ. Roma.*

Minores non debent accusare maiores.

CLericus aduersus Exorcistã, exorcista aduersus Acolytum, acolytus aduersus Subdiaconum, Subdiaconus aduersus Diaconum, Diaconus aduersus Presbyterum, Presbyter aduersus Episcopũ accusationem dare, aut testimonium ferre non valet. Item Zepherinus Papa: A

Zephe. epi. 1. ad Episc. Sicilia.

De eodem.

Anacle. epist. 3.

MAiorum quispiam, minorum accusationibus non impetatur. Item Anacletus Papa:

De eodem. B

Gene. 9. d

SEntentia Cham filij Noë damnantur, qui suorum Doctorum vel Præpositorum culpam produnt: ceu Cham, qui verenda patris nõ operuit, sed irridenda mõstrauit. Item Eusebius Papa:

Epist. 2. ad Episc. Alexandria.

Oues pastorem suum (nisi à fide exorbitauerit) non debent accusare.

OVes, quæ suo pastori cõmisse sunt, eũ nec reprehendere, nisi à fide exorbitauerit, nec vllatenus accusare possunt: quia facta pastorũ oris gladio ferienda nõ sunt, quanquàm reprehendenda rectè videãtur. C His autoritatibus probatur ꝙ subditi, siue sint laici, siue clerici, Prælatos suos accusare nõ possunt. Verũ id de criminosis & de infamibus intelligendũ est, qui vitã suorũ Prælatorum parati sunt reprehendere, nõ imitari:

A imitari: quod ex verbis Anacleti datur intelligi, qui ait: *Ex epist. 2. Anacle.*

Quare laici in accusatione Episcoporum non audiantur.

LAici in accusatione Episcoporum audiẽdi nõ sunt: quia oppidò eis quidam infesti sunt: & indignũ est, vt ab eis accusentur, q eorũ grauitatẽ nolũt imitari. Idẽ: *Idem Anacle. 6 pist. 2. ad Episcopos Italia.*

Sacerdotes, non nisi à viris idoneis & probatis, accusari possunt.

B ACcusatio quoq; eorum, super qua nos cõsulere voluisti, non nisi ab idoneis & probatissimis viris, q suspicionibus & sceleribus carẽt, fieri debet: quia & Dominus sacri corporis sui tractatores à vilibus, ac reprobis & nõ idoneis personis infamari noluit, nec calũniari: sed ipse proprio flagello peccãtes sacerdotes, à templo *Ioan. 2. c* eiecit. Vnde liquet, q summi sacerdotes, id est Episcopi, à Deo sunt iudicãdi, nõ ab humanis aut prauę vitę hominibus lacerãdi: sed potius ab omnibus fidelibus portan
C di: ipso Domino exemplũ dãte, quãdo per seipsum, & nõ per aliũ, vendẽtes & emẽtes eiecit de tẽplo sacerdotes. Nullus enim (vt reor) inuenitur inter illos, qui velit seruũ suũ ab alio, quàm à se iudicari: quod si præsumptũ fuerit, aut multa indignatione ipse irascitur: aut potius vindictã q̃rit sup eũ.

Zach.2.c Vnde & dominus ait per Prophetam: Qui vos tangit, me tangit: & tangit pupillam oculi mei. Et paulò pòst: Si detractores quoruncunque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt: multò magis laceratores & detractores atque accusatores famulorum Dei damnantur, & in barathrum (nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint pœnitentiam) indubitanter cadunt, & vindicibus flammis exuruntur. Hæc & alia periculosa considerantes Apostoli, constituerũt, ne facilè commouerentur, aut lacerarẽtur, vel accusarentur columnæ sanctæ ecclesię Dei: quæ Apostoli, & successores eorum, non immeritò dicuntur. Sed si quis aduersus eos, vel ecclesias eorum, commotus fuerit, aut causam habuerit, prius ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio ea sanent cõmoniti, quę sanãda sunt, & charitatiuè emendent, quæ iustè emendanda cognouerint. Si autem aliqui eos priùs quàm hoc egerint, lacerare, accusare, vel infestare præsumpserint, excommunicẽtur: & minimè absoluãtur, antequam per satisfactionem (vt iam dictum est) condignam pœnitẽtiam egerint: quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur. Item Alexander:

A B C

Epist.1.

Comm

A *Communione priuetur, qui priuatim aduersus Episcopum conqueritur priùs quàm familiariter eum conueniat.*

SI quis erga Episcopum, vel actores ecclesiæ, quamlibet querelam iustam se habere crediderit, non priùs Primates, aut alios adeat iudices, quàm ipsos, à quibus se læsum existimat, familiariter cõueniat, nõ semel, sed sæpissimè, vt ab eis aut suã iustitiam accipiat, aut excusationẽ. Si autem secus egerit, ab ipsis, aut ab aliis cõmunione
B priuetur, tanquam Apostolorum, patrũq; aliorum contẽptor. Item Euaristus Papa. *Euaristus epist. 2.*

Nisi opinione discussa, non audiantur accusatores Episcoporum.

SI qui sunt vituperatores aut accusatores Episcopum, vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos à iudicibus ecclesiæ audiri, antequã eorum discutiatur existimationis suspicio vel opinio, qua intention, qua fide, qua temeritate, qua vita,
C qua cõscientia, quóve merito: si pro Deo, aut pro vana gloria, aut pro inimicitia, vel odio, aut cupiditate ista præsumpserint.

Item Callistus Papa: *Epist. 2. ad Episc. Gallia.*

Maiores natu non accusent, nisi qui sint rectæ fidei & conuersationis.

QVærendum est in iudicio, cuius sit conuersationis & fidei, & is qui ac-

cusat,& is qui accusatur: quoniam hi, qui non sunt rectæ fidei ac conuersationis, & quorum vita est culpabilis, & quorum vita fides & libertas nescitur, non permittuntur maiores natu accusare: neque viles personæ in eorum recipiuntur accusatione. A

Epist.2.ad Episco. Hispa. Item Sixtus Papa:

Absque duobus vel tribus testibus non recipiantur Episcoporum accusationes.

Fxo.13. 1.Tim.5. ACcusatio Episcoporum non est facilè recipienda, dicente domino: Non accipias vocem mendacij. Et Apostolus B inquit, aduersus Presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de Presbyteris, vel cæteris fidelibus sunt præcauenda, *Cap.1.* quantò magis de Episcopis? Item ex conci. Aurelianensi.

Pro sola conuentione Episcopi non submoueatur aliquis à communione.

SI quis ab Episcopo, vel ab ecclesia, vel de proprio iure crediderit aliquid repe C tendum, si nihil conuicij, aut criminationis obiecerit, eum pro sola conuentione à communione ecclesiæ non liceat submo- *Epist.2.* ueri. Item Euaristus Papa:

Quare subditi Prælatos suos reprehẽdere non possunt.

SVnt nõnulli, qui Præpositos suos per-

uersè

uersè reprehẽdunt, ſi vel parum ipſis mole
ſti extiterint. Ex his omnibus datur intel
igi, quòd illi ab accuſatione remouentur,
qui nõ affectione charitatis, ſed prauitate
ũæ actionis, vitam eorum diffamare & re
prehendere quærunt. Quòd verò prẽmiſ
ſis autoritatibus criminoſi prohibeantur
ab accuſatione Prælatorum, teſtatur Au-
guſtinus in libro Soliloquiorũ, ita dicens:

Non omnes ſubditi, ſed criminoſi tantùm, pro hibentur accuſare Prælatos.

PRæſumunt Prælati non debere ſe re-
prehendi vel accuſari, pro eo q̃ Cano-
nes nõ eos paſsim cõſtituunt accuſandos,
quod tãtùm negatur ſolis criminoſis: cùm
de reprehẽdendo Veritas ipſa cõſtituat: Si *Ioan. 18. d*
malè locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de
malo, &c. Opponit̃ huic diſtinctioni: Ipſi
ſacri Canones diſtinguunt, in quo caſu pa-
ſtores ſint accuſandi à ſubditis, dicentes:
Oues paſtores ſuos nõ accuſent, nec repre-
hendant, niſi à fide exorbitauerint. Ecce in
quo caſu ſunt accuſandi à ſubditis: in aliis
autẽ minimè. Huic oppoſitioni reſpõdet̃ *3. pars.*
ſic: Diſtinctio illa Canonũ, de criminoſis
& infamibus intelligit̃. Oues enim crimi-
noſæ & infames, paſtorẽ ſuũ accuſare vel
reprehẽdere non poſſunt, niſi à fide exorbi
tauerit. Cæterũ ſi à fide exorbitauerit, tãta

eſt

est labes huius criminis, quòd ad eius accu A
sationem & serui aduersus dominũ, & qui
libet criminosi, & infames, aduersus quẽ-
Diony. epistola 2. ad Seuerum Episcopũ. libet admittãtur. Vnde Dionysius Papa.

Infames & hæretici homines bonæ famæ accusare non possunt.

ALieni erroris socium, vel à sui volun
tariè propositi tramite recedentem,
aut sacris patrum regulis & constitutioni-
bus non obedientem, suscipere non possu-
mus, nec debemus: nec impetere rectè cre-
dentes, vel sanctorum patrum sanctioni- B
bus obtemperantes, permittimus: quia in-
fames omnes esse censemus, qui suam fidẽ
aut Christianam legem prẹuaricantur, aut
Apostolicam aut regularem libenter post-
Cap. 63. ponunt autoritatem. Item ex concilio
Toletano iiij.

Christianos accusare vel in eos testificari non possunt, qui fidem acceptam deseruerunt.

NOn potest erga homines esse fidelis,
qui Deo extiterit infidelis. Iudæi er-
go, qui dudum Christiani effecti sunt, & C
in Christi fide prẹuaricati sunt, ad testimo
nium dicendum admitti non debent, quã-
uis se esse Christianos annuntient: quia si-
cut in fide Christi suspecti sunt, ita in testi
monio humano dubij habentur. Infirma-
ri oportet eorum testimonium, qui in fide

falli

ſalli docentur: nec eis eſt credendum, qui veritatis à ſe fidē abiecerunt. Item Caius Papa Felici Chorepiſcopo: *Caius pap. Felici Epi.*

Hæretici, Iudæi, vel Pagani Chriſtianos accuſare non poſſunt.

PAgani, vel hæretici, ſiue Iudæi non poſſunt Chriſtianos accuſare, aut vllam infamationis eis inferre. In hoc cap. decernitur, vt hæretici non impetant rectè credentes. Vnde econtrà intelligitur, quòd hæretici ab hæreticis impeti poſſunt. Item à tramite ſui propoſiti voluntariè recedentes, non poſſunt impetere ſeruantes limitem ſuæ profeſsionis. Ex hoc datur intelligi, quòd recedentes à ſuo propoſito, ſimiliter recedentes criminari poſſunt. Item non obediētes ſanctionibus ſanctorum patrum, non poſſunt accuſare obtemperantes ſacris conſtitutionibus. In quo ſimiliter intelligitur, quòd inobedientes accuſare licet. Vnde generaliter colligitur, quòd in accuſatione æqualitas fidei & conuerſationis inter accuſantem & accuſatum ſemper conſideranda eſt: vt is qui accuſat, vel par vel ſuperior inueniatur. Item Nouell. conſtitut. *Iuo Carno li. 5. refert de cauſis & negot. laicorum.*

Hæreticus hæreticum accuſare, & contra eum teſtificari poteſt.

Si hæ

SI hæreticus contra hæreticum litiget, A
cuique eorum hæreticum testem adducere licet. Si autem orthodoxus contra hęreticum litiget, pro orthodoxo quidem hęretici testimonium valeat, contra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat. Item: Orthodoxis autem litigantibus, ad testimonium nulli hæretico pateat aditus. Sed quæritur, si flagitiosissimus catholicus possit conuenire hæreticum de alio crimine, quàm de hæresi? Huic quæ- B
stioni ita respondetur: in quo hæreticus inferior est, videlicet in regula fidei, in eo à malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit, videlicet in conuersatione vitæ, in eo à flagitiosissimo conueniri non potest. Item quod dicitur, pastores pro suis actibus magis sunt tolerandi, quã corrigẽdi, dupliciter intelligitur: vel quia à criminosis tolerandi sunt, & non corrigẽdi. vnde ibi subinfertur: quia sæpe pro meritis subditorum deprauatur vita rectorũ. C
Quorum ergo merito, Deo permittente, vita rectorũ deprauatur, ab eis potius sunt tolerandi, quàm corrigendi. Vel quia sunt quidam, qui sæpe deseruntur à publicis do-
Hom. 50 cumentis, & crimen, quod intendunt, probare non valent. De quibus in Homilia de pœnitentia Augustinus ait:

Qua

A *Quæ publicis documentis probari non possunt, toleranda sunt.*

PLerunque * boni viri propterea suffe- * al. pleri
runt aliorum peccata, & tacent, quia que.
sæpe deseruntur à publicis documẽtis, qui
bus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus probare
non possunt. De his etiam illud Anacle- 4. pars.
ti intelligitur: Sentẽtia Cham filij Noë dã Gene. 9. d
nantur, qui suorum Doctorum vel Præpo
sitorum culpam produnt: ceu Cham, qui
patris pudenda non operuit, sed ridenda
B mõstrauit. Hac enim autoritate subditi nõ
prohibẽtur ab accusatione, sed à proditio-
ne. Aliud est enim prodere, aliud accusare.
Prodit, qui non probanda defert: accusat,
qui reo prẽsente crimen iudici offert, pro-
baturus quod intendit. Cham solus vidit
pudenda patris: & ideo per eum intelligun
tur, qui cùm soli sunt conscij criminum
suorum Prælatorum, atque ideo accusare
non possunt: vitam tamen eorum infamã-
do, aliis ridendã offerunt. Item obiicitur,
C quòd subditi etiam religiosi, Prẽlatos suos
accusare nõ possunt. Legitur enim in Exo- Exo. 15. c
do, quòd Maria soror Aaron, quæ prima
post transitum maris rubri sumpto tympa
no hymnum cãtare meruit, postea murmu
rãs in Moysen, eo ꝙ Aethiopissam duxe-
rat in vxorẽ, à Domino lepra percussa est. Num. 12. A

Item

1. Regum 24.a Item in lib. Regum legitur, quòd cùm Dauid fugeret à facie Saul, latuit in ſpelunca, in qua cùm Saul diuertiſſet ad purgãdum ventrem, Dauid præſcidit oram chlamydis eius: quod ſe feciſſe poſtea grauiter doluit, & vehementer pœnituit. Saul à domino erat reprobatus, & ex inuidia Dauid perſequebatur, vt eum morti traderet. Dauid erat vir humilis & mitis, Sauli à domino ſubſtitutus, per Samuelem vnctus in regem: ſed tamen quia præcidit oram chlamydis Saulis, grauiter fleuit: cùm à Saule ſola adminiſtratione vnctionis ſepararetur. Vnde datur intelligi, quòd ſubditi quãuis religioſi ſint, Prælatos ſuos criminoſos accuſare nõ poſſunt. Nam per Saulem, qui ventrem purgabat, Prælati intelliguntur, qui malitiam corde cõceptam, in opus producunt. Item legitur in lib. Regũ, quòd cùm arca domini reduceretur de Gabaa in Hieruſalem, à bobus recalcitrantibus arca inclinata eſt: cui dum Oza Leuita manum adhiberet, vt eam erigeret, à Domino percuſſus interiit. Per arcam Prælati intelliguntur: per Ozam ſubditi: per inclinationem arcæ, caſus intelliguntur Prælatorũ: per illum, qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes vel accuſantes vitam Doctorũ, qui à domino percuſſi intereũt.

2. Reg. 18. & 19.

1. Reg. 24.

2. Reg. 6. a

A B C

His

A His respondetur: verùm est per arcam significari Prælatos, & per Ozam subditos. Illud verò falsum est quòd per inclinationem arcæ, casus significetur Prælatorum. Aliud est enim inclinari vel descendere, aliud cadere. Legitur enim, quòd Saluator noster se inclinauerit, sicut quando digito scribebat in terra, & de montibus frequenter descenderit, in quos ascendebat, vt vel pernoctaret in oratione, vel vt discipulos in monte altiora doceret præcepta, vel vt B turbas fugiens, ex altitudine mõtis eas respicere, & liberè posset docere. Inclinatio vel descensio humilitatem significat, qua spirituales nonnunquam carnalibus condescendũt, vt eorum infirmitati compatiantur, iuxta illud Apostoli, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Hos etiam significauerunt angeli, quos Iacob vidit in scala descendentes. De his per Prophetam dicitur: Inclinauit cælos & descendit. Per arcam C ergo inclinatam intelliguntur Prelati, qui subditorum culpam misericorditer portant, & eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Vnde bene dicitur, quòd bobus recalcitrantibus arca inclinata est. Boues quippe recalcitrantes, subditos significant suis Doctoribus non obedientes: quibus dum Prælati compatiuntur, quasi bobus

Ioann.8.A

2.Co.11.g

Genes.28.c.

Psalm.17

recalcitrãtibus, arca inclinatur. Leuita, qui manũ adhibuit, significat illos, qui miseri cordiæ compassionem in Prælatis suis reprehendunt, eosque in seueritatis amaritudinem erigere volunt. Vnde bene Leuita iste Oza dicitur. Oza quippe robustus dicitur. Illi enim robusti dicuntur, qui cùm de sua iustitia præsumunt, misericordiam peccantibus negandam putant, & impendentes reprehendunt. Vnde à Domino per
Iaco. 2.d cussi intereunt: quia iudicium sine misericordia erit illis, qui nolunt facere misericordiam delinquentibus. Cui per Salomo-
Eccl. 7.c nem dicitur: Noli esse nimis iustus: quia est nimis iustus, qui perit in iustitia sua. Sic & Moysi illud intelligitur. Per Moysen enim Prælati intelligũtur: per Aethiopissam vxorem, peccatores intelligũtur. Moyses Aethiopissam vxorem ducit, cùm quilibet prædicator peccatorem sibi copulat, vt ex eo sobolem bonorum operũ Deo gignere valeat. Hanc copulam dum Maria, id est, subditi reprehendunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam, synagoga intelligitur, quæ in Moysen, id est, in Christum murmurauit: quia Aethiopissam, id est, ecclesiam de gentibus sibi copulauit: quos lepra perfidię & erroris sordidos fecit. Non ergo his autoritatibus subditi prohibentur

ab

accuſatione ſuorum Prælatorũ :ſed mo
ntur ne reprehendant miſericordem cõ-
ſsionem eorum. Item per Saulem Præla
ĩ intelliguntur, & per Dauid ſubditi.
ul purgans ventrem, eos ſignificat, qui
alitiam corde cõceptã, forãs in opus pro
cunt. Sed in pręciſione chlamydis non ſi
ificatur niſi reprehẽſio peccati. Per chla
ydem enim Regis *poteſtas intelligitur. * regni.
anc præcidit, qui Prælatum ſententia
mnationis ferit : quod nulli ſubdito-
licet. Facta enim paſtoris, oris gladio, id
ſententia dãnationis, à ſubditis feriẽda
on ſunt. Hinc eſt, quod Hieronymus, ait
per Marcũ, de Pontifice, qui ſcidit veſti-
ẽta ſua. Sciſsio veſtis ſciſsionẽ ſignificat
cerdotij: quod in proximo erat ſcinden-
ĩ, & auferendum Iudæis. Vel per Dauid
gnificantur, qui nequitiã ſuorũ Prælato-
m videntes, maiora eorum peccata con-
mnũt, minima verò, & leuia, quaſi extre
ã oram chlamydis pręcidentes reprehen
ere & lacerare ſatagunt. Vel quia Saul ſo-
s diuertit in ſpeluncam, in qua Dauid ſo
s latebat. Itẽ ſuper hoc poteſt intelligi, ꝙ
e Cham dictum eſt, qui ſolus vidit puden Gene. 9. d
a patris, quæ non cooperuit, ſed ridenda
nõſtrauit. Hac itaque autoritate nõ inhibe
ur ſubditis accuſare prælatos, ſi accuſabi-

les fuerint. Item probatur, quòd subditi A
Prælatos suos accusare non possunt, etiam
si religiosi fuerint. Infames enim sunt eo
ipso, quòd suorum Doctorum vitam repre
hendere conantur. Infames enim fiunt (vt
Canonum tradit autoritas) omnes, qui in
patres armantur, & qui Doctorum suorũ
vitam reprehendunt, vel accusant. Nullus
autem infamis in accusatione Prælatorum
est audiendus, nisi fortè à fide exorbitaue-
rit, vt suprà dictum est. Cũ ergo subditi eo
ipso, quòd in accusationem Prælatorum B
prosiliunt, infames efficiuntur: infamibus
autem copia accusandi denegatur: patet, ꝙ
subditi Prælatos suos accusare nõ possunt.

His ita respondetur: Non omnes Præla
ti pro Prælatis habentur. Nomen enim nõ
Epist. 1 libri 7 facit Episcopum, sed vita. Vnde Grego
rius Ianuario Episcopo scribit:

Quem ætas non vita seniorem facit, grauiter est increpandus.

1. Tim. 5. a PAulus dicit: Seniorem nec increpaue- C
ris. Sed hæc eius regula tunc est obser-
uanda, cùm culpa senioris suo exemplo nõ
trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi
autem senior iuuenibus exemplum ad inte
ritum præbet, ibi districta increpatione se
Ysa. 42. d riendus est. Nam scriptum est: Laqueus iu-
Esa. 65. d uenum omnes vos. Et rursus: Maledictus

puer

ier centum annorum. Item Hieronymus ad Heliodorum: *De laude vita ſolitaria, to. 1.*

Dignitas non facit Epiſcopum, ſed vita.

NOn omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi. Attendis Petrum: ſed & Iudam conſiera. Stephanum ſuſpicis: ſed Nicolaũ reſce. Non facit eccleſiaſtica dignitas Chriianum. Cornelius Centurio, adhuc Ethni *Actu. 10* as, dono Sancti ſpiritus mundatur. Preſ- *Dan. 13.e* yteros Daniel puer iudicat. Non eſt faci *Ibidẽ paulò inferius.* ,ſtare loco Pauli, tenere gradum Petri, *Luc. 14.g* m cũ Chriſto regnãtium. Infatuatũ ſald nihilum prodeſt, niſi vt proiiciatur foas, & à porcis conculcetur. Vnde Augu tinus Homilia ſeptima.

Non epiſcopi nomen, ſed vita reuerentiam me etur.

NOn omnis, qui dicit, Pax vobis, quaſi columba eſt audiendus. Corui de mor e paſcuntur. Hoc columba non habet: imò le fructibus terræ viuit: innocẽs eſt victus ius. Item Beda in ſecũda epiſtola Petri. *Beda ad ca. 2. Epiſt. 2. Petri.*

Docti ab indoctis, clerici à laicis quandoque meritò reprehenduntur.

SEcuti ſunt viam Balaam ex Bozor, qui *2. Pet. 2.c* mercedem iniquitatis amauit: corre- *Nu. 22.g* ptionem verò habuit ſuæ veſanię ſubiugale mutum: quod hominis voce loquens prohibuit Prophetæ inſipientiam. Ple-

runque hæretici tam stulta dogmata, tam execranda proferunt sacramenta, vt etiam hebetum sensus Paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodo carent, illorum detestentur insaniam: & illorum distorta & Deo contraria itinera, sanius sapiendo redarguant. Et (quod peius est) non nunquam multi catholicorum intantum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, clerici à laicis meritò redar
Num. 22. guantur: qui iure comparantur Prophetę, qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur: nec tamen à proposito praui itineris retardatur. Quibus etiam apertissimè nomen congruit ciuitatis, de qua Balaam venisse perhibetur. Bozor nanque carneus, siue in tribulatione positus, interpretatur. Neque enim alia magis causa luxuriosis existit verbum veritatis amore pecuniæ, vel desideriorũ temporalium adulterare, quàm quia carnis se concupiscentiis mancipauerunt. Sed & nomen ipsius Balaam, qui vanus populus, siue præcipitans eos, interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam veritatis viam sponte deserũt, quid nisi vanus populus sunt? Qui etiam in præcipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria quę corrigant, sed quæ illos delectant erronea prædicãt.

A B C

De

e quibus apertè ſubditur: Hi ſunt fontes
ne aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ:
ous caligo tenebrarũ reſeruatur. Quia
go non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi,
resbyteri a Daniele puero iudicantur: ſal *Dan.13.e*
fatuatum à porcis conculcatur: & qui di *Matt.10.b*
t, pax vobis, plerunque non columbi, ſed
ruus reputatur: patet quòd non ſemper
o officio vel autoritate perſonæ ab accu
tione eſt ceſſandum: imò contra prauos
t agendum, cùm omnis perſona crimina
er peccans alteretur: & (vt ita dicam) ca
te minor legibus cenſeatur. Qui enim fa *Ioan.8.d*
t peccatum, ſeruus eſt peccati, tam in pœ
a, quàm in culpa. Vnde Auguſtinus ait:
Qui ſuſceptum officium non adminiſtrat, nõ eſt
piſcopus, ſed canis impudicus.

QVi nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filio
um crimen correxit, canis impudicus di-
endus eſt, magis quàm epiſcopus. Qui-
us ergo Hieronymus, Auguſtinus, Gre-
orius, auferunt nomen columbæ, Epiſco
i, ſenioris, nónne & priuilegium eſt aufe-
ẽdũ dignitatis, vt poſsint à ſubditis repre
endi? Vnde ſcriptura diſsimulãs priuile-
iũ prauæ ſenectutis, ait: Maledictus, nõ ſe *Eſa.65.d*
ior, ſed puer centum annorũ. Apparet er-
o, q hi ex accuſatione Prælatorũ infames

fiunt, qui eorum vitam reprehendere & la A
cerare conantur, qui locum ſui regiminis
non nomine tantùm, ſed vita & moribus
tenent. Alij autem potius laudabiles fiunt
ex accuſatione Prælatorum ſuorum, quàm
infames. Item quod dicitur, Maiorũ quiſ-
piam minorum accuſationibus non impe-
tatur: minores intelligendi ſunt, non digni
Hieron. ad c. 2. epiſ. ad Galat. tate, ſed vita. Vnde Hieronymus ait de
Paulo ſuper epiſtolam ad Galatas:

Maiores & minores non dignitate, ſed vita, B
intelligi oportet.

PAulus Petrum reprehendit, quòd non
auderet, niſi ſe non imparem ſciret.
Hoc non de officio eccleſiaſticæ digni-
tatis, ſed de puritate vitæ, & ſanctitate cõ-
uerſationis intelligitur. Solus enim Petrus
inter Apoſtolos primatũ gerebat. Hinc
Auguſtinus ait ad Hieronymum:

Non Epiſcopi nomen, ſed vita, maiorem facit.

QVanquam ſecundum vocabula, quæ
vſus obtinuit, Epiſcopatus ſit preſ- C
byterio maior, Auguſtinus tamen Hiero-
Augu. c. 1. lib. 2. de baptiſmo, contra Donatiſtas. nymo minor eſt. Idem libro ſecundo, de
vnico baptiſmo.

Epiſcopi licet pares ſint meritis, gradu tamen differunt dignitatis.

PVto, quòd ſine vlla ſui contumelia Cy
prianus Epiſcopus Petro Apoſtolo cõ

parat

aratur, quantum attinet ad martyrij co-
onam. Cęterùm magis vereri debeo, ne in
Petrum cõtumelioſus exiſtam. Quis enim
neſcit illum Apoſtolatus principatum, cui
libet Epiſcopatui pręferendum? Sed etſi di
ſtat cathedrarum gratia, vna tamẽ eſt mar
tyrum gloria. Item cùm Petrus à Paulo po
ſteriore corrigatur, & pacis atque vnitatis
vinculo cuſtodito ad martyrium promo-
uetur: quantò faciliùs & fortiùs, quod per
vniuerſæ eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, vel
vnius Epiſcopi autoritati, vel vnius pro-
uinciæ concilio, præferendũ eſt? Idem:

Ibidẽ paulò inferius.

Non in honore, ſed in veritate, filius æquatur, vel præponitur patri.

QVeritur pater de malo filio: queritur
filius de duro patre: ſeruamus hono-
rificentiam patri, quæ debetur à filio. Non
æquamus filium patri in honore: ſed præ-
ponimus filium patri in veritate: & ſic tri-
buimus honorem debitum, vt non perdat
æquitas meritum. Item Ambroſius.

Ambr. ſer. 66. de natali Petri & Pauli.

Aequales fuerunt meritis, licet gradu differẽtes, Petrus & Paulus.

BEati Petrus & Paulus eminent inter
vniuerſos Apoſtolos, & ſpeciali qua-
dam pręrogatiua præcellunt: verùm inter
ipſos quis cui præponatur, incertũ eſt. Pu-
to enim illos ęquales eſſe meritis, qui ęqua

les sunt passione: & simili eos fidei deuotio A
ne vixisse, quos simul videmus ad martyrij
gloriã peruenisse. Nõ enim sine causa factũ
putamus, ꝙ vna die passi sunt, vno loco,
sub vno persecutore. Vna die, vt ad Chri-
stũ pariter peruenirẽt. In vno loco, ne alte-
ri Roma deesset. Sub vno persecutore, vt
æqualis crudelitas vtrosque cõstringeret.
Dies ergo pro merito, locus pro gloria, per
secutor decretus est pro virtute. Et in quo
loco iidẽ tãdẽ martyriũ pertulerũt? in vrbe B
Roma quę principatũ & caput obtinet na-
tionũ. s. vt vbi erat caput superstitionis, il-
lic caput qescceret sanctitatis: vt vbi gẽtiliũ
principes habitabãt, illic eccleſiarũ princi-
5 pars. pes morentur. Itẽ pœnitentes, digami, sa-
cerdotes accusare nõ possunt. Vnde genera
liter colligitur, ꝙ quicũque sacerdotes nõ
sunt, vel ẽsse sacerdotes non possunt, in sa-
cerdotes accusationẽ vel testificationẽ pro
Fab. Pap. epist. 2. ad Episcopos Orien. ferre non possunt. Vnde Fabianus ait:
Qui sacerdotes esse non possunt, sacerdotes ac- C
cusare non valent.

IPsi Apostoli, & eorũ successores, statue-
runt, vt sacerdotes Domini nõ accusent,
nec in eos testificentur, qui sui ordinis non
Epist. 3. ad Stephanũ Archiepi-scopum. sunt, nec esse possunt. Itẽ Damasius Papa
Sacerdotes accusare, vel in eos testificari, non va
lent, qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

Te

TEſtes abſque vlla infamia, aut ſuſpicione, vel manifeſta macula, & veræ fidei plenitudine inſtructi eſſe debẽt, & tales, quales ad ſacerdotiũ eligi diuina iubet autoritas. Quoniam (vt antiquorũ tradit autoritas) ſacerdotes criminari non poſſunt, neque in eos teſtificari, qui ad eundẽ non debẽt, nec poſſunt prouehi honorem. Sic & illud Syluestri intelligitur: Laicus non accuſet clericum, &c. Id eſt, qui in inferiori gradu conſtituti, ad ſuperiorem aſcendere non poſſunt, in ſuperioribus agentes accuſare non debent. Ecce oſtenſum eſt quid reſpondeatur autoritatibus & argumentis, quibus ſubditi ab accuſatione Prælatorum videbantur repellendi. Nunc demonſtrandum eſt, quibus rationibus probentur recipiendi, & quid contrà reſpondetur à Prælatis. Chriſtus, qui erat paſtor paſtorũ, ouibus ſuis, de quibus ait: Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierũt, domus Iſraël, &c. inter opprobria & verba, quę ab eis patiebatur, ait: Si ma lè locutus ſum, teſtimoniũ perhibe de ma lo, &c. Item, Quis ex vobis arguet me de peccato? At quicunque ad teſtificandũ in aliquem, vel ad arguendum admittuntur, ad eundem accuſandum admitti poſſunt. Cùm ergo oues, vt aduerſus paſtorem ſuum

In principio huius quæſtionis.

Mat. 15.

Ioan. 18.

Ioan. 8.

suum testimonium ferant, & vt ipsum, si A
possunt, reprehendant admittantur, patet quòd subditi possunt accusare Prælatos suos. His ita respondetur: Christus quãuis esset pastor suarum ouium, quas verbo & exemplo pascebat, tamen quantum ad officiorum distributionem (ex qua hodie in ecclesia alij præsunt aliis: vnde quidem Prælati, quidam subditi vocantur) in populo suo pastorale officium non gerebat. Mystica enim & visibili vnctione, nec in Regẽ, nec in sacerdotem vnctus erat: quæ solæ B
personæ in populo illo Prælaturæ nomen sibi vendicabãt. Nõ ergo ex hac autoritate subditi probantur admittendi in accusatione Prælatorum: sed tantùm ostenditur, ꝙ auditores eos reprehẽdere possunt, & in eos testificari, qui cùm officia ecclesiastica non habeant, verbo tamen & exẽplo, quoscunque valent, lucrari Deo satagunt. Respondetur & aliter: Aliud est, quod de rigore cogimur seruare disciplinę: aliud, quod C
admittitur ex perfectionis consideratione. Christus Iudæos ad se arguẽdum admisit perfectione humilitatis, nõ seueritate iuris. Si enim legis rigore essent admissi, hac autoritate criminosi & infames in accusatione religiosorum essent recipiendi: cùm essent sceleratiissmi, qui de nece Christi

tra

ractantes, innocentem damnare volebãt. Hoc ergo exemplo Prælati non coguntur ecipere subditos in accusatione sui: sed ermittuntur, si velint. Item Paulus Pe- *Gala.2.b*
rum reprehendit, qui Princeps Apostolo um erat. Vnde datur intelligi, quòd subdi i possunt reprehendere Prælatos suos, si eprehensibiles fuerint. Sed hoc facilè re- ellitur, si vnde sit reprehendendus aduer- atur. Petrus cogebat Gentes iudaizare, & i veritate euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & à cibis Gẽtilium laten er se subtrahens. Par autem est in se, à fide exorbitare, & alios exẽplo vel verbo à fide deiicere. Ergo hoc exẽplo non probantur Prælati accusandi à subditis, nisi fortè à ide exorbitauerint, vel alios exorbitare coëgerint. Item: Cùm Petrus intrasset ad Corneliũ, conquesti fratres sunt, qui erant n Iudæa, & reprehenderũt eum, quòd ad gentilem diuertisset. Ecce quòd Prælati iu re possunt reprehẽdi à subditis. Sed huic *Epist. 19. li. 9. Theotista patricia.*
ppositioni Beatus Grego. respõdet, dicẽs:

Petrus à fidelibus interrogatus, cur ad gentes es intrasset, non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit.

PEtrus potestatem regni acceperat, & *Mat. 16. c*
tamẽ idem Apostolorũ primus, que- imoniæ cõtra eũ à fidelibus factę, cur ad gentes

gentes intraſſet, non ex poteſtate officij, A
qua poſſet dicere: Oues paſtorem ſuum nõ
accuſent, nec reprehendant: ſed ex autorita
te diuinæ virtutis, qua Gentiles acceperãt
Spiritũ ſanctum, reſpondit. Cùm ergo Pe
trus potuit ex officio repellere querelas,
ſed noluit: nõ ergo hoc exemplo Prælati
cogũtur ſuſcipere reprehenſionẽ ſubdito-
rum. Ex hac etiam humilitatis diſpenſa-
tione intelligitur illud Leonis quarti, Lo-
douico Auguſto dictum.

Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare B
permittit, ſi quid erga ſubditos iniuſtè cõmiſerit.

NOs ſi incõpetenter aliquid egimus,
& in ſubditis iuſtæ legis tramitem
non conſeruauimus, veſtro ac miſſorum
veſtrorum cuncta volumus emendare iu-
dicio: quoniam ſi nos, qui aliena debemus
corrigere peccata, peiora commitimus:
certè non veritatis diſcipuli, ſed (quod do
lentes dicimus) erimus præ cæteris erro-
ris magiſtri. Inde magnitudinis veſtrę ma C
gnopere clementiam imploramus, vt ta-
les ad hæc, quæ diximus, perquirenda miſ
ſos, in his partibus dirigatis, qui Deum
per omnia timeant, & cuncta, quemadmo
dum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis
gloria, diligenter exquirant: & non tantũ
hæc ſola, quæ ſuperius diximus, quęrimus

vt

t examuſsim exagitent: ſed ſiue minora,
ſiue etiam maiora illis ſint de nobis iudica
a negotia, ita eorum cuncta legitimo ter-
minentur examine, quatenus in poſterum
ihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum vel indif
nitum remaneat. Item: Cùm Balaam *6. pars.*
riolus iret ad maledicendum populum, *Nū. 22.*
Angelus Domini aſinæ, cui inſidebat, in
ia ſe oppoſuit: euaginatoque gladio eam
b itinere compeſcuit: quam dum ille ver-
eribus affligeret, in vocem prorupit, &
Prophetæ veſaniam redarguit. Si ergo ani
nal mutũ angelica virtute Prophetæ in-
ſipientiam reprehendit: multò magis ſub-
diti poſſunt accuſare Prælatos ſuos. His
ta reſpondetur: verum eſt, quòd per aſi-
nam ſubditi ſignificantur, & per Balaam
Prælati: non tamen hoc exemplo proban-
ur Prælati accuſandi à ſubditis: ſed ſubdi
is tãtùm forma datur humiliter reniten-
di Prælatis, ſi fortè eos ad malum cogere
voluerint. Balaam nanque aſinam vrgens,
vt ad maledicendum populo Dei eũ vehe
ret, ſignificat eos, qui verberibus & crucia
ibus à ſubditis exigunt, vt eis in malo fau
ores & coadiutores exiſtant. Sed quia An
gelus, quilibet videlicet prædicator, eua-
ginato gladio, apertè ſcilicet prædicato
timore & horrore facturæ vindictæ, à
conſen

consensu alienæ malitiæ illos reuocat, licet eis in eiusmodi vocem conquestionis prorumpere, & Prælatis suis dicere, Cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniustè irascimini? nunquid vobis inobediẽtes ali quando fuimus, nisi nunc cùm ad malum cogimur? Videte illum, qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc Prælati probãtur ac- A
f 3.Re.12.c cusandi à subditis. Item Cũ Dauid adulterium & homicidium cõmisisset, missus est à Deo Nathan Propheta, vt eũ redargueret. Ecce quòd Prælati sunt arguendi & re- B
prehendendi à subditis. Sed notandũ est, ꝙ duæ sunt personæ, quibus mundus iste regitur: regalis videlicet, & sacerdotalis. Sicut Reges prẽsunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis Dei. Regum est, corporalẽ irrogare pœnam: sacerdotum spiritualem
g 3.Re.6.d inferre vindictam. Dauid ergo, etsi ex regali vnctione sacerdotibus & Prophetis præerat in causis seculi, tamen subserat eis in causa Dei. Vnde Reges à Prophetis & à sacerdotibus vngebantur, & eorum oblatio- C
h 2.Par. 26 ne peccata Regum expiabantur. Sicut ergo Osias à Domino lepra percussus est, quia sacerdotum officia vsurpare voluit: sic sacerdotibus & Prophetis Regum vsurpare offficia non licuit. Nathan ergo Propheta, cùm Regem redarguit, suum est executus

offi

fficiũ, in quo erat Rege ſuperior: nõ vſur
uit Regis officium, in quo erat Rege in-
rior. Monuit eum, vt per pœnitẽtiã pec-
ta ſua expiaret: non tulit in eum ſenten-
am, qua tanquam adulter & homicida
orti addiceretur. Sic & Beatus Ambro-
us Theodoſium, & beatus Innocentius
mperatorem Arcadium excommunica
t, & ab eccleſię ingreſſu prohibuit. Sicut
im nõ ſine ratione iudex gladium por-
t, ita non ſine cauſa claues eccleſiæ ſacer
otes accipiunt. Ille portat gladiũ ad vin-
ictam malefactorũ, laudẽ verò bonorũ:
ti habent claues ad excluſionem excom-
unicandorum, & reconciliationem pœ-
itẽtium. Hoc ergo exemplo ſubditi pro-
ãtur reprehendẽdi à Prælatis, nõ Prẹlati
ſubditis. Item: Daniel nulla legitima po- *Dan.13.c*
eſtate functus iudices à populo conſtitu-
os de falſo teſtimonio conuicit, & conui-
tos damnauit. Conſtat ergo, ꝙ nullam po
eſtatem habentes poſſunt redarguere di-
gnitatibus vel poteſtatibus ſublimatos.

His ita reſpondetur: miracula, & maxi-
mè Veteris teſtamenti, ſunt admiranda,
non in exemplũ noſtræ actionis trahenda.
Multa enim cõcedebantur tũc, quæ nunc
penitus prohibentur. Tunc anim Samuel *1.Reg.15.c*
Agag pinguiſsimũ Regẽ Amalec in fruſta

diuidendo conſcidit: nũc nulli eccleſiaſti- A
corũ iudicum iudiciũ ſanguinis agitare li-
Num. 25.c cet. Tunc Phinees Iudæum coëuntem cũ
Madianita interfecit, & reputatum eſt ei
ad iuſtitiam: hodie ſacerdotibus huiuſmo
di actus in pernicie ſui officij verteretur.
Exemplo ergo Danielis non ſolùm accu-
ſandi, vel redarguendi, ſed etiã iudicandi,
poteſtatem, ſubditi ſibi in Prælatos vendi
carent, ſi illud in argumentũ noſtræ actio-
nis liceret aſſumi, quod nulla vnquã auto-
ritate permittitur. Magis ergo ex hoc fa- B
cto datur intelligi, quòd in nouiſsimis tẽ-
poribus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri iu-
nioris, illius videlicet, de quo per prophe-
Eſa.9.a tam dicitur, Puer natus eſt nobis. & iterũ:
Ibidẽ.42.a Ecce puer meus, qui iudices iniquitatis,
Scribas ſcilicet, & Phariſæos falſis crimi-
nibus Suſannã, id eſt eccleſiã accuſantes,
& ream adulterij pronuntiantes, eò quòd
Chriſtum ſequeretur, conuinceret & con-
demnaret. Item Hieronymus refert in li-
bris virorũ illuſtrium, ꝙ Damaſus Papa, C
à ſubditis de adulterio accuſatus, cũ xlij.
Epiſcopis ſe purgauit. Item Symmachus
Papa in Romana ſynodo, dignitate ſua
expoliatus, prius ſtatui ſuo reddi decerni-
tur, vt tunc veniret ad cauſam, & ſi ita re-
ctè videretur, accuſantiũ propoſitionibus

reſpon

respõderet. Digna res visa est maximo numero sacerdotum, quæ mereretur effectum: & cùm postmodũ ordinaretur, quomodo esset accusandus, præfatus Papa vt causam diceret occurrebat: sed ab æmulis est impeditus. Item Grego. ait de seipso:

Redarguendi se licentiam Beatus Gregorius alijs præstat.

SI quis super his nos redarguere voluerit, vel extra autoritatem nos facere cõtenderit: veniat ad sedem Apostolicam, vt ibi ante confessionẽ Beati Petri mecũ iustè decertet: quatenus ibi vnus ex nobis sententiã susciat suã. Ex his omibus colligitur, q̃ subditi possunt reprehendere & accusare Prælatos suos. Sed sicut de Christo dictum est, quãdo Iudæis dixit: Si malè locutus sum, &c. ita de istis intelligendũ est, quòd suo exemplo Prælatis dederunt facultatem recipiendi subditos in accusationem sui, sed non coëgerunt. Item: *Ioan. 18. d*

De eodem.

PAulus Deaclinæ ciuitatis Episcopus accusatur à subditis de lapsu carnis, cõuincitur, deponitur: alius loco eius substituitur. Hoc an ex dispensatione accusati, an ex rigore iuris sit factum, ex regesto Gregorij ad Ioannẽ Episcopum ca. ccxvj. potest perpendi, vbi ait: *Greg. epis. 35. li. 10.*

Paulus Deaclinæ ciuitatis Episcopus subditorum accusatione conuictus deponitur. A

LAtor Nemesion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Deaclinæ ciuitatis Episcopus, inter alia mala, in corporali crimine lapsus, à suis clericis accusatus atque conuictus, Episcopali sententia depositus est: postea cũ auxilio secularium veniens Episcopatũ more prędonis ingressus est: ablatisque rebus ecclesiæ dilectissimum Nemesiõ latorẽ prędentiũ sibi substitutũ ab eo Episcopatu proiecit, & ad B summã iniuriã ac necẽ penè perduxit. Fraternitas itaque vestra hęc omnia curet addiscere, & quæcunque ecclesiæ abstulit, omni mora vel accusatione cessante redde re cõpellat. Si verò nihil ecclesiæ, sed propriũ se dixerit abstulisse, quãuis graue & iniquũ fuerit, vt nõ à vobis vel Metropolitano eius hoc petierit, sed temerario ausu agere præsumpserit: veruntamen si quid propriũ tulit, sub fraternitátis vestræ debet examine constare, si verũ est. Sed & illud diligẽter quærendũ est, si quid malè de rebus dilapidauit ecclesiæ, vt ex eo quod nũc abstulit, illud reformare, ac satisfacere modis omnibus cõpellatur. Hoc edicto nõ in accusatores, vel depositores vlciscitur, sed in depositũ vlterius prosequitur: vt si vltra C

ī vltra ad Epiſcopatū adſpirare tentaue-
it, omnibus modis repellatur, & ad agen-
lam pœnitentiã perennẽ in monaſterium
letrudatur. Quẽ ergo Greg. ad Epiſcopa-
um adſpirantẽ omnibus modis repellit,
quẽ graui pœnitentiæ ſubiicit, patet non
ua diſpẽſatione, ſed Canonũ cẽſura à ſub
litis eſſe accuſatũ & conuictũ. Et vt iam
on exemplis, ſed legibus agamus, viden-
lum eſt, quid Greg. ſcribat Innocentio &
eliquis Epiſcopis Sardiniæ, ita dicens:

Quòd ſubditi Prælatos ſuos accuſare poſſunt.

METropolitanum veſtrum in aliquo poſtponere non præſumatis: excepto ſi (quod non optamus) contra eundem vos liquid cauſæ habere contingat, vt ob hoc ẽdis Apoſtolicæ iudicium petere debea-is. Item vniuerſis Epiſcopis concilij Byzacij. *Grego. epiſt. lib. 10. cap. 37. Epiſ cõ. Byzacij.*

Vitam Prælatorum ſubditi nulla diſſimulatione negligant.

SIcut (inquit) laudabile diſcretumque eſt, reuerentiam & honorem exhibere rioribus: ita rectitudinis & Dei timoris ſt ſi qua in eis ſunt, quæ indigent correctione, nulla diſsimulatione poſtponere: ne totũ (quòd abſit) corpus morbus inua-lat, ſi languor nõ fuerit curatus in capite. Quædã enim de Primate veſtro Clematio

ad nos perlata sunt: quæ quoniã ita grauia A
sunt, vt transire indiscussa nullo modo debeant, fraternitatẽ vestrã hortamur, vt cũ omni solicitudine ac viuacitate mẽtis, indagare multis modis debeatis illata: & si sunt, vt audita sunt, vltione canonica resecẽtur. Admonemus autẽ, vt non cuiusquã personæ gratia, non fauor, non quodlibet blandimentum quenquã vestrũ ab his quę nuntiata sunt nobis, molliat, vel à veritate excutiat: sed sacerdotaliter ad inuestigandam veritatem vos propter Deum accin- B
gite. Nam si quis in hoc piger aut negligẽs esse præsumpserit, dictis criminibus apud Deum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi facinoris causas nõ mouetur. Hæc si quis specialia, & ex his generalem regulam colligi non oportere, contendit: audiat quid Gelasius c. xxvij. dicat, omnibus clericis cuiuscunque ordinis ita scribens:

Gela. Pa. 1. Episco. per Lucaniã & Brutiã, cap. 30.

Clerici excessus sui Episcopi auribus deferant Romani Pontificis. C

QVapropter nec clericorum quisquã Apostolicæ offensæ se confidat futurũ immunẽ, si in his, quæ salubriter sequẽda Apostolica deprõpsit autoritas siue Episcopum, siue Presbyterũ, siue Diaconum viderit excedentem, & non protinus ad

aures

aures Romani Pontificis deferre curaue-
rit:probationibus duntaxat competenter
exhibitis:ita vt tranſgreſsionis vltio fiat
cæteris interdictio delinquendi. Sin verò,
modis omnibus erit vnuſquiſque Pontifi-
cum ordinis & honoris ſui eliſor, ſi cui cle
ricorum, vel auditui totius eccleſiæ hæc
putauerit ſupprimenda. Idem:

SI quid in eccleſia damni, aut in his quæ
ſunt præceptionis noſtrę autoritate pro
hibita, Pontificem veſtrum videritis ad-
mittere, mox noſtris auribus relatione ſi-
gnate, vt quid fieri debeat, cenſeamus.

Item ex conci. Chalce. ca. xxj.

*Clerici aut laici ſine examinatione ad Epi-
ſcoporum accuſationem non admittantur.*

CLericos aut laicos paſsim accuſantes,
& ſine probatione Epiſcopos aut cle-
ricos, ad accuſationẽ non recipiendos de-
cernimus: niſi prius diſcutiatur eorũ exiſti
mationis opinio. Itẽ ex ſynodo Romana:

Sixtus pa. 3. Epi. Oriẽ talium.

*Quælibet perſona Epiſcopos aut alios accu-
ſans, monſtranda documentis inferat.*

SI quis Epiſcopus, aut Diaconus, aut
quilibet clericus, apud Epiſcopos (quia
alibi nõ oportet) à qualibet perſona accuſa
ti fuerint: quicũq; fuerit vir ille, ſiue ſubli-
mis honoris, ſiue alterius dignitatis, q̃ hoc
genus illaudabilis intentionis arripuerit,

nouerit dicenda probationibus monstran- A
Epist. 3. da documentis se debere inferre. Item Da
masus Papa Stepha. Archiepiscopo.

Sacerdotes non accusent, qui ad eundem ordinem prouehi non possunt.

SAcerdotes (vt antiqua tradit autoritas) criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundē non debēt, nec pos
Epist. 1. sunt prouehi honorē. Itē Hyginus Papa.

Nisi irreprehensibiles, in maiorum accusatione non recipiantur.

CRiminationes maiorū natu per alios B
non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt: si tamen ipsi digni & irreprehēsibiles apparuerint, & actis publicis docuerint se omni suspicione carere & inimicitia, & irreprehensibilem habere fidē, ac cō uersationē ducere. Colligitur itaq; ex his omnibus quòd subditi in accusatione Prælatorum sunt admittendi. Nunc videndū est, an monachi in accusatione Episcoporum sint audiendi. Hadrianus Papa vide C
Stepha. pa. 1. epi. 2. omnibus Episcopis. tur eos ab accusatione remouere, ita dicēs:

Monachi sacerdotes accusare, vel in eos testificari non possunt.

PLacuit eorum accusandi sacerdotes, & testificandi in eos vocē obstruere, quos
** al. ab humanis vocibus, sed diuinis, &c.* non humanis * vocibus tantùm, sed & diuinis mortuos esse scimus: quia funestam

vocem

vocẽ potius interdici, quàm audiri, oportet. Item in cõci. Chalcedon. prẽcipitur, vt eccleſiaſticas actiones monachi attreſtare non prẽſumãt. Item Pelagius Papa.

Monachi in accuſatione non ſunt audiendi.

NVllus monachus talia vſquã arripiat, nec ſecularia aut eccleſiaſtica negotia perturbare præſumat: quia mortua eſt in talibus vox eorum. Sed aliud eſt, quod ex præſumptione aſſumitur temeritatis: aliud, quod ex neceſsitate geritur charitatis. Monachi enim ex præſumptione Epiſcopos accuſare non poſſunt: ex charitate poſſunt. Vnde & in Canonibus præcipitur, vt cubicularij Epiſcopi, ſint vel religioſi clerici, vel electi monachi, vt de eius vita teſtimonium dicere poſsint. Item illud Eleutherij Papæ omnibus generaliter dicitur.

Pela. 2. Epiſcopis Italia.

7. pars. Eleut. epiſto. ad Gallia prouincias.

Conſentire conuincitur, qui cùm poßit, peruerſis negligit obuiare.

NEgligere, cùm poſsis perturbare peruerſos, nihil eſt aliud quàm fauere. * nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Item Hiero. tam de ſe quàm de aliis monachis, in primo Prologo Bibliæ ſcribit, dicens:

* *fouere.*

Hieron. ad Paulinũ.

Quantum ex vitæ merito quis eccleſiam adiuuat, tantùm nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat.

SAncta quippe ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt: & quantum ex vitæ merito ædificat eccleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Item Grego. A

Ex Grego. admonitione. 5. tertiæ partis paſtoralis.

Subditi vitia Prælatorum reprehendere ſtudeant.

ADmonẽdi ſunt ſubditi, ne plus, quàm expedit, ſint ſubiecti: ne cùm ſtudent plus quàm neceſſe eſt hominibus ſubiici, compellãtur vitia eorum venerari. Idem generali ſynodo præſidens, dixit: B

Clerici ſiue electi monachi ſint cubicularij Epiſcopi.

CVm paſtoris vita in exemplũ debeat eſſe diſcipulis, plerunque clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui paſtoris, neſciunt, quam tamen ſeculares pueri ſciunt: de qua re præſenti Decreto conſtituimus, vt quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi, in miniſterio cubiculi Pontificalis obſequantur: vt is, qui in loco regiminis eſt, tales habeat teſtes, qui veram eius in ſecreto conuerſationem videant, & ex ſedula viſione exemplum profectus ſumant. Idem Virgilio Epiſcopo Arelatenſi: C

Epi. 49. lib. 9.

Prauos in ſua ſocietate Epiſcopus habere non debet.

PEruenit ad nos, fratrem & Coëpiſcopum noſtrum, Serenum Maſilienſem

prauos

prauos homines in ſocietate ſua habere, ita denique, vt Presbyterum quẽdam, qui poſt lapſum carnis in ſuis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. Quod à vobis ſubtiliter eſt requirendum. Et ſi ita conſtiterit, curæ vobis ſit, noſtra eum ſic vicè corrigere, vt & qui talem recipit, non familiaritate fouere, ſed diſcat ſe potius vltione comprimere: & qui receptus eſt, diſcat lacrymis peccata diluere, non iniquitatem immunditiis cumulare.

Item Paſchalis Papa:

Viros boni teſtimonij ſemper Epiſcopi ſecum habeant.

EPiſcopi lectioni & orationi vacent: & ſemper ſecum Presbyteros, & Diaconos, aut alios boni teſtimonij clericos habeant, vt ſecundum Apoſtolum & ſanctorum patrum inſtituta poſsint irreprehenſibiles inueniri. Item Ioannes Baptiſta, cũ duceret eremiticam vitã, Scribas & Phariſæos, Sacerdotes & Leuitas Iudæorum ad ſe venientes aſpera increpatione redarguit. Item ex Canonibus diffinitur: Illi ſacerdotes accuſare poſſunt, qui ad eundẽ gradum cõſcendere valent. Cùm ergo monachi ad Sacerdotij gradum laudabiliter pertingere valeant, patet quòd & ipſi Sacerdotes liberè accuſare poſſunt. *Luc. 3. a*

Quæſtio

QVAESTIO VIII. A

Accusatio an debeat fieri in scriptis.

DE ACCVSATIONE verò qualiter fieri valeat, in Canonibus apertè decernitur.

Epist. 2. ad episco. Gallia. Ait enim Callistus Papa: *Accusatio semper fiat in scriptis.*

ACcusatorum personæ nunquàm reci piantur sine scripto: nec absente eo, quẽ accusare voluerint, quibuslibet accusa B re permittatur. C. li. iiij. ti. de ꝓbationibus.

Titu. 19. l. 25. SCiant cũcti accusatores, eam rẽ se debe re inferre in publicã notionẽ, quæ munita sit testibus idoneis, vel instructa apertissimis documentis, vel iudiciis ad probationẽ idoneis, vel indubitatis, & luce clarioribus expedita. Itẽ Eutychianus Papa.

Epi. 2. Episcopis Sicilia. *Accusatio semper debet fieri in scriptis.*

QVisquis ille est, qui crimen intendit, in iudiciũ veniat: nomen rei indicet: C vinculum inscriptionis arripiat: custodiæ similitudinẽ (habita tamen dignitatis æstimatione) patiatur: nec impunitam sibi nouerit licentiam mentiendi: cùm calumniãtes ad vindictam poscat similitudo supplicij. Qui verò ad sortilegos magosque concurrunt, nullatenus ad accusationem sunt admit

admittendi. Item Sixtus Papa:

De eodem.

Sixtus pa. 3. ad Epiſ. Oriẽtales, cap. 4. Epiſt. 2.

QVi crimen obiicit, ſcribat ſe probatu rum: & qui non probauerit quod ob ecit, pœnam, quam intulerit, ipſe patia- ur. Sed Stephanus Papa contra videtur ſcribere, dicens:

De eodem.

PEr ſcripta nullius accuſatio ſuſcipia- tur: ſed propria voce (ſi legitima & cõ igna accuſatoris perſona fuerit) preſente idelicet eo, quem accuſare deſiderat: quia ullus abſens accuſare poteſt, nec ab ali- uo accuſari. Sed Calliſtus Papa precepit, t accuſator præſente eo quem accuſat, in criptis iudici accuſationẽ offerat, & pro- ria voce literas ſuæ accuſationis legat. tephanus autem prohibet, ne abſens ali- uem per epiſtolã accuſare audeat. Quæ erò ſit forma accuſationis, & quis mo- us concipiendorum libellorum, Paulus Digeſtis libro j. de publicis iudiciis, tit. e accuſationibus & inſcriptionibus, oſtẽ- it, dicens: Libellorum inſcriptionis con ptio talis eſt: Conſul & dies. Apud illum rætorem, vel proconſulẽ Lucius Titius rofeſſus eſt, ſe Męuiam lege Iulia de adul riis ream deferre, ꝙ dicat eam cum Caio io in ciuitate illa, in domo illius, in men ſe illo,

2. pars.

Digeſt. lib. 48. ti. 2. de accuſa. l. 3.

se illo, Consulibus illis, commisisse adulterium. Vtique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est: & persona, cum qua admissum dicitur, & mensis. Hoc enim lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem reum deferunt. Neque autem diem neque horam inuitus comprehendet. Quòd si libelli inscriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur: & ex integro repetendi reum potestas fiet. Item subscribere debebit is, qui dat libellum, se professum esse: vel alius pro eo, si literas nesciat. Sed si aliud aliquod crimen obiiciat, veluti quòd domum suam præbuit, vt stuprum materfamiliàs pateretur, quòd adulterum deprehensum dimiserit, quòd pretium pro comperto stupro acceperit, & si quid simile: idipsum in libello comprehendendum erit. Si accusator decesserit, aliáve causa eum impedierit, quò minùs accusare possit, & si quid simile est, nomen rei aboletur postulante reo. Idque & lege Iulia de vi & senatusconsulto cautum est: ita vt liceat alij ex integro repetere reum. sed intra quod tempus, videbimus. Et vtique xxx. dies vtiles obseruandi sunt.

A

Ibid. continuò.

B

C

CAVSA

CAVSA III.

QVIDAM EPICOPVS à propria ſede deiectus eſt: petit reſtitui: poſt reſtitutionem in ducitur in cauſam: inducias poſtulat: tandem ad eius accuſatio nem procedit quidã on legitimè coniunctus vxori, & duo inames, & tres religioſi: accuſatores teſtes e domo ſua producunt: & alios ſibi inimi os extra ſuam prouinciam: reus crimino- o iudici offertur ab vno tantùm audiẽdus & iudicandus. quidam de accuſatoribus & eſtibus abſentes per epiſtolam illum accu are, & in eum teſtificari contendunt. Cũ ulta capitula ei obiicerentur, in primo ccuſatores deficiunt: demum accuſatio in ccuſatorem vertitur. Hic primò quæri 1 ur, an reſtitutio danda ſit quibuſlibet exoliatis. Secundò, de induciis, an poſt 2 eſtitutionem tantùm, an etiam poſt voca onem ad cauſam quibuſlibet concedenæ ſint. Tertiò, quo ſpatio menſium 3 trique ſint concedendæ. Quartò, an in 4 mes & non legitimè coniuncti ad accutionem ſint admittendi. Quintò, an te 5 es de domo accuſatorum ſint producẽdi:

vel

6 vel inimicorum vox sit audienda. Sextò, an extra prouinciam reus sit producen- A
7 dus. Septimò, an sit audienda eius sententia, quem cum reo par inficit malitia.
8 Octauò, an ab vno tantùm Episcopus sit
9 audiendus, vel iudicandus. Nonò, an accusatores, vel testes, in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere
10 valeant. Decimò, an deficientes in primo capitulo, sint admittẽdi ad sequentia.
11 Vndecimò, an accusato liceat accusatio nem in accusatorem vertere. B

QVAESTIO I.

An restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.

QVOD RESTITVTIO quibuslibet danda sit, multis autoritatibus probatur. Ait enim Caius Papa:

Ad Felicẽ Episco. scribens.

Expoliatis vel eiectis omnia sunt redintegranda.

C EPiscopis suis rebus expoliatis, vel à propriis sedibus eiectis, omnia quæ eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda: quia priusquàm hoc factum fuerit, nullum crimen eis obiici potest. Item Fabianus Papa:

Epi. 2. episcopis orientalibus.

De eodem.

Episcopi

E Piſcopi ſi à propriis ſedibus, aut eccleſiis ſine autoritate Roma. Pon. expulſi ſuerint: antequam ad ſynodum vocentur, proprius locus, & ſua omnia eis redintegranda ſunt. Nulla enim ratio permittit, dum ad tempus eorum bona, vel eccleſię, atque res, ab æmulis, aut à quibuſcũque dicentur, vt aliquid illis obiici debeat: nec quicquã poteſt eis quilibet maiorũ vel minorũ obiicere, dũ ſuis eccleſijs, vel rebus, vel poteſtatibus carent. Sed notandum eſt, quòd reſtitutionis ſententia ſola non ſufficit, niſi præſentialiter omnia iudicis officio reſtituantur, vt eiectus vel ſpoliatus etiam naturalẽ poſſeſsionem recipiat, ſiue animo ſuo, & corpore alieno, veluti per procuratorem: ſiue animo & corpore ſuo. cuncta quoque, quæ ſibi ablata ſunt, vel fuerant, quacunque conditione, in eodem loco, vnde ſurrepta fuerant, reuocanda ſunt. Vnde Ioan. vrbis Romæ Epiſcopus ſcribit Zachariæ Archiepiſcopo: *Ioan. Pa. 1 epi. pri.*

De eodem.

R Edintegranda ſunt omnia expoliatis vel eiectis Epiſcopis præſentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco vnde abſceſſerant, funditus reuocanda, quacunque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per

quascunque iniustas causas res ecclesiç, vel proprias, id est, suas substantias perdidisse noscuntur. Item Eusebius Aposto. sedis Episcopus, omnibus Episcopis: A

Epistol.2

De eodem.

REdintegranda sunt omnia expoliatis vel eiectis Episcopis, &c. vsque, fundi tus reuocanda, eodem modo vt suprà.

Item Alexander Papa.

Alexãder epistol.2.

Non est Sacerdos, sed schismaticus, qui fratrum se subtrahit obsequijs.

NVlli dubium est, quin bonĩ à malis semper persequuntur & tribulantur: propter quod nos oportet humiliari sub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempo re tribulationis. Nam Diabolus non cessat circumire quærens quem deuoret, & quę- rere quos ex fidelibus perdat: & maximè il los quos ardentiores in seruitio Saluato- ris, eiąue familiares inuenerit. Familiares dico eos, quos sacri, & in ordine Aposto- latus constitui Deus voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata co- medunt: quia suis precibus & oblationibus ea delent atque consumunt. & infrà: Qui autem ex vestro fuerit collegio, & ab auxi- lio vestro se subtraxerit: magis schismati- cus, quàm Sacerdos, esse probabitur. Ecce (inquit Propheta) quàm bonum, & quàm iucun B C

1.Pet.5

Osee 4.b

Psalm.132

iucundum habitare fratres in vnum. Illi verò non habitant in vnum, qui fratrum ſe ſolatio ſubtrahũt (aut quod deterius eſt) fratribus inſidias aut laqueos ponunt. Et infrà: Dominum crucifigunt, qui eum in Sacerdotibus ſuis perſequũtur: quia crux à cruciatu dicitur. Magnũ verò cruciatũ ſuſtinet, qui vim patitur. Itẽ Fabianus Pa. *Epiſto. 3. eiuſdem.* *Epiſto. 1. Epiſcopis Orientalibus.*

Excommunicentur qui opprobrium & calumniam inferunt Sacerdotibus.

DEus, ergo fratres, ad hoc præordinauit vos, & omnes, qui ſummo Sacerdotio fungũtur, vt iniuſtitias remoueatis, & præſumptiones abſcindatis, & in Sacerdotio laborãtibus ſuccuratis, opprobriis & calamitatibus eorum locum non præbeatis, ſed ei qui calumniam vel opprobrium patitur, adiutoriũ feratis. Illum verò, qui calumniam vel opprobrium facit, abſcindatis, & domino in ſuis Sacerdotibus opẽ ferratis. Patet ergo, quòd expoliati priùs ſunt præſentialiter reſtituendi antequã ad cauſam ſint vocandi. Sed obiicitur. Vbi nõ fuit legitima inſtitutio, ibi nõ poteſt eſſe reſtitutio. Nõ enim probatur deſtitutus, qui priùs non fuit inſtitutus: ac per hoc nec reſtaurationem poſtulare poteſt. Illi ergo, quorum electio vitioſa eſt, vel qui à clero non ſunt electi, vel à populo expeti-

ti, vel qui per simoniam irrepserunt, non A
sunt habendi inter Episcopos: & ideo si à
sedibus quas tenere videbantur, expulsi
fuerint, non possunt restitutionem petere
antequam vocẽtur ad causam. Vnde suprà
in tractatu ordinandorũ. Si quis pecunia,
vel gratia humana, seu populari vel milita
ri tumultu, &c. Sed hoc in eo casu intelligi
tur, quãdo Apostolica sedes per violentiã
occupatur: quo casu iudex nõ inuenitur, cu
ius officio ille Apostaticus possit excludi.
In aliis autẽ locũ nõ habet, cũ violẽta pos B
sessio, nisi per iudicis sententiã, violẽto de
tentori detrahi nõ possit. Si autẽ verus do
minus, bello non continuato, sed reuocato,
vi illum de possessione eiecerit: iudicis au-
toritate prędoni possessionẽ restituet. Si er
go Episcopi à sedibus, quas quoquo modo
tenere videbantur, non per iudicem, sed
violenter electi fuerint: post electionem
restituendi sunt, ante regularem ad syno-
dum vocationem.

C

QVAESTIO II.

An inducię post restitutionem tantùm, an etiam post vocatio nem ad causam, quibuslibet concedendæ sint.

De

DE INDVCIIS autem post restitutionem præstãdis,& quo spatio temporis concedendæ sint, scribit Ioannes Papa,dicens: *Ioan. Pa. 1. epist. 1. ad Zachariã Archiepiscopum.*

Secundum tempus expoliationis conceduntur inducię restitutionis.

QVanto tempore expoliati vel expulsi esse videbantur,antequam ad synodum conuocentur, sub eodem spatio temporis eis induciæ indulgeantur. Item Pelagius Papa: *Pela. 2. epi scopus Italia.*

Dum possessiones,vel res Episcopi detinentur,aliquid sibi obiici non potest.

CVm ecclesia alicuius Episcopi,aut possessiones,vel res,ab eius æmulis,vel à quibuscunque alijs, non sua sponte detinentur:aliquid illi non debet,aut potest,à quoquam,ante redintegrationem omniũ suarum rerum,obiici. Sed prius illi legibus redintegranda sunt omnia, & postea tempore à patribus prefinito,negotia sunt ventilanda. Item Stephanus Papa Girardo Laodicen.

Ante litẽ contestatã violenter ablata restituãtur.

OPortet,vt primùm vos tam de inuasis ciuitatibus,& monasterijs,& mãsis,quàm de reliquis generaliter rebus reduestiri faciatis:quia nec nudi contendere,nec inermes inimicis nos debemus op-

Euaristus epist. 2

ponere. Item Euaristus Papa. A

Deiiciantur à clero, & infames fiant, qui loca expulsorum adulterina fœditate inuaserunt.

AVdiuimus quosdam à vobis infamatos & dilaceratos Episcopos, à ciuitatibus propriis expulsos, (quia alibi constituti Episcopi non possunt, nisi in ciuitatibus non minimis) & alios ipsis viuentibus constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, vt sciatis hoc fieri non licere, sed proprios reuocari, & integerrimè restitui debere. Illos verò, qui adulterina fœditate suas spon B sas (quas vxores eorum prefixo tenore esse intelligimus) tenent: eiici, et adulteros atq; infames fieri, eosq; ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquam querelã habueritis, his peractis inquirendum erit: & autoritate huius sanctę sedis terminandũ. Item Gelasius Papa.

Inducia sex mensium electis vel spoliatis præstentur.

EIectis vel expoliatis, post integrã restiC tutionẽ, anniuersariæ induciæ, vel sex

Euseb. Papa epist. 2

mensiũ indulgendę sunt. Item Eusebius.

Post restitutionem inducia præstandæ sunt.

PRiùs ergo oportet omnia legibus expoliatis redintegrari, & ecclesias, quæ sibi sublatæ sunt, cum omni priuilegio sibi restitui: & postmodum non sub angusto tẽ

pore

pore spatiũ eis indulgeatur, sed quantũ expoliati vel expulsi videbantur, antequã ad synodum conuocentur. Itẽ Felix Papa.

Felix 2. c. 8. Decreti.

De eodem.

TAm diu in sede propria pacificè & potestatiuè cuncta acta disponens resideat, quandiu expulsus, vel expoliatus, suis carere visus est rebus. Idem:

Felix Papa 1. epist. 2 ad Episc. Gallia.

Ante restitutionem aliquis ad causam reuocari non debet.

SI Episcopus suis fuerit, aut ecclesiæ sibi commissæ, rebus expoliatus, aut (quod absit, quodq; alienum ab omnibus esse debet fidelibus) à sede propria eiectus, aut etiã detentione aliqua à suis ouibus fuerit sequestratus: tunc canonicè antè in pristinum statum restituatur, cum omni priuilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. Non enim conuocari poterit, vel præiudicari, nisi ipse pro sua necessitate, minimè tamen iudicãdus, aduenire sponte elegerit. Nullatenus ergo à quoquam cogatur, antequam integerrimè omnia, quæ per suggestiones suorum inimicorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrẽtur. Præsulverò cũ omni honore statui pristino reddat̃: & ipse dispositis ordinatisq;

liberè ac securè diu suis rebus, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, vel sex aut septem menses, iuxta quod possibilitas ei fuerit, & non antè, conuocatus, ad tempus in legitimo concilio & canonico conueniat ad causam, & si ita iustè videtur, accusantium propositionibus respon- 2. pars. deat. Quòd si malè viuendo facultates ecclesiæ dispersit Episcopus, ab eius patrimonio quousque de dilapidatione rerum ecclesiasticarum cognoscatur, submouendus est: exemplo tutorum vel curatorum, qui dum fuerint suspecti, à tutela vel curatione remouentur, donec de suspecto cognoscatur. Vnde Pelagius Papa Petro Presbytero:

Ab administratione remoueantur, qui res ecclesiæ malè viuendo dispergunt.

QVia ea, quę de fraudibus Maximiliani Presbyteri flebili ad aures nostras supplicum relatione venerunt, non facilè secundum veritatem agnosci potuerunt, nisi facultas ecclesiæ, quam in vsus suos malè conuertendo dispersit, ab eius potestate, donec causa cognoscatur, seponatur: idcireo nos eum, & à suprà dictæ ecclesiæ patrimonio volumus interim submoueri, & in vestro discussionis ipsius tẽpore moderamine detineri.

Quest

QVAESTIO III.

Quo ſpatio menſium inducíæ vtriſque ſint concedendæ.

QVOD VERO poſt vocationem venienti ad iudicium inducíæ negandæ non ſint, Idem Felix Papa teſtatur dicens: *Felix 2. 6. 5. Decreti.*

Venienti ad iudicium inducíæ non negentur.

CVm accuſatus ad iudicium venerit, ſi voluerit, inducíæ ei petenti à patribus conſtitutæ, abſque impedimento concedantur, & iudices à ſe electi ſibi tribuantur. Item ex epiſtola Felicis Papæ ij. fratribus Aegyptiorum. *Idē ibidē. cap. 2.*

Quot menſiū inducíæ Epiſcopis præſtādæ ſunt.

DE inducíis verò Epiſcoporū, ſuper quibus cōſuluiſtis, diuerſas à patribus regulas cōſtitutas inuenimus. Quidā enim ad repellenda imperitorum machinamenta, & ſuas præparandas reſponſiones, & teſtes confirmandos, & concilia Epiſcoporū atque amicorū quærenda, annū & ſex menſes mandauerūt concedi: quidam autē annum, in quo plurimi cōcordant. minus verò, quàm ſex menſes, nō reperi, quia laicis hæc indulta ſunt, quāto magis Domini Sacerdotibus. Et infra: Inducíæ verò nō ſub angusto tēpore, ſed ſub lōgo tēporis ſpatio

concedendæ sunt: vt accusati se præparare A
possint, vt vniuersos communicatores in
prouincijs positos conuenire, & testes præ
parare, atque contra insidiatores se pleni-
Eleuther. ad prouincias Gallia. ter valeant armare. Itẽ Eleutherius Papa:

De inducijs præstandis.

INduciæ non modicæ dandę sunt ad in-
quirendum, ne aliquid præpropere agi à
quacunque parte videatur: quia per surre-
Epi. 3. ad Stephanũ Archiepiscopum. ptionẽ multa proueniũt. Item Damasus:

Palea.

2. pars. Lib. 3. Cod. tit. 11. l. 1. INduciæ accusatis in criminalibus causis B
sex mensium, vel eo amplius (si necesse
fuerit) concedendę sunt. Spatium verò di
lationum, sicut in iij lib. Codicis, de dila-
tionibus, inuenitur, hac ratione moderan-
dum est, vt si ex ea prouincia, vbi lis agitur
vel instrumenta vel persona poscuntur, nõ
amplius, quàm tres menses indulgeãtur. Si
verò ex continentibus prouincijs, sex men
ses custodiri, iustitiæ est. In transmarina au
tem dilatione nouem menses computari C
oportebit. Iudicantes autem hac ratione
non sibi concessum intelligant dandæ dila
tionis arbitrium: sed eandem dilationem
(si rerũ vrgentissima ratio flagitauerit, &
necessitas desideratæ instructionis exege-
rit non facilè amplius, quàm semel nec vl-
la trahendi arte sciant esse tribuendam.

Ei autem dilatio penitus eſt denegãda, qui reſcriptum ad extraordinarium iudicem deportauerit. Illi verò, qui in iudicium vocatur, danda eſt, ad probanda precum mendacia, vel proferenda aliqua inſtrumenta, vel teſtes: quoniam inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad alienum iudicium trahitur. Cùm verò ad apellationem ſiue conſultationem à Principe reſcriptum fuerit, ſiue ſit primo iudicio petita dilatio, nec tributa, ſiue nec petita quidẽ: iam dare cuiquam non licebit, eadem ratione, qua nec in iudiciis cognitionum Imperialium dilatio tribui ſolet. A iudice procedente dilationem poſtulari non conuenit, etiamſi vtraque parte præſente tractatur: cùm non aliàs, niſi cauſa cognita, indulgeri queat, & cognitio cauſæ non interpellatione planaria, ſed conſidente magiſtratu iudice, legitimè colligatur: vt ſi fortè dilationis petitio improbata fuerit, ſuſcepta quęſtio per ſentẽtiã iudicis dirimatur. Cõſtitutione vij. in co. viij. Libellũ verò ó aliàs actor dirigat, niſi prius etiam, in cõſum, quẽ dicit obnoxiũ, & in negotij exe torẽ, exponat cautionẽ, ſe vel intra duos menſes litem conteſtaturũ, vel omne damnum, ei qui conueniatur cõtingens, reſtituturũ in duplũ. In col. vj. Offeratur ei, qui

L. 2. eiuſdẽ tit.

L. 3. eiuſdem tit.

L. 4. eiuſd.

voca

vocatur in iudiciũ, libellus, & exinde prę- A
bitis ſportulis, data fideiuſsione, xx. dierũ
gaudeat inducijs, in quibus deliberet an ce
dat, an cõtendat: atque aliũ petat iudici ſo
ciari, vel eũ recuſet: niſi ſit ille, quẽ & ipſe,
iam alio recuſato, petiit. Deinde præſens
interrogetur, an hoc tẽpus tranſierit: quod
non modò ipſius reſpõſione, ſed etiam li-
belli manifeſtetur ſubſcriptione: quam in
initio facere debet. Litis verò conteſtatio
contra hoc indultum habita, pro nihi-
lo eſt. Conſtitutione vj. in col. viij. Quod B
fieri non debet, niſi actor ſatiſdederit cer-
tam promittens quantitatẽ ſe daturum, ſi
non exequatur, aut exequẽs nõ vincat cau
ſam. Si ergo poſt tẽpus preſtitutũ intra de-
cem dies reo præſente nõ occurrat, dimit-
tatur reus exacto eo quod promiſſum eſt,
& ſi quid circa litẽ plus impẽdiſſe, cũ taxa
tione iudicis, iurauerit. Exceptio fori di-
latoria eſt, atque ideo in initio litis debet
opponi & probari. peremptorias autẽ exce
ptiones, vt ſunt præſcriptiones longi tẽ- C
poris, ſufficit in initio litis conteſtari.

QVAESTIO IIII.

An infames, & non legitimè coniuncti, ad accuſationem ſint admittendi.

QVOD

QVOD VERO infames,& nõ legitimè cõiuncti, ad accusationẽ admitti non debeant, & qui generaliter ab accusatione remouendi sint, multorum autoritatibus claret. Ait enim Hyginus Papa: *Epist.2.*

Infames, eos qui sunt bonæfamæ, accusare non possunt.

ALieni erroris societatem sectantem, vel à sui propositi tramite recedentem, aut Apostolicæ sedis iussionibus inobedientem, suscipere non possumus: nec impetere rectè credentes, vel sanctorum patrum iussionibus obtemperantes permittimus: quia inter fideles,& infideles magna debet esse discretio. Item Anacletus Papa, in prima Decretali: *Epist.1. de oppressione Episcoper.*

Qui legem suam sponte transgreditur, ante suam reuersionem rectè agentes accusare non potest.

BEatus prædecessor noster Clemẽs vir Apostolicus & Spiritu Dei plenus, vnà cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens: Accusandi, vel testificandi licentia denegetur his, qui Christianæ religionis & nominis dignitatẽ, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Trãsgressores enim spõte legis suę eiusque violatores, apostatæ no

tæ nominantur: omnis enim apostata refu A
tandus est ante reuersionem suã, nec in ac-
cusationem rectè agentiũ aut testimoniũ
Epist.1. suscipiendus est. Item Pius Papa:

A suo proposito discedentes sunt infames.

SI quis à vero proposito retrorsum exor -
bitauerit, & iussa Apostolicæ sedis li-
benter trãsgressus fuerit, infamis efficitur.
Reprobari ergo oportet eorũ redargutio-
nes, qui in recta fide suspecti sunt. Fides au-
tẽ & cõuersatio primũ scrutãda est: & dein
de, qùi irreprehensibiles apparuerint, sunt B
Epist.2 ad recipiẽdi, & nõ prius. Itẽ Calistus Papa.
Episc. Gal *Incestuosi, & nõ legitimè cõiuncti Sacerdotes*
lia. *& legitimè coniunctos, accusare non possunt.*

COnsanguineorum coniunctiones nec
legitimæ sunt, nec manere possunt,
sed sunt repellendę. Quisquis ergo non le-
gitimè coniunctos vel absque dotali titu-
lo ac benedictione sacerdotis constat co-
pulatus, Sacerdotes, vel legitimæ coniun-
ctos criminari, vel in eos testificari mini- C
mè potest: quoniam omnis incestus macu-
la pollutus, infamis est: & accusare suprà
dictos nõ permittitur. Non solùm ergo hi
sunt repellẽdi, & infames efficiuntur, sed
etiã omnes eis cõsentientes. Similiter de
raptoribus, vel eis qùi seniores impetunt,
fieri cẽsemus. Hos enim leges seculi interfi

ciunt:

iunt: ſed nos miſericordia prę̃eũte ſub in-
amię nota ad pœnitẽtiã recipimus. Idẽ:

Idem Caliſtus in eadem, paulò ſuperius.

Qui non ſunt recipiendi in accuſatione.

COnſpiratores in nullius accuſatione ſunt recipiendi: nec eorum, vel ana-
ematizatorum vox vllum nocere aut
ædere poteſt. Item Stephanus Papa:

Stephanus epiſt. 2.

De eodem.

NVllus anathematizatorum ſuſcipia-
tur: nec à quoquam credantur, quę ab
is dicuntur vel conſcribuntur. Eos dico
nathematizatos eſſe quos Epiſcopi ſuis
criptis anathematizauerunt, aut eorũ ſta-
uta anathematizãt. Itẽ Fabianus Papa:

Fab. epiſt. 1. ad eccleſ. miniſtros.

Anathematizati fideles accuſare nõ poſſunt.

OMnes, quos ſanctorum patrum ſtatu
ta tam præteritis, quàm futuris tem-
oribus, anathematizãt, ſubmouemus, &
b omnium fidelium accuſatione aliena-
ius. Item Stephanus Papa:

Stephan. 1. epiſt. 2.

Clericus qui Epiſcopum accuſauerit, infamis fficitur.

CLericus verò, qui Epiſcopum ſuũ ac-
cuſauerit, aut ei inſidiator extiterit,
on eſt recipiendus, quia infamis effectus
ſt, & à gradu debet recedere, ac curiæ tra-
li ſeruiturus. Item Alexander Papa.

Epiſt. 1.

*Infames & exules fiant, qui Epiſcopos per-
equuntur.*

Hi qui

HI qui Episcopos suos persequũtur, & amouere nituntur iniustè, cõtra Apostolicã autoritatem, etsi à morte prohibentur, dicente domino, Nolo mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat: perpetua tamen proculdubio notantur infamia & exilio digni iudicantur finitimo: de quibus à temporibus Apostolorum, & infrà, tenemus atque decreta habemus. Eorũ accusandi Episcopos, vel testificãdi, vocẽ obstruimus quos nõ humanis, sed diuinis actibus mortuos scimus. Itẽ Zepherinus Papa.

Ezech. 18.

Epist. 1. ad Episc. Sicilien.

Detractores & inimicorum actores, Episcopos non accusent.

DEtractores, qui diuina autoritate eradicãdi sunt: & actores inimicorũ ab Episcopali submouemus accusatione vel testimonio. Item Eutychianus Papa j.

Epist. 2. ad Episc. Sicilia.

Infamis, vel sacrilegus religiosum Christianum accusare non potest.

NVlli vnquã infami, aut sacrilego de quocunque negotio liceat aduersus religiosum Christianũ (quamuis humilis, abiecta, seruilisq; persona sit) testimoniũ dicere, nec de qualibet ratione vel inscriptione Christianum impetere. Notandum verò est, quòd aliud sit excommunicatio, & aliud anathematizatio. Vnde Ioannes Papa viij. scribit cuidam Episcopo:

Aliud

Aliud eſt excommunicatio, aliud anathema-
atio.

ENgeltrudam vxorẽ Boſonis noueris non ſolùm excommunicatione, quę à aterna ſocietate ſeparat: ſed etiam ana-ema te, quod ab ipſo Chriſti corpore uod eſt eccleſia) recidit, crebrò percuſ-n eſſe. Vnde datur intelligi, ꝙ anathe-atizati intelligendi ſunt nõ ſimpliciter aterna ſocietate, ſed etiã à corpore Chri (quod eſt eccleſia) omnino ſeparati.

QVAESTIO V.

An teſtes de domo accuſatorum ſint producendi, & inimicorum vox ſit audienda.

QVOD VERO teſtes de domo accuſatorum producẽdi non ſunt, & quòd vox inimi corum non ſit audienda, multorũ autoritatibus pro-tur. Ait enim Caliſtus Papa: *Epiſt 2. ad Epiſc. Gal.*

Conſanguinei & familiares aduerſus extra-os teſtimonium non dicant.

CONſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimoniũ non dicant, nec miliares vel de domo prodeuntes: ſed ſi oluerint, & inuicem conſenſerint, inter parentes teſtificentur, & non in alios.

Epi. 5. Item Anacletus Papa: A

Nuper inimici, accusatores vel testes esse non possunt.

ACcusatores & testes esse non possunt, qui ante hesternum diem, aut nudiustertius inimici fuerunt: ne irati nocere cupiant, ne læsi se vlcisci velint. Inoffensus igitur accusatorum & testium affectus quærendus est, & non suspectus.

In actione quintæ synodi Romana. Item Symmachus Papa:

De eodem.

ACcusatoribus verò inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus vel qui cum inimicis morantur, aut suspecti sunt, non credatur: ne irati nocere cupiant, ne læsi se vlcisci velint. Si quis hęc, quę hodie in sancta synodo prohibita sunt, infringere tentauerit, aut volũtariè trãsgredi prę sumpserit, si clericus est, gradu proprio penitus careat. si verò monachus aut laicus fuerit, communione priuetur: & si non emẽdauerit vitiũ, anathemate feriatur. Secretas verò insidias, vel manifestas, Põtificibus à quibuscũque illatas, vel ea quę huius sanctæ synodi sententia complectitur, si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam, potiatur honore: & hi qui aduersa eis moliũtur (sicut à sanctis patribus dudũ statutũ est, & hodie synodali & Apostoli-

B

C

ca auto

ca autoritate firmatum)penitus abiiciantur,& exilio (suis omnibus sublatis) perpetuò tradantur. Item Pontianus sanctæ & vniuersalis ecclesiæ Episcopus. *Epistol. 2. omni. Christianis.*

Qui non possunt esse accusatores, vel testes.

SVspectos, aut inimicos, aut facilè litigãtes,& eos qui nõ sunt bonę cõuersationis, aut quorũ vita est accusabilis,& qui rectam non tenẽt & docent fidẽ, accusatores esse,& testes, antecessores Apostolici prohibuerunt:& nos eorũ autoritate submouemus, atque temporibus futuris excludimus. Item Eusebius Episcopis Galliarũ. *Epist. 1.*

Ab accusationibus clericorum repellantur, quos leges seculi non admittunt.

DẼ accusationibus clericorum, super quibus mandastis, scitote, à tempore Apostolorũ in hac sancta vrbe seruatum esse, accusatores & accusationes, quas exterarum consuetudinum leges non adsciscunt, à clericorum accusatione submotas. & infrà: Idcirco & nos sequentes patrum vestigia, pro saluatione seruorũ Dei, quasunque ad accusationes personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submouemus: vt nullæ accusationes audiantur à iudicibus ecclesiasticis, quæ à legibus seculi prohibentur. Item Pelagius Papa: *Paulò infrius.* *Pelagi. 2. Epis. Italiæ.*

Alienigenæ, & quos diuinæ voces mortuos appellant, Episcopos accusare non possunt. A

CAnonica sanctorum patrum statuta sequentes, atque roborantes, omnes infames, cunctosque suspectos, vel inimicos, & eos qui non sunt eorum gentis, vel quorũ fides, & vita, aut libertas nescitur, & qui non sunt bonæ conuersationis, vel quorum vita est accusabilis, ab omni accusatione Episcoporum funditus submouemus. Similiter & omnes, quos diuinæ leges mortuos appellant, submouendos esse B ab eadẽ accusatione, & publicæ pœnitentiæ submittẽdos iudicamus. Itẽ ex synodo Romana, habita sub Hadriano Papa.

Ex Damasi epi. 3. ad Stepha.

A clericis repelluntur accusationes, quas leges seculi non adsciscunt.

ACcusationes & accusatores, atque eorum negotia, quæ seculares non adsciscunt leges, diuina ac synodica funditus à clericis repellere autoritate censemus: quia indignum est, superiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt. Item Stephanus Romanæ ecclesiæ Episcopus omnibus Episcopis. C

Stephan. 1. epist. 2. de accusationibus Sacerdotum.

Nec seruus: nec libertus, nec infamis Episcopos accusare præsumant.

ACcusatores & accusationes, quas leges seculi non admittunt & antecessores

ſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmo-
uemus. Nullus alienigena, aut accuſator
fiat eorum, aut iudex. Vnde & de Loth ſcri *Gen. 19. b*
ptum eſt: Ingreſſus es, vt aduena: nunquid
vt iudices? Accuſator autem noſtrorũ nul-
lus ſit ſeruus, aut libertus, nullaq; ſuſpecta
aut infamis perſona. Itẽ Euſebius Papa: *Epiſt. 3. ad Epiſcopos Tuſcia.*

Infames, qui ad ſortilegos & diuinos concur
runt, nec accuſatores, nec teſtes eſſe poſſunt.

COnſtituimus cum omnibus, qui no-
biſcum ſunt Epiſcopis, vt homicidę,
malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulte-
ri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, do-
meſtici, periuri, & qui raptum fecerũt, vel
qui falſum teſtimonium dixerunt, ſeu qui
ad ſortilegos diuinosque concurrunt, ſimi
lesque eorum, nullatenus ad accuſationẽ,
vel ad teſtimonium ſint admittendi: quia
infames ſunt, & iuſtè repellendi, quia fune
ſta eſt vox eorum. Item Iulius Papa: *In Decretis, cap. 31.*

Suſpecti, aut gratioſi ad accuſationem non ad
mittantur.

SImiliter in præfixa ſynodo eſt decretũ,
ne ſuſpecti, aut infames, aut crimino-
ſi, aut gratioſi, aut calumniatores vel affi-
nes, vel ſcelerati, aut facilè litigantes, ſuſci
piantur accuſatores: ſed tales, qui omni vi *Felix 2. ca. 4. decreti ſui.*
io careant & ſuſpicione. Itẽ Felix Papa:

Qui inimicitiis ſtudet, vel facilè litigat, nec

accusator nec testis esse potest. A

NVllus seruus, nullus libertus, nullus infidelis, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitiis studet, nullus frequenter litigans, & ad accusandum vel detrahendum facilis, nulla infamis persona, vel omnes quos ad accusandum publica crimina leges publicæ non admittunt: permittantur Episcopos accusare. Item Callistus Papa:

Familiares, suspecti, de domo prodeuntes non recipiantur in accusatione. B

ACcusatores vel testes suspecti non recipiantur, nec familiares vel de domo prodeuntes: nec etiam consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium dicant: quia propinquitatis & familiaritatis ac dominationis affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis, & timor, atque auaritia, plerunque sensus hebetant humanos, & peruertunt opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. C Item Gelasius Papa:

Pela. 2. epist. 1. Decretalium.

Qui inimici, vel suspecti sunt, & qui odio quoslibet insequuntur, ab accusatione remoueantur.

OMnes, qui aduersus patres armantur, vt patrum inuasores, infames esse cẽsemus. Horum ergo vitiorum autores vel

patrato

patratores, non sunt in accusationem Pon ificum recipiendi, sed penitus repellendi: quoniam iubent canonica Decreta patrũ, vt accusatio vel testimonium eorum, qui odio quoslibet persequuntur, vel qui inimici aut suspecti habentur, nullo modo re cipiantur. Item Paschalis Papa:

De eodem. Palea.

NVlli Episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos antequam ab eis mpeteretur, à sua communi familiaritate neglexerit separare. Quòd verò inimici ab hac accusatione prohibeantur, inde est, quia eorum calliditate innocentia frequen ter opprimi solet. Sed cùm Anastasius suæ cathedræ reddi præcipitur, quia de inimicitia sui Patriarchæ conquestus est: patet quòd etsi manifesta crimina alicuius sunt, non tamen condemnandus est accusatione inimici. Vnde Nicolaus Papa scribit Michaëli Imperatori: *Nicol. I.*

Qui inimici sunt, iudices esse non possunt.

QVòd suspecti * & inimici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius & amabilius dare quis inimico potest, quàm si ei ad impetendum commiserit, quem lædere fortè voluerit? Quod prouidè Constantinopolitana synodus

* *Quia sic spectis.*

Canonum ſuorum ſexto dinoſcitur prohibere capitulo. Veniamus & ad ſanctam Chalcedonenſem ſynodum: & quid nobis de ipſo Anaſtaſio Parrhenorũ referat Epiſcopo, audiamus. Is enim Antiſtes tertiò euocatus, quia non occurrit, à ſuo Patriarcha canonicè condemnatus extiterat: ſed ſolùm, quia cùm vocaretur ad ſynodum, quòd inimicus eſſet eius ipſe qui iudicabat, clamauit, à ſancta Chalcedonenſi ſynodo ad cauſas illatas ſibi examinandas reſeruatur: & niſi denuò conuinceretur, recipere propriam iudicatur eccleſiã. Si Anaſtaſius à Patriarcha ſuo depoſitus, quia de inimicitia eius cõqueſtus eſt, iteratò ad iudicium reuocandum dirigitur: etſi manifeſta ſibi officiant crimina, tamen ſuæ eccleſiæ reddi præcipitur: quantò magis Ignatius, qui non à Patriarcha, ſed potius ipſe exiſtens Patriarcha, minimè debuit eccleſia propria priuari, & inimicis & ſuſpectis iudicibus decernẽtibus expoliari? Veniat & facundiſsimus noſter pater Papa Gelaſius, hæreticorũ expugnator fortiſsimus, & quid de Conſtãtinopolitanis Epiſcopis more ſolito tunc ægrotantibus dixit, etiã nunc nobis ediſſerat: quęro (inquit) ab eis, iudicium, quod prætendunt, vbinam poſſit agitari? an apud ipſos, vt iidem inimici ſint,

ſint, & teſtes, & iudices? Sed tali iudicio nec humana debẽt cõmitti negotia. Quòd ſi in iudicio, vbi iidem ſunt inimici qui iudices, nec humana committi debent negotia, quantò minùs diuina, id eſt eccleſiaſtica, qui ſapiẽs eſt, intelligat. Et reuera hinc Iuſtinianus Imperator pius legibus ſuis promulgaſſe dinoſcitur, dicens: Liceat ei, qui ſuſpectum ſibi iudicem putat, antequã lis inchoëtur eum recuſare, vt ad alium recurratur. Nà quodammodo naturale eſt, ſuſpectorum iudicum inſidias declinare, & inimicorum iudicium velle refugere.

Hinc ſanctus Ioannes Os aureum, concilij contra ſe congregati renuit intrare collegiũ. Patet ergo, quòd etſi manifeſta ſint crimina alicuius, tamen accuſatione inimici condemnandus non eſt.

QVAESTIO VI.

An extra prouinciam reus ſit producendus.

EXTRA prouinciam autẽ reus nullatenus eſt producendus.

Vnde Fabianus Papa ſcribit *Epiſt. 2.* Hilario Epiſcopo.

Vbi crimen admittitur, ibi cauſa ventiletur.

VBi ſemper cauſa agatur, vbi crimen admittitur: & qui non probauerit, quod

obiecit, pœnam quam intulerit, ipse patia A
tur. Item:

Idem Fab. paulò supe rius in eadem.

Accusatus non nisi in foro suo audiatur.

SI quis Episcoporum super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiatur, qui sunt in prouincia sua, Episcopis: quia non oportet accusatum alibi quàm in foro suo, audiri. Exceptio autem fori dilatoria est, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari. Peremptorias autem exceptiones, vt sunt prę scriptiones lõgi tẽ
Idem Fab. in eadem epistol. 3. poris, sufficit in initio litis cõtestari. Itẽ: B

De eodem.

PVlsatus ante suum iudicem causam dicat: ante non suum iudicem pulsatus, si voluerit, taceat. Pulsatis verò, quotiens appellauerint, inducię dentur. Hoc autem, quod de loco dictum est, tunc intelligendũ est, cùm veritas causæ non nisi in loco admissi criminis deprehendi potest: aut nisi altera pars iudiciũ maioris personæ interpellauerit, siue declinãdo iudiciũ, siue releuando sentẽtiã. Vnde Stephanus sanctę & C
Apostolicę atq; vniuersalis ecclesię Roma
Epist. 2. næ Episcopus scribit omnibus Episcopis:

Intra prouinciam, & à comprouincialibus tantùm, causa est audienda.

VLtra prouinciarum terminos accusandi licẽtia nõ progrediatur: sed omnis

accusa

accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur: nisi tãtùm ad Apostolicam sedem fuerit appellatum.

Item Sixtus Papa: *Epi. 1. ad Grat. Epis.*

A comprouincialibus accusatus vel iudicatus, Apostolicam sedem appellet.

ACcusatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos retractare eius negotiũ ꝓcuret. Et dũ
B iterato iudicio Pontifex causam suã agit, alius in eius loco non ponatur aut ordinetur Episcopus: quoniã quãquàm cõprouincialibus Episcopis accusati causam Episcopi liceat scrutari, non tamen diffinire incõsulto Romano Põtifice permissum est. Itẽ Damasus Papa Stephano Archiepiscopo: *Epist. 3.*

De eodem.

DIscutere Episcopos, & summas causas ecclesiasticorum negotiorum, Metropolitano vnà cum omnibus cõprouin-
C cialibus suis, ita vt nemo ex eis desit, & omnes in singulorum cõcorditer negotiis conueniant, licet. Sed diffinire eorũ atque ecclesiarum summas querelas causarũ, vel damnare Episcopos, absque huius sedis autoritate minimè licet: quoniã omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio

opor

Ad Gallia prouincias scribens.

oportet. Item Eleutherius Papa: A

Comprouinciales & Metropolitani Episcoporum causam audire, sed diffinire non possunt.

QVamuis liceat apud comprouinciales, & Metropolitanos, atque Primates Episcoporũ ventilare accusationes vel criminationes: non tamen licet diffinire sine huius sanctæ sedis autoritate: sicut ab Apostolis eorumque successoribus, multorum consensu Episcoporum iam diffinitũ est: nec in eorum ecclesiis alij aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iustè terminentur negotia. Reliquorũ verò clericorum causas apud Comprouinciales, & Metropolitanos, & Primates, & ventilare, & iustè finire licet. Item Leo Episcopus vrbis Romæ Anastasio Episcopo Thessalonicensi. B

Leo pap. 1. epist. 82. ad Anastasium Episcopum.

Ante Apostolicam censuram in causis episcoporum non est diffinitiua ferenda sententia.

MVltùm stupeo, frater charissime, sed & plurimum doleo, quòd in eum, de quo nihil amplius iudicaueris, quàm quòd euocatus adesse differret, vt excusationem infirmitatis ostenderet, tam atrociter & tã vehementer potueris commoueri: præsertim cùm etiam si tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberemus. Sed & si quid graue C

intole

ntolerandumque cõmitteret, noſtra erat expectanda cenſura: vt nihil ipſe priùs decerneres, quàm quid nobis placeret, agnoſceres. Vices enim noſtras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem ſis vocatus ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde ſicut multum nos ea, quæ à te piè ſunt curata, lætificant: ita nimium ea quæ perperam ſunt geſta, contriſtant. Item Iulius Papa Orientalibus Epiſcopis: *Iuli. 1. epiſtola 1.*

Præter conſcientiã Romani Pontificis nec cõcilia celebrari, nec epiſcopum damnari oportet.

DVdum à ſanctis Apoſtolis, ſucceſſoribusque eorum, in antiquis decretũ eſt ſtatutis, quæ hactenus ſancta & vniuerſalis Apoſtolica tenet eccleſia, non oportere præter conſcientiam Romani Pontificis concilia celebrari, vel Epiſcopum damnari: quoniam ſanctam Romanam eccleſiam Primatum omnium eccleſiarum eſſe voluerunt. Et ſicut Beatus Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorũ, ita & eccleſia ſuo nomine cõſecrata, domino inſtituente, prima ſit & caput cæterarũ: & ad eam, quaſi ad matrem atq; apicem, omnes maiores eccleſiæ, cauſæ & iudicia Epiſcoporum recurrant, & iuxta eius ſententiam terminũ ſumãt, nec extra Romanum quicquã ex his decerni debet Pontificem.

C

Aliquan

2. pars. Aliquando inconsulto Romano Pontifice plerique Episcoporum damnati inueniuntur, & alij in eorum locum subrogati: quorum damnationem & subrogationē, pro bono pacis ex dispensatione toleratse legitur ecclesia. Vnde Nicolaus Papa Salomoni regi Britonum: A

Nicol. pri.

Quorundam Episcoporum depositionem contra conscientiam Romani Pontificis factam, pro pace tolerauit ecclesia.

HAec quippe est ordinatio Dei patris tui, & hæc est lex ecclesiæ matris tuę, videlicet vt omnes Episcopos regni tui ad Turonensem Archiepiscopum mittere nō detrectes, ipsiusque iudicium postulare nō dedigneris. Ipse enim est Metropolitanus: & omnes Episcopi tui regni suffraganei eius sunt, sicut conscriptiones prædecessorum meorum euidenter ostendunt: qui prę decessores tuos, quia illos ab ipsius cura subtraxerant, forti inuectione corripere studuerunt: quamuis nec nostra scripta super hac re missa deesse videantur. Cumq; coram designato Turonicæ ecclesiæ Præsule, & integro numero collegarum, id est duodecim Episcoporum celebrato conuentu, fuerint electi Episcopi regulariter examinati, apparueritque quòd canonicè fuerint electi: Episcopis ipsis in sua dejectione B C

manen

A manentibus, qui in locis eorum conſecrati ſunt, potuerunt vtique Epiſcopatus honore potiri. Quòd ſi Epiſcopi eiecti inſontes fuerint declarati, his amotis, qui illis ſubrogati ſunt, eccleſias ſuas ipſi recipiant. Nã cùm anteceſſores mei Prę ſules eiectionem eorum Epiſcoporum, qui ab eccleſijs ſuis ſunt expulſi, nec admiſerunt, nec approbauerũt, nec ipſos, qui eis ſubrogari poſſunt, viuentibus illis legitimos Epiſcopos dixerunt. Sanè ſi ad Turonenſem fortè Archi-

B epiſcopum mittere præfatos Epiſcopos dignaris, ſtudeas duos Epiſcopos de expul ſis, & duos de ſubrogatis vnà cũ eccleſiæ tuæ legato ad Apoſtolicam Beati Petri ſedem tranſmittere, vbi digna examinatione præmiſſa, qui legitimi Epiſcopi ſunt, appareãt, & ſuas eccleſias irregulariter nõ amittant. Nihil enim quæro aliud in præſenti negotio diffinire. Quia verò magna, quis ſit Metropolitanus apud Britãnos, cõ

C tẽtio eſt: licet nullius memoria teneat, vos in veſtra regione vllam habuiſſe metropolitanam eccleſiam: tamen, ſi libet, poſtquã Deus omnipotens pacem inter vos & dilectum filium noſtrum Carolum Regẽ glorioſum cõſtituerit, facilè hoc poteritis aduertere. Quòd ſi adeò contentioſius creditis agere, ad noſtrũ Apoſtolatum deſtinare

contẽdite: quatenus nostro libramine, quæ fuerit apud vos antiquitus Archiepiscopalis ecclesia, luce clarius innotescat: & deinceps omni ambiguitate recisa, quem sequi Episcopi vestri debeant, incũctanter agnoscant. Neque enim ecclesia Dei per discordias Regum diuisionis aliqua pati damna necesse est: cùm (quantum ex se est) pacem, quam prædicant, seruare studeant inuicẽ, & in omnes. Aliàs autem irrita erit Episcoporum sententia, & à synodo retractanda. Vnde Felix Papa: A

3. pars.

B

Felix 1. epist. 1. ad Paternum.

Damnatio iniusta irrita est, & in synodo retractanda.

IRritam esse Episcoporum damnationẽ & iniustam censemus, & idcirco à synodo retractandam, ita vt oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis. Quòd autem Metropolitanum suum contemnere, & aliorum iudicium alicui expetere nõ liceat, Sixtus Papa testatur, dicens:

Sixtus 3. Epist. ad Orientales Episcopos.

C

Peregrina iudicia in omnibus sunt submouenda.

PEregrina iudicia (salua in omnibus auctoritate Apostolica) generali sanctione prohibemus: quia indignum est, vt ab extraneis iudicentur, qui comprouinciales, & à se electos debẽt habere iudices: nisi fuerit appellatum. Item Anacletus Papa:

Epist. 1.

Leges

A LEges eccleſiæ Apoſtolica firmamus au toritate & peregrina ſubmouemus iu dicia. Vnde & Dominus mentionem faciẽs de Loth, per Moyſen loquitur, dicens: Ingreſſus es quidem (inquit) vt aduena: nunquid vt iudices? Item Innocentius Papa: *Genes. 19*

Innocen. 1. epiſt. 2. ad Victorem Epiſcopũ Rothomagen.

Nulli liceat aliarum prouinciarum iudicium expetere.

NOn liceat cuiquam (ſine præiudicio tamen Romanæ eccleſiæ, cui in omnibus cauſis reuerentia & autoritas debetur)
B relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei eccleſias nutu diuino gubernãt, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum Epiſcoporum iudicia expetere vel pati. Quod ſi quis præſumpſerit, ab officio cleri ſubmotus, & iniuriæ reus ab omnibus iudicetur. Reuerentia autem, quæ Apoſtolicæ debetur eccleſiæ, & eius autoritas, intelligenda eſt, cùm vel ad ipſum appellatum fuerit, vel ab ea iudices electi conceduntur. Vnde Sixtus Papa, cũ diceret, Comprouinciales, & à ſe electos debent habere iudices: ſtatim ſubiungit, Niſi fuerit appellatum. Item Anacletus Papa: *Epiſto. 1*

Abſque Apoſtolicæ ſedis decreto extraneos iudices adire non poſſumus.

VNaquæque prouincia tam iuxta eccleſiaſticas, quàm iuxta ſæculi leges, de-

bet suos iustos & non iniquos habere iudi A
ces,& non extraneos:nisi huius Apostolicę
sedis decreuerit autoritas. Item ex syno-
do Romana:

Super appellatione alterius prouincia iudices adire non oportet.

NEminem exire de prouincia ad pro-
uinciã,vel de comitatu ad comitatũ
oportet, nisi ad relationem iudicis:ita vt
actor rei forũ sequatur. Et infrà: Illa quæ
sunt per vnamquãque prouinciam, ipsius
prouinciæ synodus dispenset:sicut in Nice B
no constat esse decretum concilio. Vltra
* *al. nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatũ. Elent. Pa. epistola ad Galliæ prouincias.* prouinciæ terminos accusandi licentia
non progrediatur: sed omnis accusatio in-
tra prouinciam audiatur,& à cõprouincia
libus terminetur:nisi * Prælatus sit qui ac
cusatur. Item Sixtus: *De eodem.*

SI quis clericus super quibuslibet crimi
nibus accusatus fuerit, in prouincia, in
qua consistit ille qui pulsatur,suas exerceat
actiones:nec existimet eum accusator suus C
alibi aut longius ad iudicium protrahen-
Fabia. epi. 3. ad Hila. Episcopũ. dum. Item ex decreto Hadriani Papæ.

Vbi crimen admittitur,ibi causa ventiletur.

QVi crimen obiicit, sciat se probatu-
rum. Reuera ibi causa agatur, vbi
crimen admittitur.

QVAESTIO VII.

An

A An ſit audienda eius ſententia, quẽ cum reo par inficit malitia.

QVOD IVDEX eſſe non poſsit, quẽ cũ reo par aut maior macula inficit, multis autoritatibus probatur. Dicit enim ſancta Romana ſynodus: *Felix Papa epiſt. 2. ad Epiſco. Gallia.*

Infames, iudices eſſe non poſſunt.

INfamis perſona nec procurator eſſe poteſt, nec cognitor. Tria ſunt quibus aliB qui impediũtur, vt iudices nõ fiãt. Natura, vt ſurdus & mutus: & q̃ perpetuo furioſus eſt: & impubes, quia iudicio caret. Lege, q̃ à Senatu amotus eſt. Moribus, fœminæ & ſerui: nõ quia nõ habeant iudiciũ, ſed quia receptũ eſt, vt ciuilibus non fungantur officiis. Verũtamẽ ſi ſeruus dũ putaretur liber, ex delegatione ſentẽtiã daret, quãuis poſtea in ſeruitutẽ depulſus ſit, ſententia ab eo dicta, rei iudicatæ firmitatem tenet. Item in Digeſtis tit. de poſtulando. *Lib. 3. ti:*

CINfames nõ poſſunt eſſe procuratores vel patroni cauſarum. Sunt autem tres ordines eorũ, qui poſtulare prohibentur. Eſt autem poſtulare, deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt exponere, vel alterius deſiderio contradicere. Nam (vt præmiſimus) non

postulantium tres ordines sunt. Quidam A
prohibentur omnino postulare, vel propter ætatem, vt minores xvij. annis: vel propter casum, vt surdus qui prorsus non audit. Alij prohibentur ne pro aliis postulent, vel propter sexum, vt fœminæ: vel propter casum, vt vtroque lumine orbati: vel propter notam infamiæ turpitudinis, vt hi qui corpore suo muliebria passi sunt: nisi fortè vi prædonũ vel hostiũ stuprati probentur. Similiter, qui capitali crimine, B
vel calũnię causa publici iudicij sunt dãnati: vel q̨ operas suas locauerũt, vt cũ bestiis depugnarẽt in arena, pro alijs postulare prohibentur. His personis pro se allegare permittitur: pro aliis postulare prohibetur: nisi fortè tutelam impuberum, vel curam adolescentium non affectatam, sed necessariam administrent. Pro his enim, quorum curam gerunt, eis postulare conceditur. Alij enim omnes, qui vt infames notantur nisi pro se, & pro certis personis postulare C
non possunt: nisi in integrum restitutionem acceperint. Permittitur autem eis postulare pro parente, pro patrono & patrona, pro liberis etiam suis, & parentibus patroni & patronæ, pro liberis etiam suis, fratribus & sororibus, socero, socru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno

A uigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, surdo, prodigo, & adolescente. Item pro his, quibus propter infirmitatem curatores dari solent: vt qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. Omnes autem qui non sponte, sed necessariò, funguntur officio, sine offensa postulare possunt, etiamsi hi sunt quibus non nisi pro se postulare permittitur. Affinitates verò non eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt,
B sed præsentes. Nurus & generi appellatione, & soceri, & socrus, etiam vlteriores, quibus præpositio, pro, solet accedere, continentur. Arcentur etiam à professione aduocatorum (sicut in secundo libro Codicis, titulo de postulando, inuenitus) qui sub nomine honorariorum, ex ipsis negotijs, quæ tuenda susceperint, emolumentum sibi certæ partis, cum graui dãno litigatoris & depredatione, poscentes
C inueniuntur. Item: Si quis adeò procax fuerit, vt nõ ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur. Præterea non licet aduocato vllum contractum inire, vllam pactionem conferre cum eo litigatore, quem in propriam recepit fidem: nec ex industria iurgium protrahere. Apud vrbem Romam

L. 4. eiusd.

L. 6. eiusd.

L. 3. eiusd.

2. pars.

Tit. sextò, l. 5.

L. 6. eiusd. tit.

etiam honoratis, qui hoc officium putauerint eligendum: eousque liceat orare, quousque maluerint: videlicet vt non ad turpe compendium stipemque deformem * hæc arripiatur occasio. Nam si lucro pecuniaq; capiãtur, veluti degeneres intervilissimos numerabũtur. Si verò in vno auditorio duo tantũ, vel plures, præ cæteris fuerint, quorum fama sit hilarior: in iudicantis officio sit, vt par causidicorũ distributio fiat, & exæquetur pro partibus auxilium singulorum. Si quis verò commonitus à iudice, ea excusatione, quæ nequeat comprobari, cuicunque parti patrocinium denegauerit, careat foro. Sciat etiam, nunquàm sibi agendi copiam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum pluribus, & aduersario suo subtraxisse parem defensionis copiã, ostẽdet proculdubio iniquam à se litem foueri, & autoritatem iudiciariam à se delusam experietur. Item: Quamuis illi, qui causam fisci egissent, prohibeantur aduersus fiscum patrociniũ præstare, tamen hodie etiam aduersus fiscum patrociniũ possunt exhibere priuatis, etiã dum eam causam declinẽt suscipere, quam tractauerãt, dum fisci aduocati fuerunt. Item: Si cõtra patrem pupilli causam egisti, tutor vel

A

B

C

* al. vel etiã stipendium deforme. L. 7. ibidẽ.

Ex li. 3. di gest. ti. 1. de postul. l. 10. & 11.

cura

A curator datus eãdem causam defendere nõ prohiberis. Cognitores verò ex officio intelligantur, non ex arbitrio. Nihil enim refert, is qui arbitrium suscipit, an sit integræ famæ, an ignominiosus. Filius etiam in re patris arbiter esse potest. Nam & iudicem eum esse posse plerisque placet. Si quisverò iudex sit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex est, & in se compromitti iubere prohibetur: & si sentẽtiam dixerit, non est danda pœnæ persecutio. Seruus ar

B biter esse non valet: libertinus potest. *Ex li. 2. Codicis, ti. 11. de cau. ex quib. infa. irrog.*

Porrò infamia multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti, declarati per sententiam: veluti cùm iudex pronuntiat, Iniuriam feciſti, hæreditatem expilasti, calumniatus es. Aliquãdo genere pœnæ: sicut illi, qui damnantur in opus publicum: qui pristinum quidem statum obtinent, sed damno infamiæ etiam post impletũ tẽpus, subiiciuntur. Aliquãdo

C genere pœnæ & delicti declarati per sentẽtiam: veluti dũ fustibus cæso per præconẽ dicitur, συκοφαντῆσας, ideſt, calumniaris. Aliquando ipso genere facti: vt exercentes improbũ fœnus, & illicitæ exigentes vsuras vsurarũ: & mulier, quæ intra tempus quo moris est lugere maritũ, contrahit matrimoniũ: & qui sciens eam vxorem duxerit.

Idem testatur Felix Papa, & eisdē verbis. A

Matt. 7. a Item: In euāgelio ille qui trabem gestat in oculo: probatur nō posse educere festucā de oculo fratris sui. Item: Dauid in lib. *Psal 49* Psal. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamē-*Greg. Homil. 12. Evang.* tum meum? &c. Item Gregorius: Cuius vita despiciturrestat vt eius prędicatio contemnatur. Idem in Moralibus.

Idem cap. 15. lib. 14. in Iob

Qui aliorum vitia puniunt, sua prius corrigere studeant.

3. pars. Ieann. 8. a QVi sine peccato est vestrûm, primus B in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe peccata puniēda ibant, & sua relinquebāt. Reuocētur igitur intus ad conscię tiam: vt prius propia corrigāt, & tunc alie *Iudic. 20. a* na reprehēdant. Hinc est, quòd cùm tribus Beniamin in carnis scelere fuisset obruta, collectus omnis Israël, vlcisci iniquitatem voluit: sed tamen semel & iterum in belli certamine est ipse prostratus. Cōsulto enim Domino, si ad vlciscendum ire debuisset, C iussum est vt iret, qui iuxta diuinę vocis imperiū perrexit, & semel & secundò perdidit, & tunc demum peccatricē tribum valde feriens, penè funditus eā extinxit. Quid hoc est, quòd in vltione sceleris inflammatur, & tamen prius iste prosternitur? nisi quòd prius ipsi purgandi sunt, per quos

alior

A aliorum culpæ feriuntur: vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinãt. Item Ambrosius super Beati immaculati. *Ambr. ser. 20. ad versum, Miserationes tua Domine.*

Ille de vita alterius iudicet, qui non habet in seipso, quod puniat.

IVdicet ille de alterius errore, qui non habet in seipso, quod condemnet. iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda, ne cùm de alio iudicat, in se ferat sententiã. Iudicet ille, qui ad pronun
B tiandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. Et post pauca: Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & proposito domesticæ voluntatis: sed iuxta leges & iura pronuntiat: statutis iuris obtemperat: non indulget propriæ voluntati: nihil præparatum & meditatũ de domo defert: sed sicut audit, ita iudicat: & sicut se habet natura, decernit: obsequitur legibus, non aduersatur: examinat causæ merita, non
C mutat. Discite iudices seculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam societatem, quam sobrietatem, quam synceritatem. Et paulò pòst: Qui iudicat, voluntati suæ obtemperare non debet, sed tenere, quod legũ est. Et post pauca: In iudicando, cordi magis est custodia veritatis, quã obedientia voluntatis. Item Gregorius *Greg. ca. 6 præfat. in Iob.*

A iudicat: nos videlicet typicè instituens, vt cùm quælibet proximorum errata conspicimus, non hæc antè reprehendendo iudicemus, quàm ad conscientiã nostrã humiliter reuersi, digito eam discretionis solerter exculpamus, & quid in ea cõditori placeat, quídve displiceat, examinatione diri mamus: iuxta illud Apostoli: Fratres, si *Gala.6.* pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c. Qui sine peccato est vestrũ, id est, *Ioan.8.a* primò vos ipsi iustitiam legis implete: &
B sic innocentes manibus ad lapidãdã reã cõ currite. Item Aug. ad quendam Comitẽ:

Sacerdos primùm sua peccata, deinde aliena detergat.

SAcerdos, vt sapiens medicus & perfectus, primùm sua peccata diluere sciat: & postea aliena detergere, & sanare, & nõ publicare. Item in Euangelio, sal infatuatum ad nihilum vtile esse dicitur, nisi vt proiiciatur foras, & ab hominibus conculcetur. Ex quibus omnibus datur intelligi,
C quòd criminosus alterius criminis iudex esse non potest: & seipsum condemnat, dũ in alterius crimen sententiã profert. Sed obiicitur: Saul cùm à Domino esset reprobatus, populum Dei iudicabat, & eius iudicium vniuersus populus expetebat. Item Dauid, cùm esset adulter & homicida, *Matt.5.b* *1.Re.15.f* *2.Re.12.a*

interro

interrogatus à Propheta, sententiam in di A
uitem dedit, qui ouem pauperis rapuit, di-
cens: Iudicium mortis est viro huic. Item
3.Re.11.a Salomon, cùm amore mulierculæ Deos
gentilium coleret, tamen vniuersa plebs
3.Re.16.f Israëlitica ad eius iudicia cõfluebat. Sic &
Achab, quamuis coleret Baal, tamen de-
cem tribus iudicabat. Multi etiam alij tam
in veteri testamento, quàm in nouo inue-
niuntur, quorum vita cùm esset blasphe-
mabilis, tamen eorum sententia, quia ex
officio seruata iudiciarij ordinis integri- B
tate processit, inuenitur seruata. Vnde &
Mat.23.a Dominus ait in euangelio: Super cathe-
dram Moysi sederunt Scribæ & Phari-
sęi, &c. Hinc liquidò constat, quòd mali pa
stores, dum sententia iusti examinis alio-
rum crimina feriunt, sibiipsis nocent, dum
sine exemplo suæ emendationis aliorum
vitia corrigere curant: subditis verò pro-
sunt, si eorum increpatione correcti, vel
sententia coërciti, vitam suam in melius
commutare didicerint. Ac per hoc, dum C
ab ecclesia tolerati fuerint, eorum iudi-
cium subterfugere non licet.

QVAESTIO VIII.

An ab vno tantùm Episcopus sit audiendus, vel iudicandus.

QVOD

A QVOD AVTEM Epiſcopus ab vno tantùm audiri vel iudicari non debeat, Zephẽrinus Papa teſtatur, dicens: *Epiſt. 1. ad Epiſc. Sicilia.*

Epiſcopus non niſi à pluribus audiatur, & iudicetur.

ACcuſatores Epiſcoporum omni careãt ſuſpicione: quia colũnas ſuas Dominus firmiter ſtare voluit, nõ à qbuslibet agitari. Nullũ nãque eorũ ſententia à non ſuo iudice dicta cõſtringat: quia leges ſecu
B li idipſum fieri prẽcipiũt: vt Cod. lib. vij. titu. de ſentẽtiis & interlocutionibus omniũ iudicũ. Cuius in agendo quis obſeruat arbitriũ, eũ habere etiã cõtra ſe iudicẽ in eodẽ negotio nõ dedignetur: quia & leges ſeculi idipſum fieri præcipiũt. Iudices xij. quilibet Epiſcopus accuſatus (ſi neceſſe fuerit) eligat, à quibus eius cauſa iuſtè iudicetur. Nec prius audiatur, aut excõmunicetur vel iudicetur, quã ipſi per ſe eligãtur.
C Et regulariter ad ſuorũ primò vocatus cõuentũ Epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſtè audiatur, & rationabiliter decernatur. Finis verò eius cauſæ ad ſedẽ Apoſtolicã deferatur, vt ibidẽ determinetur: nec antea finiatur, quàm eius autoritate fulciatur.

Abſens verò nemo iudicetur, niſi ex contumacia abſens fuerit: quia diuinæ & humanæ

In con. Carthag. 2. cap. 10. manæ leges hoc prohibent. Item Felix Episcop. dixit in cõcilio Carthaginiẽ. iij. A

A quot Episcopis audiatur Episcopus, qui in reatum inciderit.

SVggero, secundum statuta veterum cõciliorum, vt si quis Episcopus (quod non optamus) in reatum aliquem inciderit, si ei nimia necessitas fuerit non posse plurimos congregare Episcopos: ne in crimine maneat, à xij. audiatur Episcopis.

QVAESTIO IX.

An accusatores vel testes in absentẽ vocẽ accusationis vel testificationis exhibere valeant. B

DE ACCVSATORIBVS verò vel testibus, quòd in absentem vocem accusationis, vel testificationis exhibere nõ valeãt, multorũ autoritatibus liquet. Ait enim Telesphorus Pa. *In epistola Decretali.*

Nisi reo præsente accusator non audiatur. C

ACcusatori omnino non credi decerni mus, qui absente aduersario causam suggerit ante vtriusque partis iustam discussionem. Item Eleutherius Papa: *Scribẽs ad Gallia prouincias.*

Absente aduersario, sententiã ferre non licet.

CAueant iudices ecclesię, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam profe

A proferant: quia irrita erit, imò etiam cauſam in ſynodo pro facto dabunt. Proditoris verò nec calumnia, nec vox audiatur.

Item Caliſtus Papa: *Epiſt. 2. ad Epiſ. Gal.*

Reo abſente, accuſator non audiatur.

ABſente eo, quem accuſare voluerit quiſquam, accuſatori non credatur: quia ſine ſcripto difficile eſt: per ſcriptum autem nunquam recipiatur: quia per ſcripturam nullus accuſari poteſt: ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare vo-
B luerit, ſuam quiſque agat accuſationem.

Item Cornelius Papa: *Epiſt. 2. ad Rufum.*

Quæ in abſentes geruntur, omnino euacuẽtur.

OMnia quę aduerſus abſentes in omni negotio aut loco aguntur, aut iudicantur, omnino euacuentur: quoniam abſentẽ nullus addicit, nec vlla lex damnat.

Item Marcellus Papa: *Epiſto. 2. Maxentio tyranno.*

Non iudicetur, qui præſentialiter non accuſatur, vel conuincitur.

C NOn oportet quemlibet iudicari vel damnari, priùs quàm legitimos habeat præſentes accuſatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damaſus: *Dama. epiſtola 3. ad Stephanũ Archiepi.*

De eodem.

HAbetur quoque in Decretis ſanctorũ patrũ ſancitum, non fore canonicũ, quenq

quenquam Sacerdotum iudicari vel damnari, antequã accusatores canonicè examinatos præsentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est, inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina. Idem:

A

Ibidẽ continuò.

Palea.

NEc extra patriam fiat prouinciæ prima discussionis accusatio, sine Apostolica præceptione, cui in omnibus causis reuerentia debetur custodiri: quoniã & antiqua patrum regula hoc docet, in qua imperialia pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agitanda est, vbi crimen admissum est. Et in Canonibus: Quæcunque negotia in suis locis, vbi oborta sunt, finienda sunt, salua tamen in omnibus Apostolica autoritate.

B

Idem Damasus epi. 6. ad Epis. Italiæ.

De eodem.

QVi accusare alium elegerit, præsens per se, & non per aliũ, accuset, inscriptione videlicet præmissa. Neque vllus vnquam iudicetur, antequàm legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

C

Cap. 11. concilij Toletani 6.

Item ex concilio Toletano vij.

De eodem.

DIgnum est, vt vita innocentis nulla maculetur pernicie accusatoris. ideo si quis à quolibet criminatur: non ante accusatus

A cuſatus ſupplicio detur, quàm accuſator præſentetur, atque legum & canonum ſententia exquiratur. Quòd ſi indigna ad accuſandum perſona inuenitur, ad eius accuſationem non iudicetur. Item Bonifacius Papa ad Gallos: *Bonifac. 1. epiſt. 2.*

Sentẽtia feriatur, qui cauſæ ſuæ negligit adeſſe.

DEcernimus veſtrã debere intra prouinciam eſſe iudicium, & congregare ſynodum ante diem Calendarum Nouembrium, vt ſi adeſſe voluerit, præſens,
B ſi confidit, ad obiecta reſpondeat: ſi verò adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ de abſentia non lucretur. Nam manifeſtum eſt confiteri eum de crimine, qui indulto & totiens delegato iudicio purgandi ſe occaſione non vtitur. nihil enim intereſt, vtrùm in præſenti examine non omnia quæ dicta ſunt comprobentur: cùm ipſa quoque profeſsio ex procurata totiens conſtet abſentia. Item Felix Papa: *Felix 1. epiſtola 2. ad Epiſc. Galliæ.*

Abſentes nec accuſari, nec iudicari poſſunt.

C ABſente aduerſario non audiatur accuſator: nec abſente alia parte ſententia à iudice dicta vllam obtineat firmitatem.

Item Nicolaus Papa Gallioni Archiepiſcopo Senenſi.

Altera parte abſente, diffinitiua non feratur ſententia,

REuera iustus mediator non est, qui A
vno litigante,& altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat.His ita prę missis,volumus & Apostolica autoritate monemus, vt si presbyter,de quo agitur,post excommunicationem suam Apostolicam sedem adire voluerit,nullus iter eius impedire prę sumat.

Epist.1. ad Epis. Siciliæ.

Item Zepherinus Papa:

In absentem non est ferenda sententia.

ABsens verò nemo iudicetur:quia diui B
næ & humanæ leges hoc prohibent: nisi fuerit absens ex contumacia. Pro prę senti nanque eum contumacia haberi facit. Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi Archiepiscopo:

De eodem.

INdicas Hermannum Episcopum super
quibusdam frequenter fuisse accusatum pro quibus (quia ex parte ipsius persona deest) nos vni parti ad discrimen alterius credere procul dubio non possumus: quã- C
uis nec vsque adhuc,qui fuerint illi excessus dixeris, nec vtrùm sanæ mentis erat idem Antistes, necne, cùm ipsos excessus perpetrabat,euidenter ostenderis. Satiusque arbitramur,quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati,quã ad ipsum pertinere peccatum: cui magis consulendum

A dum sit & compatiendum, quàm puniendum, vel etiam aliquo modo feriendum.

Item Calistus Papa: *Epist. 2. ad Epis. Gallia.*

Testes non dicant testimonium, nisi de his, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt.

TEstes per quancunque scripturam testimonium non ferant: sed præsentes de his, quæ nouerunt & viderunt, veraciter testimonium proferant: nec dicant de aliis causis vel negotiis testimonium, nisi de his, quæ sub eorum præsentia acta esse

B noscuntur. De his etiam, quæ audierũt, *2. pars.* si ad hoc vocati sunt, in ciuili causa testimoniũ dicere possunt. Vnde in Authenticis col. vij. titu. de testibus, & Cod. eo. titu. *Lib. 4. Codicis.* legitur: Si debitũ scriptum sit, & probatio solutionis proferatur à litigãtibus per testes sine scriptura: tũc susceptibilem eam apud iudicem esse volumus, dum ad hoc ipsum testes assumantur, vt perhibeant testimonium pro faciẽda solutione, aut pro-

C memoria alicui iam factæ solutionis, & pro confessione eius, qui pecunias accepit. Hæc autem inania, & ex transitu perhibita testimonia, vt si propter aliud quoddã opus aduenies, audiuit aliquem dicentẽ se accepisse ab aliquo aurũ, aut debere alicui, nullaratione valere cẽsemus. Simul *3. pars.* autẽ necesse est, vt videant. Quòd si alius

vno tempore, alius alio tempore viderit, A
diuersitas temporum eorum testimonium
non admittit. Vnde Leo Papa:

Non admittuntur ad testimoniũ, quos non eodem tempore negotio interfuisse constiterit.

NIhilo minùs quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur: nec eorum voces, tanquam pluriũ, admittuntur, quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit.

Ambrosius cap. 12. lib. de Paradiso

Item Ambro. in lib. de Paradiso Dei.

Ad seriem gestorũ testis ex suo nihil adiiciat. B

PVra & simplex testimonij series intimanda est. Plerũque testis, dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adiicit, totã testimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, quod bonum videtur, addendum est. Item Felix Papa:

Felix 1. epist. 2. Epis. allia.

Absens, p aliũ nec accusare, nec accusari potest.

ABsens per alium accusare aut accusari non potest: nec affinis testis admittitur. Nisi in crimine iniuriarum, in quo C
illustris persona, etiam per procuratorem intendere & excipere potest, seruatis cæteris solennitatibus: vt Cod. titu. de iniuriis, l. vlti. Item Pelagius Papa Sinduæ Magistro militum:

4. pars.

Lib. 9. Cod. tit. 35.

Reo absente libellus accusationis frustra offertur.

Chartæ,

A CHartæ, quas dedit nobis Lucidius, ſi illo tempore aduerſarius ipſius illic preſens fuiſſet, validæ erant. Sed quia aduerſario abſente geſta, quæ nobis recenſuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt. Item Decorato Patritio:

Teſtes corporaliter præſtito iuramento teſtimonium dicant.

HOrtamur, vt ſub timnre Domini conſuetam conſcientiæ veſtræ ſyncerita
B tẽ in hoc quoq; negotio cõſeruãtes: omnẽ à perſonis, quæ veritatem cauſæ iſtius ſcire poſſunt, faciatis amputari formidinem, & veſtris præſentari conſpectibus, tactis ſacroſanctis Euangeliis, præbito etiam legaliter ſacramento, vt quæ in veritate rerum nouerunt, profeſsione ſuæ teſtificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quæ ſecundũ leges & iuſtitiam cenſenda ſunt, cognoſcatis, & competentẽ legibus & veritati terminum detis. Item Nicolaus
C Papa Iſmaro Rhemorum Archiepiſcopo.

Accuſator & accuſatus ſimul debent adeſſe.

NEceſſe eſt, ſecundum ſacrarum ſcripturarum documentum, ac ſecundũ iuſtitiæ tramitem, & accuſatũ & accuſatorem ſimul adeſſe: & vnam partem, quantacunque & qualicunque prædita ſit autoritate, ſic prorſus audiri, vt alteri parti nul-

lum præiudicium irrogetur. A

QVAESTIO X.

An deficientes in primo capitulo, sint admittendi ad sequentia.

QVOD verò testes deficientes in primo capitulo, non sint admittendi ad sequentia: ex concilio Carthaginiensi septimo confirmatur: in quo sic statutum legitur.

Cap. 3. *Qui in primo capitulo deficit, ad cætera non admittatur.* B.

PLacuit, vt quotienscunque clericis ab accusatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnũ ex his, de quo prius egerint, probare nõ valuerint, ad cætera iã nõ admittãtur. Probatur illud idẽ autoritate Arelatẽsis concilij tertij, in quo sic diffinitum est:

Cap. 24. Cõ. Arel. 2. *Qui falsa fratribus obiiciunt, vsque ad exitũ non communicent.*

EOs, qui falsa fratribus obiecisse capitula conuicti fuerint, placuit vsq; ad exitum non communicare (sicut magna synodus antè constituit) nisi digna satisfactione priùs pœnituerint. C Item Felix Papa, in secunda Decretali, Episcopis Galliæ:

Felix 1. epistola 2. *Qui quod obiicit, probare non valet, de cætero ad arguendum nõ admittitur: nisi priùs propriã causam, ciuilem duntaxat, asserere voluerit.*

Si accu

A SI accuſatorum perſonæ in iudicio Epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum Epiſcopos de cætero non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere, nõ tamen criminales vel eccleſiaſticas, voluerint. Cùm ergo, qui falſa fratribus obiiciunt, vſque ad exitum vitæ à communione prohibeantur: cùm illi qui in Epiſcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendum de cętero admitti prohibeantur: apparet, quòd in primo capitulo deficien-
B tes, tanquam falſorum obiectores, ad ſequentia procedere non valent.

QVAESTIO XI.

An accuſato liceat accuſationem in accuſatorem vertere.

AB ACCVSATO verò accuſationẽ in accuſatorẽ verti, multorũ autoritatibus prohibetur. Ait enim Stephanus Papa: *Epiſt. 2.*

C *Accuſati, niſi prius ſẽ purgauerint, alios accuſare non poſſunt.*

NEganda eſt accuſatis licentia criminãdi prius quàm ſe crimine, quo premũtur, exuerint: quia non eſt credendum contra alios eorum confeſsioni, qui criminibus implicantur, niſi ſe priùs probauerint innocentes: quoniam periculoſa eſt & non

debet admitti rei aduersus quẽcunque pro A
fessio. Lib. ix. Codicis, tit. j. Imperatores
Titulo qui accusare non possũt, Lig. Valentinianus, Valens, & Gratianus:

NEganda est accusatis (nisi suas suorũque iniurias prosequantur) licẽtia criminandi in pari vel minori crimine, prius quàm se crimine, quo premũtur, exuerint, secundum scita veterum Iuris conditorũ: ita tamen, vt & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. Item ex Decreto Hadriani Papę:

De eodem. B

NOn est credendum contra alios eorũ confessioni, qui criminibus implicãtur, nisi se prius probauerint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quencunque professio. Hoc autem intelligendum est in pari vel minori crimine. Cæterùm si de maiori crimine eum accusare voluerit, veluti si accusatus de fornicatione, de periurio, de homicidio, vel simonia, vel quolibet alio huiusmodi crimine accusatorem suum impetere voluerit, his autoritatibus non prohibe C
tur. Aliquando enim criminalis quæstio præiudicat ciuili: aliquando ciuilis crimi-
Tit. 8. l. 4. nali. Vnde in lib. iij. Cod. tit. de ordine iudiciorum, legitur: Ciuili quæstione inter missa, sæpe fit, vt prius de crimine iudice-

tur:

A tur: quod vtpote maius minori meritò prę fertur. Item lib. ix. Codicis, titu. qui accu. non poſſunt, l. j. *Titu. 1. qui accuſare nõ poſſũt.*

PRius eſt vt tu reſpõdeas criminibus cę dis atq; vulnerũ, quæ tibi vt grauiora crimina ab aduerſario tuo obiiciuntur: & tũc ex euẽtu cauſæ iudex ęſtimabit, an tibi permittẽdum ſit eundem accuſare: tametſi prior inſcriptionẽ depoſuiſti. Aliquando ciuilis præiudicat ciuili, aliquãdo crimina li. Sicut enim in ſeptimo lib. Cod. ti. de or- *2. pars.*

B dine cognitionũ, legitur: Si de hęreditate & libertate cõtrouerſia eſt, prius debet agi cauſa libertatis. Item: Si crimẽ aliquod inferatur ei, qui ingenuus eſſe dicitur, li- *Tit. 19. l. 2.* *L. 3. eiuſdem titu.*

bertatis cauſa ſuo ordine antè debet agi, co gnitionẽ ſuã Præſide præbente: quoniã ſi delictum probatum fuerit, antea ſcire ne- ceſſe eſt, vtrùm vt in liberum & ingenuũ, an vt in ſeruum conſtitui oporteat. Item: *3. pars.*

C Qui confitetur ſe pati controuerſiã ſtatus, fruſtra poſtulat ſibi dari poteſtatem accu- *L. 4. eiuſtitu.*

ſandi eum, qui ſe ſuum dominum eſſe fate tur. Cauſa verò libertatis terminata, ſi ſer uus pronũtiatus fuerit, dominum ſuũ accu ſare non poterit. Cod. lib. ix. tit. ij. Si quis enim ex familiaribus vel ſeruis cuiuſlibet domus cuiuſcunque criminis delator atq; accuſator emerſerit, eius exiſtimationem *Lib. 9. Cod. Titu. 1. qui accuſare non. l. 10.*

caput,& fortunas petiturus, cuius familia A
ritati inhæserit vel dominio: ante exhibitionẽ testium, ante examinationẽ iudicij, in ipsa expositione criminũ, & accusationis exordio, vltore gladio feriatur. Vocem enim funestam interdici oportet potius, quàm audiri. Maiestatis autem crimen ex-
L.21.eiusdem titu. cipitur. Similiter etsi liberti accusatores manumissorum hæredúmve esse præsum pserint, eodem quoque vt serui supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium. B

CAVSA IIII.

VIDAM VIR in excommunicatione constitutus, Episcopũ accusare disponit: adolescentem infra decimum & quartum ætatis suæ annum ad assertionem suę causę adducit. Prohibitus ab accusatione adolescentẽ C
accusatorem, & se testem facit. Adolescens personã accusatoris & testis gerere cupit. Die statuta ad iudicium electorum iudicũ veniunt: Episcopus minimè occurrit: à cõmunione suspenditur. Tandem reuocato iudicio accusator culpabilis in accusatione inuenitur: demum ad assertionem propriæ

priæ causæ procedit. Hic primùm quæritur, An in excommunicatione constitutus alium accusare valeat. Secundò, an infra decimumquartum annum in criminali causa testari quis possit. Tertiò, an ab accusatione prohibitus, personam testificantis possit assumere. Quartò, an idē possit esse accusator & testis. Quintò, an die constituta nō occurrens, à communione sit remouendus. Sextò, si in Episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, an ad assertionē propriæ causæ de cætero sit admittenda.

QVAESTIO I.

An excommunicatus, alium accusare valeat.

DE PRIMA quæstione sic statutū legit in cōcilio Carthaginiē *Ca.1.conci. Cartha. 7.* si septimo, cui interfuit Faustinus Romanę ecclesię Legatus:

Ad accusationem non admittatur, qui in excommunicatione perseuerat.

DIffinimus eum ritè ad accusationem non admitti, qui postquam excōmunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione cōstitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusare voluerit. omnes etiam infamiæ maculis aspersi, id est histriones, aut *Ca.2.eiusdem cōci.*

turpi

turpitudinibus subiectæ personæ, hęretici etiam, siue Pagani, siue Iudæi, ab accusatione prohibentur. Item Nicolaus Papa: A

Nico. 1. ad Michaelem Imperatorem.

Hæretici probantur, qui schismate vel excommunicatione ab ecclesia sunt separati.

QVòd autem hi, qui iam à præfato fratre & cõministro nostro Ignatio depositi, vel excommunicati, vel anathematizati fuerant, nullam aduersus eum intorquere damnationem potuerunt, ex præfato secũdæ vniuersalis synodi capitulo declaratur, cùm dicitur: Si verò ecclesiasticũ B fuerit crimen, quod Episcopo illatum fuerit, tunc probari oportet accusantium personas: vt primò quidem hæreticis non liceat accusationes contra orthodoxos Episcopos pro ecclesiasticis facere negotiis. Sed ne hos hæreticos esse denegemus, audite sequentia. Hæreticos autẽ (inquiunt) dicimus, tam eos, qui olim ab ecclesia proiecti sunt, quàm qui post hoc à nobis anathematizati sunt. Porrò si adhuc nec sic C creditis, audite quod subditur: Præter hos autem aiunt, & eos qui fidem quidem sanã negant, vel simulant confiteri, schismaticos esse, & eos qui seorsum à cõmunicantibus nobis Episcopis collectas faciũt. Deinde verò & si quidam ab ecclesia super causis quibusdam reprehensi sunt & proiecti

aut

A aut excommunicati, siue ex clero, siue ex laicali ordine: nec his licere accusare Episcopum, antequam proprio crimine primitus exuantur. Similiter autem & eos, qui sub accusatione priori existunt, non antè esse acceptabiles in accusatione Episcopi, aut aliorum clericorum, quàm innoxios se metipsos illatorum sibi ostenderint criminum. Quid autem periculi regulæ huius immineat contemptoribus, nō ignoratis.

B

QVAESTIO II. ET III.

An infra decimumquartum annū in criminali causa testari quis possit: & an ab accusatione prohibitus personā testificantis possit assumere.

SECVNDA autem & tertia quę stio eodem concilio, vno eodēque capitulo terminātur. Illud verò est huiusmodi: *Cap. 4. cōcilij Carthaginen. 7.*

C *Qui ab accusatione repelluntur, aut ad annū decimumquartum nondum peruenerint: testes esse non possunt.*

TEstes autem ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admitti iussi sunt: vel etiam eos, quos ipse accusator de domo sua produxe

duxerit. Ad testimonium autem infra annum decimumquartum suæ ætatis constituti non admittantur. Item ex concilio Maticen.cap.vj. A

De eodem. *Palea.*

PLacuit sancto conuentui, vt testes ad testimonium dicendum pretio non cõ ducantur:& vt quique optimi & fideliores in testimonium assumantur: vt is, contra quem testimonium ferre debent, nullam eis possit afferre calumniam, & vt nullus testimonium dicat, nisi ieiunus. Item: In criminali causa. Produci testis nõ potest, qui anteà in eum reum testimonium dixerit: sicut in xxij.lib.ff.tit.de testibus inueniB

2.pars. Tit.5.de testib.l.22. L.21.

tur. Item titu.eodem.

SI testes omnes eiusdẽ honestatis & existimationis sint,& negotij qualitas, ac iudicis motus cum iis concurrit: sequenda sunt omnia testimonia. Si verò ex his quidã eorũ aliud dixerint, licet impari numero: credendum est, quòd naturæ negotij conuenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ suspicione caret: confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis & testimoniis, quæ rei aptiora, & veritati proximiora esse compererit. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad synceram testimoniorũ fidẽ,& testimonia, quiC

bus

A bus potius lux veritatis aſsiſtit. Item: In teſtibus, fides, dignitas, mores, grauitas moderanda vel examinanda eſt: & ideo teſtes qui aduerſus fidem ſuæ teſtationis vacillant, audiendi non ſunt. Item: Teſtium fides diligenter examinãda eſt. Ideoque in perſona eorum explorãda erunt, in primis cõditio cuiuſque, vtrum quis Decurio, an plebeius ſit: & an honeſtæ & inculpatæ vitæ, an verò notatus ſit quis & reprehẽſibilis: an locuples, an etiam egenus ſit, vt lu-
B cri cauſa quid facilè admittat: vel an inimicus ſit ei, aduerſus quem teſtimonium fert, vel amicus eius ſit, pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, à qua profertur, quòd honeſta ſit, vel propter cauſam, quòd neque lucri, neq; gratiæ, neque inimicitię cauſa ſit, admittẽdus eſt. Item: Lege Iulia de vi cauetur, ne hac lege in reũ teſtimoniũ dicere liceret, qui ſe ab eo parẽtéve eius liberauerit: quíve impubes erit:
C quíve iudicio publico condemnatus erit: quíve in vinculis cuſtodiáve publica erit: quíve eorum in integrum reſtitutus non erit: qui ad beſtias vt depugnaret ſe locaue rit: quíve palàm quæſtum facit fecerítve: quíve ob teſtimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus vel

L. 2. eiuſdem tit.

L. 3.

3 pars.

L. 4. eiusdem tit. vel conuictus fuerit. Item: Lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur, ne inuito denuntietur, vt testimonium dicat aduersus socerum, generum, vitricũ, priuignũ, priuignam, sobrinum, sobrinam, sobrino sobrináve natũ, eósve qui in propiore gradu sunt. Item: Ne liberto ipsius, liberorúmvè eius, & parentum viri & vxoris. A

Item: Ne patroni & patronæ aduersus libertos, neque liberti aduersus patronos cogantur testimonium dicere. Cùm autem excipitur, ne gener aut socer inuitus testimonium dicere cogatur, generi appellatione sponsum quoque filiæ contineri placet. B

L. 5.

L. 6. Item: Soceri sponsæ patrem. Item: Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest, vt testes fiant. Item: Serui responso tunc credendum est, cùm alia probatio ad eruendam veritatem nõ est. Itẽ: Inuiti testimoniũ dicere non cogantur senes, valetudinarij, vel milites, vel illi qui cum magistratu reipublicæ causa absunt, vel quibus venire non licet. Publicani etiã testimonium non dicunt inuiti. Item: Is qui nõ detrectãdi causa testimonij aberit. Is qui exercitui prębẽda conduxerit. Sed nec pupillis testimonium denuntiari potest. Item: In testimonium accusator citare non debet eum, qui publico iudicio reus fuerit, C

L. 7.

L. 8.

L. 19.

L. 20.

fuerit, aut qui minor xx. annis erit. Item: *L.21.*
Ob carmen famoſum damnatus, inteſtabi
lis erit. Item: Si res exigit non tantùm *L.24.eiuſ.*
priuati, ſe etiam magiſtratus, ſi in præſen-
ti ſunt, teſtimonium dicant. Prætor quo-
que teſtimonium dare debet in iudicio de
adulterij cauſa. Si autem ea rei conditio
ſit, vbi arenarium teſtem vel ſimilem per-
ſonam admittere cogimur, ſine tormento
teſtimonio eius credendum nõ eſt. Item: *L.25*
Teſtes, quos accuſator de domo propria
produxerit, interrogari non placuit. Patro
troni quoque in cauſa, cui patrocinium
præſtant, teſtimonium non dicant. Quod
etiam in executoribus negotiorum obſer-
uandum eſt. Item: Qui falsò vel variè te- *4.pars.*
ſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodi *L.16.*
derunt, à iudicibus competenter puniun- *L.17*
tur. Item: Pater & filius qui in poteſtate
eius eſt. Item: Duo fratres, qui in eiuſ-
dem patris poteſtate ſunt, teſtes vtrique in
eodem teſtamẽto eſſe, vel eodẽ negotio poſ
ſunt fieri: quoniam nihil nocet ex vna do-
mo plures teſtes alieno negotio adhiberi.
Item: Hermaphroditus an ad teſtimoniũ *L.15.eiuſd.*
adhiberi poſsit, qualitas ſexus incaleſcen-
tis oſtendit. Item: Teſtis idoneus pater fi
lio, aut filius patri non eſt. Itẽ: Nullus ido *L.9*
neus teſtis in re ſua intelligitur. Itẽ: Ad fi- *L.10*

dem rei gestæ faciendam etiam non rogatus testis intelligitur. Item: Vbi numerus testium non adiicitur, etiam duo sufficiunt. pluralis enim locutio, duorum numero contenta est. Item: In testibus considerandum est., qui simpliciter testimonium dicant, vtrùm vnum eundemque mediatũ sermonem afferant: an ad ea quæ interrogantur, ex tempore verisimilia respondeant. Item: Sæpe etiam sine publicis documentis cuiuscunque rei veritas deprehẽditur: aliàs numerus testium, aliàs dignitas & autoritas, aliàs veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Non ergo ad vnam probationis speciem cognitionem suam iudex alligare debet: sed ex sententia animi sui existimare quid aut credat, aut parum sibi probatum opinetur. Item: Alia est autoritas præsentium testium, alia testimoniorũ, quæ recitari solent. Item Cod. libro quarto, titulo de testibus: Soli testes ad probationem ingenuitatis non sufficiunt, nisi instrumentis & argumentis adiuuentur. Item: Etiam ciuili iure domestici testimonij fides improbatur. Item: Solam attestationẽ prolatam, nec aliis legitimis adminiculis causam approbatam, nullius esse momenti certũ est. Item: Eos testes ad veritatem adiuuandam

A

L. 3. §. Ideóque.

B

Tit. 20. l. 1

C

L. 2

L. 3.

L. 4

lã adhiberi oportet, qui omni gratię & po
ẽtatui fidẽ religioni iudiciariæ debitã poſ
ſunt præponere. Item: Parentes, & liberi, L.5
nuicem aduerſus ſe, nec volẽtes etiã, ad te
ſtimoniũ admittẽdi ſunt. Item: Qui intẽ L.6
dit, ſuæ intentioni proprias debet afferre
probationes, nõ petere aduerſariũ cogi ad
exhibitionẽ eorum, per quę ſibi negotium
fiat. Item: Serui neque pro domino, ne- L.7
que aduerſus dominum, ſed pro facto
uo, interrogari poſſunt. Item: Iuriſiu- L.8
randi religione teſtes priùs quàm perhi-
beant teſtimoniũ, coërceantur: & honeſtio
ribus potius fides teſtibus adhibeatẽ. Vnius
verò teſtimonium nemo iudicum in qua-
cunque cauſa facilè patiatur admitti: imò
Vnius teſtis reſpõſio omnino nõ audiatur,
etiã ſi Prędidalis curię honore præfulgeat.
Item: Omnibus in re propria dicendi te- L.9
ſtimonia facultatem iura ſubmouerũt. Itẽ: L.10
Liberi teſtes ad cauſas poſtulentur alienas,
ſi ſocij & participes criminis non dican-
tur, ſed fides ab his notitiæ poſtuletur. Ven
turis autẽ ad iudicium, per accuſatorẽ, aut
ab his, per quos fuerint poſtulati, ſumptus
cõpetentes miniſtrẽtur, etiam ſi in pecunia
ria cauſa ab alterutra parte teſtes ſint pro-
ducẽdi. Itẽ: Liberti aduerſus patronos ſpõ L.11
te procedere nõ audeãt, ſed nec vocati qdẽ

L.ij in iudicio venire cogantur. Si quis testibus vsus fuerit, iidemque testes aduersus eum in alia lite producantur: non licebit ei in eorum personas excipere, nisi ostenderit inimicitias inter se & illos postea emersisse, ex quibus testes repelli leges præcipiunt, non adimenda' scilicet ei licentia ex ipsis depositionibus testimonium eorũ arguere. Sed si liquidis probationibus datione vel promissione pecuniarum eos corruptos esse ostenderit, eam etiam allegationem integram ei seruari oportet. Sed obiicitur illud Beati Brixij, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocẽs probatus est. Sed miracula diuina sunt admiranda, non in exemplũ humanæ actionis trahenda. *A* *B*

QVAESTIO IIII.

An idem possit esse accusator & testis,

Fab. epist. 2. ad Episc. Orientales.

EQVARTA verò quæstione Fabianus Papa constituit, dicẽs: *Accusator & testis, vel iudex, aliquis simul esse non potest.* *C*

NVllus vnquàm præsumat accusator simul esse, & iudex vel testis: quoniam in omni iudicio quatuor personas semper necesse est esse, id est iudices electos, accusatores

res idoneos, defenſores congruos, atque
ſtes legitimos. Iudices autem debent vti
uitate, teſtes veritate, accuſatores intẽtio
ad amplificãdã cauſam, defenſores exte-
uatione ad minuendam cauſam. Item *Damaſus epiſtola 3.*
amaſus Papa:

uilibet in cauſa duas perſonas gerere nõ valet.

NVllus introducatur perſonaliter ad
cauſam: ſed accuſatores & accuſati
qua audiantur ratione, iuxta quod ordo
igit. Accuſatores verò & iudices nõ iidẽ
nt: ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices,
er ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſque in
uo ordine. Inſcriptio ſemper fiat, vt ta- *2. pars*
ionem calumniator recipiat: quia ante in-
ſcriptionem nemo debet iudicari vel da-
mnari, cùm leges ſeculi hæc eadẽ retineãt:
vt Cod. libro nono, titulo de accuſationi- *Tit. 2. de ac cuſat.*
bus, & inſcriptionibus, & Cod. eodem
libro, de adulterijs, & titulo de abigeis.
Aliquando etiam ſine inſcriptione accu-
ſatio fieri poteſt. Ea enim, quæ per officia
les Præſidibus nuntiantur, etiam citra ſo
lennia accuſationum poſſe perpendi, in- *l. ib. 9. C. ti. 9. ad l. Iul. de adulte. & ſtup.*
cognitum non eſt. Item Cod. de adulteriis:
Si maritus iure mariti, hoc eſt intra ſexa-
ginta dies vtiles adulterium vxoris ſuæ
accuſare voluerit, quam ex ſuſpicione ſo-
la ream facere valet, non continetur vin-

culo inscriptionis. Item: Abacti animalis accusatio non solùm cum inscriptionibus, sed etiam sine ea obseruatione proponitur. Item: Si quis se iniuriam ab aliquo passum putauerit, & querelam deferre voluerit, non ad stationarios recurrat, sed Præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta ponens. In aliis autem criminalibus causis, dignum est, vt inscriptiones proponantur, quæ magnitudinem videlicet criminis, tempusque designent, vt alterutrã partem digna legum terrere possit autoritas. Inscriptio verò semper fiat, vt talionem calumniator recipiat: quia ante inscriptionẽ nemo debet iudicari vel damnari, cùm seculi leges hæc eadem retineãt. De domo etiam iudicis accusator vel testis produci nõ debet, ne in causam suspicionis incidat iudex. Vnde Nicolaus Papa:

Lib.9.C.ti. 37. de abigeis.

Lib.9.C.ti. 2.de accus.

3.pars.

Ad Michaelẽ Imperatorẽ.

Suspicionis incidet in crimen iudex, de cuius domo vel accusator, vel testis producitur.

A

B

C

CONtra ritum ecclesiasticum, contráque venerandas leges producitur accusator vel testis de Imperialibus ædibus, & cui imperari potest. Cùm ad falsum testimonium dicendum quis adhibetur, fiunt suspecti iudices, & lupi custodes.

QVAESTIO V.

An die constituta non occurrens, à communione sit remouendus.

DE QVINTA verò quæstione in concilio Carthaginiensi quarto sic inuenitur diffinitũ. *Cap. 7. con. Carth. ag. 3*

Non est à communione suspendendus, qui die statuta ad causam venire non potuit.

QVisquis Episcoporum accusatur, ad Primates prouinciæ ipsius eius causam deferat accusator: nec à communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicũ die statuta literis euocatus minimè occurrerit: hoc est intra spatium mẽsis ex ea die, qua eum literas accepisse cõstiterit. Quòd si veras aliquas necessitatis causas probauerit, quibus occurrere non potuisse manifestum sit, suæ causæ dicendæ intra alterũ mensem integram habeat facultatem: verùm tam diu post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad vniuersale concilium occurrere noluerit, vt vel ibi causa eius terminetur: ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur. Tempore sanè, quo non communicat, nec vel in sua ecclesia, vel parœcia cõmunicet.

Accusator autem eius, si nunquàm diebus causæ dicendæ defuerit, subtrahens se, à cõ munione non remoueatur. Si verò aliquando defuerit, subtrahens se, restituto in communione Episcopo, remoueatur à communione accusator: ita tamen, vt nec ipsi adimatur facultas peragendæ causæ, si se ad diem statutum non noluisse, sed nõ potuisse, occurrere probauerit. A

QVAESTIO VI.

Si in Episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, an ad assertionem propriæ causæ de cætero sit admittenda. B

SEXTA verò quæstio eodẽ capitulo terminatur, in quo seqtur. *In ciuili & proprio duntaxat negotio ad arguendum admittitur, qui in Episcopi accusatione culpabilis inuenitur.* Cap. 7. con. Cartha. 3

ILlud verò placuit, vt dum agere cœperit in Episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona damnabilis, de cętero ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas. vel criminales, asserere voluerit. Item ex concilio Carthaginiensi octauo: C

Cap. 2. cõ. Cartha. 3

Propriam causam agere valet, cui accusare non

non licet.

OMnibus, quibus accusatio denegatur, in propriis causis accusandi licentia non est deneganda. Itẽ Felix Papa omnibus Episcopis. *Ex cap. 13 epi. Decre.*

In accusatione Episcoporum deficiens, ciuiliter tantùm experiri poterit.

SI accusatorum personæ in iudicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittãtur, nisi proprias causas asserere, non tamen criminales vel ecclesiasticas, voluerint. Item Hadrianus Papa: *De eodem.*

QVod si accusatorum personæ in iudicio Episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere: vt suprà eisdem verbis.

CAVSA V.

N INFAMIAM cuiusdã Episcopi chartula accusationis occultè cõscribitur: tandẽ accusator pcedit in publicũ. Episcopus autẽ semel literis euocatus, causæ suæ die statuta adesse nõ valens, per procuratorem iudici se repræsentauit: absq; synodali audientia

damnatur. Demum iudicio per appellationẽ reuocato, de accusatoris inimicitia Episcopus conqueritur: tandem in ipsa proba-
1 tione deficit accusator. Primò quęritur, qua pœna sit feriendus, qui famosum libellũ clanculò scribens, probare negligit, quæ
2 literis mandauit. Secundò, quotiens sit vocandus ad causam, antequam sententiã
3 dãnationis accipiat. Tertiò, an per procuratorem causam suam agere valeat, qui per seipsum causæ suæ adesse non potest.
4 Quartò, an absque synodali audientia
5 sit damnandus. Quintò, an ideo aliquis habendus sit inimicus, quia crimẽ alterius
6 indicat. Sextò, qua pœna sit plectendus, qui quod intulit, probare non valet.

QVAESTIO I.

Qua pœna sit feriendus, qui famosum libellum clanculò scribens, probare negligit, quæ literis mandauit.

QVE PRIMA quæstione Hadrianus Papa scribit, dicens:

Flagelletur, qui scripta in alterius famam neglexerit probare.

QVi in alterius famam publicè scripturã aut verba contumelioſa confinxe

inxerit,& repertus scripturam non proba uerit,flagelletur:& quieam prius inuenerit,rumpat,si non vult autoris facti cau-sam incurrere. Item Gregorius:

Greg.epist. 30.siue ca. 130.lib.5.

De eodem.

QVidam maligni spiritus consilio repletus,cõtra Castoriũ notariũ ac responsalem nostrum nocturno silentio in publico ciuitatis loco contestationẽ posuit in eius crimine loquẽtẽ:mihiq́ue etiã asserebat eum de facienda pace callidè cõtradicentem:qui si non exierit, neque publicè confessus fuerit:quisquis ille sit qui hoc agere præsumpserit, vel consensum tãtæ iniquitatis cõsilio præbuerit,ex Dei, & Domini nostri Iesu Christi spiritu diffinimus,vt sancti eius corporis & sanguinis participatione priuatus sit. Si verò, quia latet, & quoniã nescitur,teneri ad disciplinam nõ valet, si tanti mali conscius, & prohibitus corpus ac sanguinẽ Domini percipere pręsumpserit, anathematis vltione percutiatur,& vt fallax ac pestifer,à sanctæ ecclesię corpore sit diuisus.Si autẽ in eadẽ ciuitate ingressus publicè poterit docere,quę dixerit,vel fortè sciens se non posse quę scripsit ostẽdere, errorẽ suũ fuerit apertè confessus,dominici corporis ac sanguinis participatione non sit priuatus,

neque

neque à sanctæ ecclesiæ corpore alienus A
Cap.52 existat. Item in concilio Elibertano:
Anathematizentur, qui famosos libellos in ecclesia ponunt.

SI qui inuenti fuerint famosos libellos in ecclesia ponere, anathematizentur.

Item Cod.lib.ix.tit. de famosis libellis, Imperatores Valentinianus & Valens: Si quis famosum libellum, siue domi, siue in publico, siue in quocunque loco ignarus re pererit: aut corrumpat priùs quàm alter in B
ueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Si verò non statim easdem chartulas vel coruperit, vel igne combusserit, sed vim earum dolosè manifestauerit: sciat se quasi autorem huiusmodi delicti capitali sententiæ subiugandum. Huiusmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.

QVAESTIO II.

Quotiens sit vocandus ad causam, antequam sententiam damnationis accipiat. C

VOCATIO autem eius qui impetitur, non semel, sed bis & tertiò per cõgruum spatium rationabilibus scriptis debet fieri.

Epist.3 Stephano archiepisco po Mauritania.

Vnde Damasus: papa scribit, dicens:
Vocatio ad synodum eius qui impetitur: & in

scri

criptis, & per ſpacium fiat congruum.

VOcatio ad ſynodum, iuxta Decreta patrum canonica, eius qui impetitur, rationabilibus ſcriptis, per ſpatiũ debet fieri congruum atque canonicum: quia niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione: licet venerit ad conuentum quacunque neceſsitate, niſi ſponte voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus. Item Syluester Papa:

Quibus tẽporũ ſpatiis reus vocetur ad cauſam.

PRæſenti decreto cenſemus, vt in primis paternaliter vocẽtur, & per ſeptẽ dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic verò expectationi ſuperum addantur vij. dies, interdicta eccleſiam intrandi licentia, & omnia diuina officia audiendi. Poſt verò addantur ij. dies, quibus à pace & communione ſanctæ eccleſiæ ſint ſuſpenſi. Deinde verò iterum aliis duobus diebus ſub eadem expectatione expectentur: quibus vno die ſuperadito, omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur. Item Damaſus Papa:

Epiſt. 6. ad Epiſco. Italia.

Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur.

RElatum eſt ad ſedem Apoſtolicam vos accuſationes fratrũ per ſcripta ſuſcipere abſque legitimo accuſatore: quod deincepſ

deinceps in omni orbe terrarum fieri Apo A
stolica autoritate prohibemus: & quod nu
per factũ est, absque vlla retardatione cor
rigere curamus: nec vnquã prius per scri-
pta eorum qui accusantur, causas discute-
re, quã per querelantium institutionẽ vo-
cati canonicè ad synodum veniant, & prę-
sens per pręsentẽ agnoscat veraciter & in-
telligat ea, quæ ei obiiciuntur. Leges enim
seculi accusatores præsentes exigunt, &
non per scripta absentes. Vnde canonica
patrum instituta non semel, sed sæpissimè B
clamant, nec accusationes nec testimoniũ
vllum per scripta posse proferri: nec de
aliis negotiis, quicunque testimonium di-
cant, nisi de his, quæ sub eorum præsen-
tia acta esse noscuntur. Similiter & qui ac-
cusare alium elegerit, præsens per se, non
per alium, accuset, inscriptione videlicet
præmissa. Neque vllus vnquam iudicetur
antequam legitimos accusatores præsen-
tes habeat, & locum defendendi accipiat
ad abluenda crimina. Curandum quoque C
est, ne ira cuiquam surrepat, faciatque ci-
tius omne, quod non licet. Item Felix Pa
pa Anastasio, & omnibus Orientalibus
Episcopis:

Felix 2. cap. 3. Decreti sui.

Vi aut timore electi, aut suis rebus expoliati, ad synodum non vocentur.

Si Prim

A SI Primates accusatores Episcoporum cum eis pacificare familiariter minimè potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicè antea conuocatam, non intra angusta tempora canonicè conuocent: & non priùs, quàm eis per scripta significent quid eis opponitur, vt ad responsionem præparati adueniant. Nam si aut vi aut timore electi, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè ad synodum vocari possunt, nec respondere ęmulis de-
B bent, antequàm canonicè restituantur, & omnia sua legaliter eis reddantur. His autoritatibus euidentissimè datur intelligi, ꝙ nisi quis canonicè vocatus fuerit etiamsi aliqua occasione ad synodũ veniat, suis nullatenus cogitur respondere insidiatoribus. Canonica autem vocatio est, quando seruato dierum interstitio secundum autoritatem Beati Syluestri, causæ suæ literis adesse iubetur: quibus quid ei obiiciatur, autoritate Felicis Papę significari oportet.

QVAESTIO III.

An per procuratorem causam suam agere valeat, qui per seipsum causę suæ adesse non potest.

QVOD

QVOD autem per procuratorem cauſam ſuã agere valeat qui impeditus cauſę ſuæ adeſſe nõ valet, autoritate Romanæ ſynodi, quæ tempore Hadriani Papæ celebrata eſt, probari videtur, in qua ſic ſtatutum legitur. A

Felix Papa pri. epiſt. 2. ad Epiſcopos Galliæ.

Pro ſe legatum ad ſynodum mittat, quem grauis neceſsitas premit.

SI ęgrotans fuerit Epiſcopus, aut aliqua eum grauis neceſsitas detinuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat, nec à cõmunione ſuſpendatur, cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuã dicendã venire electorũ iudicium die ſtatuta literis euocatus non occurrerit: hoc eſt, niſi eum aliena præoccupauerit neceſsitas, intra ſpatium duorũ vel trium menſiũ, vel eo amplius, prout cauſa dictauerit. Cod. lib. ix. tit. de accuſationibus & inſcriptionibus, Imperator Alexander Aug. Reos capitaliũ criminum abſentes etiã per procuratores defendẽdi, leges publicorũ iudiciorum permittunt. Ecce ꝙ Epiſcopus impeditus & cauſę ſuæ adeſſe non valens, legatum pro ſe iubetur ad ſynodũ mittere: ſed legatus iſte non ad cauſam agendam: ſed ad neceſsitatem per præſentiã ſuam ſynodo exponendam mittitur, qua impeditus Epiſcopus ſynodo præſen B

Tit. 2. l. 3. C

ræsentiam suã exhibere non valuit. Cauam autẽ, maximè criminalẽ, nulli nisi per e agere licet. Vnde Hadrianus Papa ait:

Criminaliter accusans vel accusatus, per se xperiatur.

Iuo id refert ex eodem lib. 4. de accusationibus.

N criminalibus causis nec accusator, nisi per se, aliquem accusare potest: nec accuatus per aliam personã se defendere pernittitur. Item Anacletus Papa:

In omnibus causis, præterquã in criminalibus, Episcopi & Sacerdotes, pro se aduocatũ habeãt.

QVia Episcopus, vniuersíque Sacerdotes, ad solã laudẽ Dei, bonorũq; opeum actiones cõstituuntur: debet vnusquisque eorũ tam pro ecclesiasticis, quàm etiã ro suis actionibus (excepto publico videicét crimine) habere aduocatum non maæ famæ suspectum, sed bonę opinionis & audabilis artis inuẽtum: ne dum humana lucra attendunt, æterna pręmia perdãt.

QVAESTIO IIII.

Anabsque synodali audientia sit damnandus.

QVOD autem absque synodali audientia damnari nõ debeat, autoritate Iulij Papæ probatur, qui ait: *Epist.*

Nisi in legitima synodo Epi-

ſcopus iudicari vel audiri non debet.

A NVllus Epiſcopus, niſi in legitima ſynodo, & ſuo tempore Apoſtolica autoritate conuocata, ſuper quibuſdam criminationibus pulſatus audiatur, vel iudicetur, vel damnetur. Si autẽ aliter à quibuſdam præſumptum fuerit, in vanũ deducatur, quod egerint, nec inter ſtatuta eccleſiaſtica vllo modo reputetur. Item Zepherinus, vrbis Romæ Archiepiſcopus, omnibus Epiſcopis.

Epiſt. 1. ad Epiſcopos Sicilien.

Epiſcopus accuſatus à duodecim audiatur, B *cauſæ verò finis ad ſedem Apoſtolicã deferatur.*

DVodecim iudices quilibet accuſatus Epiſcopus (ſi neceſſe fuerit) eligat, à quibus eius cauſa iudicetur: nec prius audiatur, aut excõmunicetur, vel iudicetur quã ipſi per ſe eligantur: & regulariter vocatus ad ſuorum primò conuentũ epiſcoporũ, per eos cauſa eius iuſtè audiatur, & rationabiliter decernatur. Finis verò cauſæ ſuæ ad Apoſtolicam ſedem deferatur, C vt ibi determinetur: nec antea finiatur, quã eius autoritate fulciatur. Quòd verò abſque ſynodali audientia Epiſcopus damnari prohibetur, ſine præiudicio Romanæ ſedis oportet intelligi, quæ ſua autoritate quoſque valet damnare, vel damnatos abſoluere. Vnde Gelaſius Papa: Ipſi ſunt

cano

canones,&c.infrà cauſa ix.Sentẽtia excõmunicationis notatus. Item Hadrianus: Saluo Romanæ eccleſiæ in omnibus Primatu,manifeſtum eſt,quòd illa, quæ ſunt per vnanquanque prouinciam,ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet,ſicut in Niceno decretũ conſtat eſſe cõcilio.Cùm verò accuſatus ad conciliũ venerit, quicquid conſidentium conſultationibus agitur , aut quod ab accuſantium parte proponitur , non contentioſis vocibus , ſed mitiſsima verborum relatione proferatur. Vnde *Cap.1.* in Toletano concilio xj.legitur:

In cognitione cauſarum contentioſi locum non habeant.

IN loco benedictionis conſidentes Domini Sacerdotes nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere , aut quibuſlibet tumultibus perturbare:nullus etiã fabulis vanis vel riſibus agere, & (quod eſt deterius) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere . Si quis enim (vt Apoſtolus ait)putat ſe religioſum eſſe *Iac.1.* nõ refrenãs linguã ſua,ſed ſeducẽs cor ſuũ: huius vana eſt religio.cultum enim ſuũ iuſtitia perdit,quãdo ſilentia iudiciorũ obſtrepentium turbo confundit:dicente propheta : Erit cultus iuſtitiæ ſilentium. *Eſa.32.* Debet ergo , quicquid aut conſidẽtium

consultationibus agitur, aut ab accusantiũ parte proponitur, sic mitissima relatione verborum proferri, vt nec contentiosis vocibus sensus audientium perturbent, nec iudicij vigorem tumultu eneruẽt. Quicũque ergo in conuentu cõcilij hæc quę prę-missa sunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu aut cõtumeliis vel risibus conciliũ perturbauerit, iuxta di-
Prouerb. 22.b. uinæ legis edictum, quo pręcipitur, Eiice derisorem, & exhibit cũ eo iurgium: cum omni dedecore de cõfessione abstractus, à communi cœtu secedat: & trium dierum excommunicationis sententiam ferat.

QVAESTIO V.

An ideo aliquis habẽdus sit inimicus, quia crimẽ alterius indicat.

NVNC autem quæritur, an sit aliquis iudicãdus maleuolus, quia crimen alterius indicat. De
Epi. 109 ad monachos. hoc scribit Beatus Augustinus dicens:

Magis nocet, qui crimen celat, quàm qui amicabiliter indicat.

NOn vos iudicetis esse maleuolos, quãdo crimen alterius indicatis. magis quippe nocentes non estis indicando crimen, quã si fratres vestros, quos indicãdo corri

A corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habeat in corpore, quod vult occultari, cùm timet secari: nonne crudeliter à te filetur, ac misericorditer indicatur? quanto ergo potius debes manifestare crimen, ne deterius putrescat in corde. Idem ad Vincentiũ Epi. 8.
Donatistam & Rogatistam:

Nec qui parcit, est amicus: nec qui verberat, est inimicus.

B NOn omnis qui parcit, amicus est, nec omnis qui verberat, inimicus est. meliora enim sunt vulnera amici, quã voluntaria oscula inimici. Melius est enim cũ seueritate diligere, quàm cũ lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quàm esurienti panis frangatur, vt iniustitiæ seductus acquiescat. Et qui phreniticum ligat, & qui lethargicũ excitat, ambobus molestus, ambos amat. Quis potest nos amplius
C amare, quã Deus? & tamẽ nos non solũ docere suauiter, verùm etiam salubriter terrere non cessat. Fomentis lenibus quibus Deus omnes cõsolatur, sæpe etiã mordacissimũ medicamentum tribulationis adiungit. Exercet fame Patriarchas etiã pios & religiosos: populũ contumacem pœnis grauioribus agitat: non aufert ab Apostolo- 1. Cor. 12.

lo stimulũ carnis tertiò rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. & infra: Noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum aspergere, & pastorem aliquando flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Item ex sermone Ambro. qui sic incipit, Fortasse amarior A

Ser. 84.

Non odio habetur, sed diligitur, qui castigatur & corripitur.

NOn osculatur semper pater filiũ, sed aliquando castigat: ergo quando castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas suas quæ dulciores sunt cùm amatis amarissimè inferuntur. Dulcior enim est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. Vnde ait Propheta: Dulciora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Ex his verbis datur intelligi, quòd magis confert vtilitati fraternæ, qui crimen accusando vel indicando prosequitur, quàm qui celando fouere nititur. Eusebius autem contrà statuere videtur, dum aliorum crimina sponte confitentes in Episcoporum accusatione recipi prohibet, dicens: B C

Pro. 27. a

Epist. 1 ad Episcopos Gallia.

Ad accusationem non admittantur, aliorum crimina sponte confitentes.

ILli qui aut in fide catholica, aut in inimicitia suspecti sunt, ad pulsationem Episco

A Episcoporum nón admittãtur:nec illi,qui aliorũ crimina sponte confitentur.Et ideo replicanda est solicitè veritas, quam spõte prolatam in illis vox habere non potest: hanc diuersis cruciatibus è latebris suis religiosus tortor exigere debet, vt dum pœnis corpora subiiciuntur, quæ gesta sunt, fideliter & veraciter exquirantur. Item in Prouerbiis: *Prou.11. b*

QVi ambulat fraudulenter,reuelat arcana: qui autẽ fidelis est,celat amici
B cõmissum. Itẽ infrà: Quæ viderũt oculi tui,ne ꝓferas in iurgio citò, ne postea emẽdare nõ possis,cùm dehonestaueris amicũ tuũ. *Ibidem.* Sed aliud est ex charitate aliorũ crimina deferre, vt quos secreta admonitione corrigere nõ possumus,cõuictos iudicis sentẽtia corripiat:atq; aliud,insidiãdo falsa obiicere,vel insultãdo vera facilè exprobrare.Illud verò charitatis:hoc autẽ impietatis est officiũ.Vnde in eisdẽ ꝓuerbiis dici-
C citur: Verba impiorũ insidiãtur sanguini: os iustorũ liberabit eos.& infrà:Qui quòd nouit,loquitur,iudex iustitiæ est: qui autẽ mẽtitur,testis est fraudulẽtus. Itẽ: Labiũ veritatis firmum erit in perpetuũ: qui autem testis est repentinus,concinnat linguã mendacij. Item: Qui custodit os suũ custodit animam suam,qui autẽ incõsideratè *Prou.21.*

loquitur, sentiet mala. Verbum mendax iu A
stus detestabitur: impius autem confundit
Augu. ad Psa. 37. ad versum, Quia dixi vequando. & cõfundetur. Item Aug. in Psal. xxxiij. Si aliquãdo humana infirmitate pedes nostri in aliquod peccatum mouentur, insurgunt linguæ iniquissimorum inimicorũ: cùm fuisset miserendum, irrident impij, vnde dolent pij.

QVAESTIO VI.

Qua pœna sit plectẽdus, qui quod intulit, probare non valet. B

QVI AVTEM, quod intulit, probare non valet, puniendus est. Vnde Hadrianus Papa ait:

Puniatur, qui aliis falsa intulerit.

OMnis, qui aliis falsa intulerit, puniatur, & pro fallitate ferat infamiam.

Item Grego. Papa:

De eodem.

QVi calumniam illatã nõ probat, pœnam debet incurrere, quã, si probasset, reus vtiq; sustineret. C Idem in regesto:

Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat.

QVia iuxta patrum sententias canonicas, qui calumniam illatam non probat, pœnã debet incurrere: ac per hoc, quia Subdiaconus crimen Diacono probare nõ potuit,

A potuit, quoniam impositionẽ manus, qua carere potuisset, non habuit: non solùm sacerdotio, sed officio caruit, & tanquàm re uera infamis, meruit verberibus castigari. Nam cui cum tribus testibus, veluti laico, crimen quodlibet approbatur, non est mirum, quod obiicit dum probare non sufficit, si corporali infamiæ, quemadmodum laicus, ex iuris similitudine subiugatur. Quod enim esset Diacono, gradum omittere, hoc fuit Subdiacono, famæ plenitudi
B ne caruisse. Codice lib. j. tit. de Episcopis & clericis, Imperator Theodosius: Presbyteri citra iniuriam quęstionum testimonium dicant: ita tamen, vt falsa non simulent. Cæteri verò clerici, qui eorũdem gradum vel ordinem sequuntur, si ad testimonium dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt, audiantur: salua tamen sit litigatoribus falsi* accusatio. Si fortè Presby
C teri, qui suo nomine superioris loci testimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriã sunt præcepti, hoc ipso ꝙ nihil metuunt, vera suppresserint: multò magis etenim pœna sunt digni, quibus cùm plurimũ honoris per nostrã iussionẽ delatum est, si occulto inueniuntur in crimine. Itẽ Constitutione iij. col. ix. Presbyteri, seu Diaconi si falsum testimoniũ dixerint, si

L. 8. 2. pars.

* alia.

quidem in re pecuniaria, diuino ministerio duntaxat per tres annos separati monasterio tradantur. si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis pœnis subiiciantur. Cęteri verò clerici cõmuni iure officio ecclesiastico pulsi, sine delectu causæ legitimè coërceantur. Idē Ianuario Episcopo:

Idem Gregorius epi. 24. lib. 3.

Ad sanctæ communionis ministerium non accedat, qui crimen illatum non probat.

3. pars.

EPiphanium Presbyterum quorundam Sacerdotum literis criminaliter accusatũ, cuius nos (vt valuimus) causas discutientes, nihilque in eo obiectorum reperiẽtes, vt ad locum suum reuerteretur absolui mus. Criminis ergo autores volumus te perscrutari, & nisi is, qui eandem transmisit epistolam, paratus fuerit, hoc quod obiecit, canonicis atque districtissimis probationibus edocere, nullatenus ad sanctæ communionis * ministerium accedat.

** mysteriũ*

Item ex Decreto Hadriani Papæ:

Qua pœna delator sit feriendus.

DElatori autem lingua capuletur, aut conuicto caput amputetur. Delatores autem sunt, qui inuidia produnt alios.

Cap. 13.

Item ex conci. Elibertano.

De eodem. Palea.

DElator si quis extiterit fidelis, & per delationẽ eius aliquis fidelium fuerit proscri

proscriptus vel interfectus, placuit nõ nisi in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennium admittitur ad baptismum. Item ex octaua synodo:

Qui innocẽtẽ falso crimine maculauerit, Sacerdotis arbitrio pœnitẽtia diuturna purgetur. Palea.

SI quis falsum dixerit, vel personam innocẽtis falso crimine maculauerit, iuxta Sacerdotis arbitrium diuturna pœnitẽtia expurgetur. Item ex conci. Agathen. *Cap. 32.*

A cõmunione coërceatur vel secularis vel laicus, qui ecclesiã vel clericũ per calũniã fatigauerit.

SI quis verò secularium per calumniam ecclesiam aut clericũ fatigare præsumpserit, & conuictus fuerit, ab ecclesiæ suæ liminibus, & à catholicorum communione (nisi dignè pœnituerit) coërceatur.

CAVSA VI.

DVO FORNICATORES, & infamia nota ti quendã religiosum Episcopum de simonia accusare nitũtur: reus alterius prouinciæ Archiepiscopi iudiciũ expetit: tandem in probatione deficit accusator: reus cogitus

1 tur ad suæ innocentiæ assertionẽ. Quæ- A
ritur primò, an crimine irretiti, vel infa-
mia notati, ad huius accusationem sint ad
2 mittendi. Secundò, si Episcopus in eos
accusationem vertere voluerit, an simpli-
3 ci assertioni suæ sit fides adhibẽda. Ter
tiò, an liceat sibi expetere iudicium Archi
4 episcopi alterius prouinciæ. Quartò, cu
ius iudicium sibi sit expetendum, si circa
suam sententiam Episcopos suę prouincię
5 discordare contigerit. Quintò, si in pro
batione deficit accusator, an reus sit cogen B
dus ad probationem suæ innocentiæ.

QVAESTIO I.

An crimine irretiti, vel infamia notati, ad alicuius accusaiionem sint admittendi.

Epi. 2. Episcopis Italiæ.

QVOD autem crimine irretiti, alios accusare nõ possint, Anacletus Papa testatur, dicẽs: C

A criminosis Sacerdos accusari non permittitur.

SI sacerdos sine crimine eligi præcipitur, nullatenus à criminosis accusari aut calumniari permittitur: nec ab aliis, quàm ab his qui sine crimine sunt, & iuxta electionem canonicam Sacerdotes ordinari possunt, si tales per omnia inueniuntur,

ur, quales Sacerdotes eligi iubentur. Itẽ Hadrianus Papa:

Infames, & qui culpis exigentibus ad sacerdotium prouehi non possunt, sacerdotes non accusent.

OMnes verò infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant, & omnes, qui culpis exigentibus ad Sacerdotium nõ possunt prouehi. Indignum est enim, vt illi eos accusent, qui esse non possunt, quod ipsi sunt: quoniam sicut maiores à minoribus non iudicantur, ita nec criminari possunt. Item Fabianus Papa: *Fab. epi. 2. Episc. Orientalibus.*

Infames sunt, qui regnũ Dei cõsequi nõ valẽt.

ILli, qui illa peccata perpetrãt, de quibus Apostolus ait, Quoniã qui talia agunt, regnum Dei non consequentur: valde cauẽdi sunt, & ad emendationem, si voluntariè venire noluerint, compellendi sunt: quia infamiæ macula sunt aspersi, & in barathrum dilabuntur, nisi eis Sacerdotali autoritate subuentũ fuerit. Similiter & illi, de quibus ipse ait, Cum huiusmodi nec cibum sumere: quia infamia sunt notati anequam Sacerdotali autoritate curẽtur, & gremio sanctæ matris ecclesiæ redintegrẽtur: quia qui extra nos sunt, nobiscum cõmunicare non possunt. Idem: *Gal. 5. d* *1. Cor. 5. d* *Idẽ Fabi epi. 1.*

Ante satisfactionem excommunicati ad accusationem

sationem non admittantur. A

1.Cor.5.d OMnes illi sunt ab accusatione repellẽ di, quos Apostolus commemorat dicens, Cum his nec cibum sumere: & ante satisfactionem ecclesiæ non sunt recipiendi. Item Clemens Papa Iacobo Metropolitano Episcopo:

Epist.1. ad Iacobũ fratrẽ Domini.

Sacerdotes non nisi à coæqualibus accusari debent.

1.Petri 1. & 2. BEatus Petrus homicidas & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquales non erant, ab B Episcoporum vexatione & accusatione, dicente Domino, prohibebat, & non nisi à coæqualibus aliquid sibi inferri debere docebat. Infames etiam omnes, quos Primates & leges seculi non recipiunt, sed & laicos, ab eorũ accusatione & vexatione semper repellere debere rogabat: & cunctos subditos esse prȩcipiebat: cũctorum Sacerdotum vitam superiorem sanctioremque, ac discretam à secularibus & laicis hominibus esse, & spirituales atque Sacerdotes C super carnales ac laicos semper constituere, & fore dicebat debere: quoniam pro minimo esse nobis debet, vt à talibus arguamur & iudicemur, vel ab humano die. Maiores verò à minoribus, nec accusari vel iudicari nullatenus posse dicebat: quoniã

hoc

A hoc nõ solùm diuinas, sed etiã leges seculi inhibere docebat. Item Hadrianus Papa:

Qui criminosus fuerit, Sacerdotes accusare non potest.

QVi crimen intendit, agnoscendũ est si ipse ante non fuerit criminosus: quia periculosum est, & admitti non debet rei aduersus quemcũque professio. Testes autem sine aliqua sint infamia vxores & filios hàbentes, Christum omnino prædicãtes. Nõ solùm autẽ criminosi, sed etiã B quilibet alij ab accusatione Episcoporum repelluntur. Vnde Anacletus Papa ait: *Epist. 1. de oppressione Episcoporum.*

Deo non placet, qui seruos suos accusat.

SI omnia in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis laborat impẽdiis, qui solem certat facibus adiuuare. Ideoque si aliquis putat se in hoc Deo placere, q̃ seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere: in vanũ laborat, & plus inuidiæ stimulis agitatur, quàm charitatis: quoniã diuinę gratię plenitudo adiectione humana nõ C indiget, nec vlla requirit commẽdationis augmenta. Item Telesphorus Papa: *Epist. Decretali.*

Populus Sacerdotes arguere vel increpare nõ valet.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt obedi

obediendi & timendi, non dilacerandi aut detrahendi: quia à quibus ſe Domini populus benedici, ſaluari, & inſtrui cupit, nulla tenus eos debet arguere: nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi debet. Populus enim ab eis docẽdus eſt & corripiẽdus, nõ ipſi ab eo: quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Dei ergo ordinationem accuſat, qui eos, qui ab eo conſtituuntur, Sacerdotes accuſat, vel damnare cupit. Idem: Hi qui non ſunt idonei, non ſuſcipiantur ad accuſationem: ſed omnes, qui aduerſus patres, id eſt ſacerdotes armantur, infames eſſe cẽſemus. Patres enim omnes, id eſt Sacerdotes venerandi ſunt, nõ reſpuendi aut accuſandi, vel inſidiandi aut infamandi.

Luc. 6. A

B

Epiſt. 1. Item Pius Papa: *De eodem.*

OVes paſtorem ſuum nõ reprehendãt, plebs Epiſcopum nõ accuſet, nec vulgus eum arguat: quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. Epiſcopi enim à Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis, aut prauæ vitæ hominibus, non ſunt accuſandi, aut arguẽdi, aut lacerandi. Et infrà: Nemo bonũ faciens, alteri verbo aut facto nocere vult: quãtò minus in ſuſpicione debet venire fidelis homo, vt dicat aut faciat ea, quæ pati nõ vult: quia omnis ſuſpicio potius eſt repellẽda, quàm approbanda

C

A banda vel recipienda. Ipsa autẽ detractio licet ex vitio detrahentium sit: tamen iusto Dei iudicio nonnunquam aduersus bonos excitatur: vt quos vel domestica præsumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet. Vnde Ambrosius:

Ambro. ad ca. 22. Luca in commonta.

Ne quis de se præsumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur.

IMitare Petrum tertiò dicentem, Domine tu scis, quia amo te. Etenim quia tertiò negauerat, tertiò confitetur: sed negauit B in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta sunt, vt sciamus neminem iactare se debere. nam si Petrus lapsus est, quia dixit, Et si alij scandalizati fuerint in te, sed ego non: quis alius iure de se præsumat? Denique & Dauid, quia dixerat, Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternũ: eam sibi iactantiam obfuisse confitetur, dicens: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Item Gregorius:

Ioan. 21. d

Mar. 14

Psalm. 29

Gre. Theotista Patricia epi. 39 lib. 9

C Vt boni salubriter humilientur, linguæ malorum contra eos insurgunt.

SVnt plurimi, qui vitam bonorum forte tasse amplius, quàm debent, laudant: & nequa elatio de laude surrepat, permittit omnipotẽs Deus, malos in obtrectationẽ & obiurgationem prorumpere: vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur,

ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est, A
quòd Doctor gentium se in prædicatione
currere testatur inter infamiam & bo-
2.Cor.6.b nam famam: qui etiam dicit, Vt seductores & veraces. Verùm hac autoritate prohibentur spirituales à carnalibus accusari, nõ carnales à spiritualibus: quod ex verbis eiusdẽ datur intelligi, quibus in eodem capitulo subiunxit, dicens: Capite languescente facilius reliqua corporis membra infi-
Esa.1.b ciuntur: sicut scriptum est: Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pe- B
dis vsque ad verticem nõ est in eo sanitas.
1.Pet.5.b Quapropter manifestum est, Diabolũ (qui sicut leo rugiens circumit, quærens quẽ deuoret) cordibus plebium suadere, vt doctoribus atque pastoribus suis detractiones irrogẽt, vel eos accusent, vt plebes languescẽtes, non tenentibus pastoribus frena eorũ, lasciuiãt, atq; in ima ruant: vt saltẽ sic periclitari possint. Multũ verò distãt dãna morũ à dãnis rerũ tẽporaliũ: cũ ista extra nos
C
sint, illa verò in nobis. Et infra: Peius malũ fore nõ existimo quã Christianos suis inuidere sacerdotibus. Hinc etiã Felix ij. ait:

Episcopis in Alexandrina synodo cõgregatis.

Deo rectè famulantes persequi non licet.

QVescite (inquit sancta synodus Nicena) & nolite persequi eos, qui rectè Deo famulantur, & syncera voluntate su-

per

perna Dei mandata custodiunt, & nostris legibus subiugãtur: quia nõ decet, vt carna les spirituales persequãtur. Itẽ Gregorius:

Subditi Prælatos suos accusare non debent.

EX merito plebis nonnunquam Episcopi deprauantur, quatenus procliuius cadant, qui sequuntur. Capite languescente, cætera corporis membra inficiũtur. Deteriores sunt qui vitam moresque bonorũ corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Caueat ita vnusquisque ne aut linguã, aut aures habeat pruriẽtes, id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios detrahentes audiat. Sedens (inquit Propheta) aduersus fratrem tuum loquebaris detrahendo & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, &c. Parcãt singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos, & sciant quia cuncti qui de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officium singulorum sit, dilectissimi, non solùm oculos castos seruare, sed & linguam: nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus vnquam per eos nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbæ: nec cuiquam machinentur dolos & serpentis astutiam: ne aliorum supplantentur insidijs.

Anacletus Pa. epist. 3 omnibus scribens.

Psalm. 49

Episcopis Galliæ & Hispaniæ scribens.

Item. Lucius Papa:

Bonus nocere non cupit. A

SApiens non est omnis, qui nocet. Item Anacletus

Anacletus epist. 3 Anacletus Papa.

Raptoribus deteriores sunt Episcoporum detractores.

DEteriores sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpũt, his qui substantias aliorũ prædiaque diripiunt. Ipsi enim ea quæ extra nos sunt, licet nostra sint, auferunt: nostri quoque detractores & morum corruptores nostrorum, siue qui aduersus nos armantur, propriè nosipsos decipiunt, B ideo iustè infames sunt, & meritõ ab ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis sæpe pastores deprauantur ecclesiæ: vt pro cliuius corruant qui sequuntur. Item

Epist. 3 Alexander Papa: *De eodem.*

Ioan. 3. c. SVmma iniquitas est, fratres detrahere & accusare. Vnde scriptum est: Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno

2. pars. Dei. Patet ergo (vt præmissum est) quòd C carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium. Cùm itaque criminosi & infames ab accusationibus prohibẽtur, videndũ est quos Canonum sacra autoritas infames appellet. De his Stephanus Romanæ ecclesię Episcopus scribit Hilario, dicens:

Epist. 1

Qua

A *Quæ perſonæ infames habeantur.*

INfames eſſe eas perſonas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, id eſt omnes, q̃ Chriſtianæ legis normam abiiciunt, & ſtatuta eccleſiaſtica contemnunt: ſimiliter fures & ſacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos: ſepulcrorum quoque violatores: & omnes, qui aduerſus patres armantur, qui in omni mundo infamia notãtur: ſimiliter & inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis publicis fugientes, & qui indigna ſibi petunt loca tenere, aut facultates eccleſiæ auferunt iniuſtè: & qui fratres calumniantur aut accuſant, & non probant: & qui contra innocentes principũ animum ad iracundiam prouocant: & omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab eccleſia repulſos: & omnes quos eccleſiaſticę leges vel ſeculi infames pronũtiãt. Hi nimirum omnes, nec ſerui ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec digami, nec illi qui curiæ deſeruiunt, vel nõ ſunt integri corpore, aut ſanam non habẽt mentem, vel intellectum, aut qui inobedientes ſanctorum patrum Decretis exiſtunt: aut qui furioſi manifeſtantur: hi omnes, inquam, nec ad ſacros gradus debent prouehi, nec iſti, nec ſuſpecti, nec liberti,

B

C

nec rectam fidem, vel dignam couersationem nõ habentes, summos Sacerdotes possunt accusare: nec ad accusationem seu ad testimonium vllatenus iustè possunt recipi. A

Item Fabianus Papa:

Infamis efficitur, qui sciens peierare præsumit.

2. pars. QVicunque sciẽs periurauerit, xl. dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat: & nunquàm sit sine pœnitentia, & nũquàm in testimonium recipiatur. Communionem tamen post hoc recipiat. Item Eusebius Papa: B

Epis. 1. ad Episcopos Gallia.

*Accusatores * & personas, quas leges seculi non admittunt, ecclesiasticæ quoque repellunt.*

* al. accusationes.

NOs sequentes patrum vestigia, pro salluatione seruorum Dei, quascũque ad accusationes personas, leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam submouemus: & nullæ accusationes à iudicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus seculi prohibentur. Sed licet infames ab accusatione Episcoporum prohibeantur, non tamen isti ab huiusmodi accusatione prohibendi sunt. Hæreticos nanque accusare infamibus non prohibetur: vt suprà patuit in eadem causa, vbi de accusatione minorum aduersus maiores disputatum est. Idem: C

De eodem.

Cum

A CVm maiores sciẽtia & moribus à minoribus accusari prohibeantur, non æquales ab æqualibus, vel minores à maioribus ab accusatione huiusmodi sunt prohibendi: cũ hæreticus catholico minor sit. Sed hoc an generaliter accipiendũ est, Augustinus non diffinit, dicens:

Dubium est, an sciens auarus, an nesciens hæreticus grauius peccet. *Aug. lib. 4 de baptismo contra Donatistas cap. 5*

QVæro ergo, quis peccet grauius, an qui nesciens hæresim incurrerit, an I qui sciens ab auaritia, id est, ab idololatria non recesserit? Secundum illam regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantiũ præponuntur, auarum conscientia vincit in scelere. Sed si fortè hoc faciat in hæresi ipsius sceleris magnitudo, quod facit in auaritia sciẽtis admissio, hęreticus nesciẽs auaro scienti coæquatur. Item vtrùm catholicum pessimis moribus, alicui hæretico, in cuius vita præter id quòd hæreticus est, non inueniunt homines, quod reprehẽdant, pręponere debeamus: non audeo præ C cipitare sententiam. Verùm hoc Augustini, & illud de infamium accusatione, de his intelligendũ est, quos cõstat esse hæreticos, nõ de his, q se negãt in hęresim lapsos. Hic autẽ in omnibus religiosus apparens, dum se negat hæreticæ cõmunionis aliquã

Ca. 20 eiusdem.

4. pars.

do macula infectum, infames atque alios huiusmodi à sua accusatione ipse repellit. A

Hæc licet ratione niti videantur, exemplo tamen læsæ maiestatis vana intelligun tus: ad cuius accusationem dum socius initæ factionis admittitur, non quæritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem lædere, sed an aliquis de nece eius tractauerit. Vnde Imperatores Honorius & Arcadius, in nono lib. Codicis, tit. ad leg. Iul. maiest. scripsisse leguntur. *Tit. 8. l. 5*

SI quis cum militibus vel priuatis, barbaris etiam, sceleſtam inierit factionẽ, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis & cõsistorio nostro intersunt, Senatorũ etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremò, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim seueritate voluntatem sceleris, qua effectum, puniri iura voluerunt) ipse quidẽ vtpote maiestatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro additis. Filij verò eius, quibus vitã Imperatoria specialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarij criminis exempla metuuntur) à materna & auita omnium etiam proximorum hæreditate ac succes- B C

sione

A ſione habeantur alieni: teſtamentis extraneorum nihil capiant: ſint perpetuò egentes & pauperes: infamia eos paterna ſemper comitetur: ad nullos vnquam honores, ad nulla penitus ſacramẽta perueniant: ſint poſtremò tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatiũ, & vita ſupplicium. Denique iubemus etiam notabiles eſſe infamia ſine venia, qui pro talibus vnquàm apud nos interuenire tẽtauerint.

B Sanè ſi quis ex his, in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accenſus, ipſe prodiderit factionem, & præmio à nobis & honore decorabitur. Is verò, qui vſus fuerit factione, ſive ſero, incognita tamen adhuc conſiliorum arcana patefecerit, abſolutione tamẽ ac venia dignus habebitur. Porrò ſimoniæ accuſatio ad inſtar publici criminis læſæ maieſtatis procedere debet: ſicut Leo Imperator in j. lib. Cod. decreuiſſe legitur, tit. de Epiſcop. & cler. l. ſi quen-

C quam. quod de accuſatione, non de pœna, intelligi oportet. Vnde Imperatores Valentinianus, Valẽs, & Gratianus, lib. ix. Codicis, tit. ad leg. Iul. maieſtatis. *Tit. 3. l. 29*

Tit. 8. l. 4

NVllus omnino, cui incõſultis ac neſciẽtibus nobis fidicularũ tormẽta offerũtur, militię, vel generis, aut dignitatis defenſione vti prohibeatur: excepta tamẽ ma-

iestatis causa in qua sola omnibus æqua cõ A
ditio est. Sed cũ omnes illi assumantur in
in hac accusatione simoniæ, qui possunt ac
cusare de crimine maiestatis: constat quòd
sicut ibi non dubitatur de crimine maiesta
tis, sed an reus commiserit illud: & sic hic
non denegatur hæresis, sed impetitur accu
satus, an commiserit hæresim.

QVAESTIO II.

Si Episcopus in eos accusationem vertere voluerit, an simplici as- B sertioni suę sit fides adhibẽda.

QVOD autem quæritur, si Epi
scopus accusatus in accusato-
rem accusationẽ vertere vo-
luerit, an suę simplici assertio
ni fides sit adhibẽda: facilè sol
uitur, si sanctorum patrum autoritas dili-
genter inspiciatur. Vt enim sancti patres
diffiniunt, nullius personæ quantumlibet
exercitatę confessioni fides est adhibenda, C
nisi competentes probationes adhibeat.

Cap. 29 Item in Carthagin. concil. iiij. legitur:

Episcopus alicui crimen obiiciens in synodo probet, quod obiicit.

EPiscopus si clerico vel laico crimẽ im
posuerit, deducatur ad probationẽ in
synodum. Sed obiicitur: si se solum alieni

scele

A sceleris conscium nouerit, probare illud testibus non valet. Quid ergo tunc sibi faciendum sit, ex concilio Varensi sic diffinitur: *Cap. 8. concil. Vasensis.*

Episcopus non proferat, quod probare non potest.

SI tantùm Episcopus alieni sceleris se cõscium nouerit, quàm diu probare non potest, nihil proferat: sed cum ipso ad compunctionẽ eius secretis correctionibus elaboret. Quòd si fortè correctus pertinacior
B fuerit, & se communioni publicè ingesserit: etiamsi Episcopus in redarguendo illũ, quem reum iudicat, in probatione deficiat, indemnantus (licet his qui nihil sciuerunt, secedere ad tẽpus pro personę maioris autoritate iubeatur) ille tamen quandiu nihil probare potest, in communione omnium, præterquam eius: qui eum reum iudicat, permanebit. Item ex concilio Africano: *Cap. 99*

De Episcopo, qui sibi soli dicit aliquem crimẽ
C *suum fuisse confessum.*

PLacuit, vt si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimẽ fuisse confessum, atque ille neget: non putet ad iniuriam suam Episcopus pertinere, quòd illi soli nõ creditur: & si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle cõmunicare, quandiu excõmunicato nõ cõmunica

uerit

uerit suus Episcopus, tãdiu eidẽ Episcopo ab aliis nõ cõmunicetur Episcopis: vt magis caueat Episcopus, ne dicat in quẽquã, quod aliis documẽtis cõuincere nõ potest. A

QVAESTIO III.

Si liceat sibi expectare iudiciũ Archiepiscopi alterius prouinciæ.

IVDICIVM verò Archiepiscopi alterius prouinciæ alicui expetere non licet. Vnde Grego. ait: B

Alterius paræciamũ alicui iudicare nõ licet.

SCriptum est in lege: Per alienã messem trãsiens falcẽ mittere nõ debes: sed manu spicas conterere & manducare. Falcem enim iudicij mittere non potes, nec debes, in eã segetem, quæ alteri videtur esse commissa: sed per effectum boni operis frumẽta dominica vitiorum suorũ expoliare paleis, & in ecclesiæ corpus admonendo & persuadendo, & quasi mandendo conuertere. Itẽ Pelagius Papa omnibus Episc. C

Pelag. 1.

Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat.

SCitote certam esse prouinciam, quę habet decem aut vndecim ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum Metropolitanum, aliosque suffraganeos x. vel xj. Episcopos

iudices

A iudices, ad quorum iudicium omnes cauſæ Epiſcoporum, & reliquorũ Sacerdotũ ac ciuitatum referãtur: vt ab his omnibus iuſtè & cõſona voce decernatur: niſi ad maiorem autoritatẽ fuerit ab his qui iudicãdi ſunt, appellatũ. Vnde non oportet, vt degradetur vel dehonoretur vnaquæque prouincia, ſed apud ſemetipſam habeat iudices, Sacerdotes, & Epiſcopos ſingulos, videlicet ſecundum ordines ſuos: & quicunque cauſam habuerit, à ſuis iudicibus
B iudicetur, & non ab alienis, id eſt, à ſuæ iuſtis iudicibus prouinciæ, & non ab extraneis: niſi (vt iam eſt prælibatum) à iudicãdis fuerit appellatum. Itẽ Nicol. Papa:

Non aliorum, ſed Primatis ſui iudicio quiſque ſe ſubiiciat Epiſcopus.

DEnique Suffredus, ſi tale in ſe crimen nouerat, quo rectè poſſet Epiſcopatu priuari: vel infirmitate ſe ſentiebat forſitan prægrauari, qua impeditus nullis poſſet proximis ſua Prælatione prodeſſe: is
C Primatis ſui debuerat & non aliorũ diœceſeos Antiſtitũ pręſtolari iudiciũ. Quòd ſi quęlibet ambiguitas, vel aliqua fortaſſe ſuper eius examinatione, vel Epiſcopatus abrenũtiatione oborta fuiſſet cõtentio, ex more ad Apoſtolicam ſedem referri conuenerat, & noſtra in his omnibus debue-

rant

rant cūcti decreta penitus expectare: quod quia omissum est hactenus, dolemus. Dilectissimi igitur gloriã vestrã vehementer efflagito, vt iam dictus Suffredus Episcopus proprio restituatur Episcopio: & hic si aliquid reprehẽsione dignũ gessit, postea vel correctione, vel digna animaduersione diffinietur. Est tamẽ casus, in quo Episcopus alterius parœcianũ excõmunicare valet. Vnde in concilio apud Compendiũ: A

Quando Episcopus parœcianum alterius excommunicare valet. B

PLacuit pro communi vtilitate, vt nullus Episcoporum grauiter ferat, si eius parœcianum pro deprędationis causa alter Episcopus excommunicauerit. Item ex concilio Meldensi:

De eodem. *Palea.*

DE illis autem, qui intra parœciam beneficium aut hæreditatem habent, & alterius Episcopi parœciani sunt, & de loco ad locum iter faciũt, & rapinam & deprædationes peragunt, placuit vt excommunicentur, nec antè ex parœcia exeant, quã quæ patrarũt dignè emendẽt: quorũ excommunicatio seniori eorũ & proprio Episcopo significanda est: ne eos recipiat, antequàm illuc redeant, vbi rapinam fecerunt, & ibi omnia pleniter emendent. C

QVAES

A QVAESTIO IIII.

Cuius iudicium sit expetendum, si circa sententiã Episcopus prouincię discordare contigerit.

PORRO cuius iudicium sibi expetendum sit, si iudices electi inter se discordare cœperint, in Laodicensi concilio, sic inuenitur diffinitum:

Ca. 14. concilii Antiocheni.

B *A quo sit ferenda sententia, quando comprouinciales Episcopi discordant.*

SI quis Episcopus criminaliter in iudicio Episcoporum fuerit accusatus, cõtingat autem episcopos prouinciæ, qui cõuenerint, diuersas habere sentẽtias, & alios quidem innocentem eũ pronuntiare, alios reum: propter huiusmodi controuersiam amputandam, placuit sanctæ synodo Metropolitanum Episcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari, & aliquantos cũ eo

C Episcopos alios: qui pariter residẽtes quicunque fuerint, dirimant quæstionem: propter hoc, vt sit firmũ iudiciũ, quod ab vnius prouinciæ Episcopis fuerit promulgatum. Item ex concilio Martini Papę:

Cap. 13. li. Martini ex synodis Gracorũ.

Quando iudices electi de sententia inter se discordes extiterint, de vicina prouincia Archiepiscopus aduocetur.

Si quis

SI quis Episcopus in aliquibus iudicatur, & viderit ipsos Episcopos, qui in prouincia sua sunt, inter se iudicio discrepare, ita vt alij videantur eum, qui iudicatur, iustificare: alij cõdẽnare: pro definitione huius dissentionis hoc placuit sanctę synodo, vt de prouincia vicina alter Metropolitanus vocetur Episcopus, vt per eũ cõfirmetur, quod secundũ rectũ placuerit Canonẽ. Nisi eadem prouincia Primatẽ habuerit, ad quẽ negotia, quæ per Metropolitanũ terminari non valẽt, referenda sint. A B

Vnde Bonifacius Papa populis Gallię.

Primati deferuntur negotia, quæ Metropolitanus explicare non valet.

SI inter Episcopos eiusdem concilij dubitatio emerserit, de ecclesiastico iure, vel de aliis negotiis: primũ Metropolitanus eorũ, cũ aliis in cõcilio considerãs rẽ diiudicet: & si nõ acquiescat vtraque pars iudicatis, tunc Primas regionis inter ipsos audiat, & quod ecclesiasticis Canonibus & legibus vestris consentaneum sit, hoc definiat: & nulla pars calculo eius valeat contradicere. C Item Alexander Papa:

De eodem. Palea.

SI Metropolitanus à quocunque comprouinciali Episcopo in causa propria appellatus, eum audire distulerit, in proxi-

ma

A ma synodo negotij sui habeat licentiam exercendi: & quicquid per iustitiam à com prouincialibus fuerit statutum, debet custodiri. Sed si omniũ comprouincialium concordi sententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis censura. Vnde *Cap. 15.* in Antiocheno concilio legitur:

Episcopus qui ab Episcopis suæ prouinciæ consonam sententiam reportauerit, ab aliis iudicari non poterit.

B SI quis Episcopus criminaliter accusatus, ab omnibus qui sunt intra prouinciam Episcopis acceperit vnã consonamque sententiam, ab aliis vlterius iudicari non poterit: sed manere circa eam oportet tanquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam. Subintelligẽdum verò est nisi ad iudicem maioris autoritatis fuerit prouocatum. tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet. Vnde

C Nicolaus Papa ait:

Semel definitum retractari non licet, nisi vbi maior autoritas fuerit.

QVod bene semel definitum est, & interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (nisi fortasis vbi fuerit maior autoritas) retractari. Item *Cap. 4.* ex concilio Sardicensi:

In renouatione iudicij, Beati Petri memoria est habenda. A

OSius Episcopus dixit, Quòd si aliquis Episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa,& putet se bonã causam habere,alterum iudicium renouetur. Si vobis placet, Sancti Petri Apostoli memoriã honoremus,vt scribaturvel ab his qui examinauerũt,vel etiã ab aliis Episcopis,qui in prouincia proxima morantur, Romano Episcopo.Et si iudicauerit renouandũ esse iudicium,renouetur,& det iudices. Si autem probauerit talem causam, vt ea non refricentur, quæ acta sunt,quæ decreuerit Romanus Episcopus,confirmata erunt. Si hoc ergo placet omnibus,statuatur.Synodus respondit,Placet. B

QVAESTIO V.

Si in probatione deficit accusator, an reus sit cogendus ad probationem suę innocentię.

QVOD autem deficiente accusatore non sit reus cogendus ad probationem , autoritate Gregorij probatur: qui scribens Maximo ait: C

Epist. 25 seu ca. 125 lib. 5

Onus probationis reo non incumbit.

QVòd autem postulas,vt illuc personam

nam

A nam dirigere debeamus, qua de his quæ dicuntur, posſit eſſe probatio: eſſet vtcũque excuſabilẽ, ſi vnquã ratio ei qui accuſatur, neceſsitatẽ probationis imponeret. at poſtquã nõ tibi, ſed accuſantibus hoc onus incũbit ad nos (ſicut prẽfati ſumus) dilatione ceſſante venire nõ deſinas. Itẽ: Accuſatus nõ negationẽ ſed exceptionẽ probare debet. Cod. lib. iiij. titu. de probationibus. *Titulo 19. l. 23.*

De eodem.

B ACcuſator quod aſſeuerat profitẽdo ſe probare non poſſe, reum neceſsitate monſtrandi contrarium non adſtringit: cùm per rerum naturam factum negantis probatio nulla ſit. Hoc autem obſeruandum eſt, quando reum publica fama non vexat. tunc enim autoritate eiuſdem Gregorij propter ſcandalum remouendũ, famam ſuam reum purgare oportet.

CAVSA VII.

C QVIDAM Epiſcopus lõga inualitudine grauatus, aliũ ſibi ſubſtitui rogauit: cuius precibus ſummus Põtifex annuit, & qd̃ rogauerat ei cõceſsit. Poſtea verò cõualuit idẽ Epiſcopus: & qd̃ prius fecerat cupit reſcindi. Hic aduerſus eũ q̃ ſibi acceſſerat quẽſtionẽ mo

uet, suamque cathedram, tanquam sibi debitam reposcit. Hic primum quæritur, vtrùm viuẽte Episcopo alius possit in eadem ecclesia ordinari. Secundò, an iste valeat reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit.

A

1

2

QVAESTIO I.

Vtrum viuente Episcopo alius possit in eadem ecclesia ordinari.

QVOD autem viuente Episcopo alius superponi aut superordinari nõ possit, ex concilio apud Aruerniã celebrato definitũ est: in quo legitur, vt nullus viuẽte Episcopo alius superponatur aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in eius locũ quẽ capitalis culpa deiecerit. Item ex regesto Gregorij Papę ad Anatoliũ Constantinopolitanũ Diaconũ.

B

Greg. epist. li. lib. 9.

Pro molestia corporis suo honore non priuetur Episcopus.

SCripsit mihi dilectio tua, me reuerẽdissimo fratri meo Ioãni primę Iustinianæ sedis Episcopo, pro ęgritudine capitis, quã patitur, Episcopũ pręcipere succedere: ne fortasse dũ Episcopi iura eadẽ ciuitas nõ habeat (quod absit) ab hoste depereat. Et quidẽ nusquã Canones pręcipiunt, vt pro

C

ægritu

A ægritudine Epiſcopi, Epiſcopus ſuccedat, & ideo iniuſtum eſt vt ſi moleſtia corporis irruat, honore ſuo priuetur ægrotus. Sed ſuggerendum eſt, vt ſi quis in regimine ægrotat, diſpenſator illi talis requiratur, qui poſsit eius curã omnẽ agere: & locum illius in regimine eccleſię, ipſo nõ depoſito, cõſeruare: vt neq; Deus omnipotẽs offendatur, neq; ciuitas neglecta eſſe inueniatur. Idem in epiſtola ad Candidum: *Epi. 5. li. 2.*

B *Flagellatis à Domino, afflictio addi nõ debet.*

CVm percuſsio corporalis imminet, vtrùm pro purgatione, an pro vindicta contingat Dei iudicium in hoc ignoratur: & ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio: ne nos culpę (quod abſit) offenſa reſpiciat. Item Gregorius Clementino Epiſcopo Primati Bizaceno: *Epiſto. 13. lib. 3. Maximiano Epiſ. Syracuſano.*

Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet.

C PRæſentium latoris Adeodati querelã, qui ſe Presbyteratus ſui loco incõgruè dicit expulſum, licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet, tamen paulò iudicauimus apertius retexendam. Aſſerit nanque à Quintiano fratre & coëpiſcopo noſtro in loco ſuo quibuſdam ſe ſuis ordinandis negotiis relaxatum, ægritudinisque cauſa per duorũ menſium ſpatiũ ſuæ ſe eccleſiæ

defuisse: cuius rei occasionem captantem A
prædictum fratrem nostrum, alium loco
eius illic Presbyterũ ordinasse. Hortamur
itaque fraternitatem tuam, vt causam eius
solicitè districteque perquiras: & si mani-
festæ ægritudinis (sicut dicitur) causa ec-
clesiæ suæ defuisse eum repereris, nullum
ei ex ordinatione alterius Presbyteri per-
mittas præiudicium generare: sed in loco
suo sine aliqua eum fac dubietate restitui.
Et infrà: Illud autem charitatem tuam spe
cialiter admonemus, vt si vera fuerit hu- B
ius suggestio, atque in suo ordine fuerit re
stitutus, de Presbytero, qui in loco eius or
dinatus est, subtiliter districteque debeas
esse solicitus: & si quidẽ sine datione ali-
qua ad eundem ordinem peruenerit, vt in
simoniacam hæresim non potuisset inci-
dere: in aliam quancunque vacantem ec-
clesiam eum volumus ordinari. Si autem
in eum quippiam (quod auertat Domi-
nus) tale fuerit repertum, ipso etiam Pres- C
byteratus ordine priuetur, quem non cau-
sa replendæ necessitatis ecclesiæ, sed so-
la comprobatur ambitione suscepisse.

Item Nicolaus Papa Aluino Ianuensi Archiepiscopo.

Pro infirmitate, vel ægritudine, Põtifices non sunt abiiciendi, nec in eorũ locũ alij substituendi.

Pontifi

A POntifices, qui aliqua occupantur infirmitate vel ægritudine, abiiciendi non ſunt, nec alij in loco eorũ cõſecrandi ſunt, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. Quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo conquerũtur, quę licita ſunt, Sacerdotes expleant. In his verò, quæ his præſumere non licet, vicinorum, vſque ad recipiendam ſanitatem, Epiſcoporũ auxilia ſubrogentur. & hoc cũ cautelæ ſtudio peragãt, ne per neceſsitatis occaſionem, præſumptionis pullulet ambi
B tio. Epiſcopos verò, qui dominici gregis ſuſcipiunt curam atque ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere nõ oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamen eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur fructus. Item ex epiſtola Cypriani Epiſcopi & Martyris: *Epi. 2. li. 4. ad Antonianum.*

Viuente Epiſcopo alius ſibi ſuccedere non valet.

FActus eſt Cornelius Epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, de clericorum
C penè omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc affuit, ſuffragio, de Sacerdotum antiquorum & bonorũ virorum cõſenſu, cùm nemo ante ſe factus eſſet, cùm Fabiani locus, id eſt, cùm locus Petri, & gradus cathedræ Sacerdotalis vacaret: quo occupato, & de Dei volũtate, atque omniũ noſtrũ cõſenſione cõfirmato, quiſquis iã Epiſcopus

fieri voluerit, foris fiat necesse est: nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiæ non tenet vnitatem. Quisquis ille fuerit, licet de se multum iactans, & plurimum sibi vendicans, profanus est, alienus est, foris est: & cùm post primum esse non possit, quisquis post vnum, qui solus esse debet, factus est, iam non secundus ille, sed nullus est. Item eiusdem:

Idē ad eundem, eadē epistola.

Non est Episcopus qui in locū viuētis irrepserit.

NOuatianus Episcopus nō est, qui Cornelio Episcopo in ecclesia à xvj. coëpiscopis facto, adulter atque extraneus Episcopus fieri à desertoribus per ambitum nititur. Et cùm sit à Christo vna ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa, item Episcopatus vnus multorum Episcoporum concordi numerositate diffusus, il le post Dei traditionem, post connexam & vbique cōiunctam catholicæ ecclesiæ vnitatem, humanam conatur ecclesiam facere, & per plurimas ciuitateš nouos suos Apostolos mitti, vt quædam recentia institutionis suæ fundamēta constituat. Cūque iampridem per omnes prouincias & per vrbes singulas ordinati sint Episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti: ille super eos creare alios Pseudoepiscopos audet:

A det: quaſi poſsit aut totum orbem noui co
natus obſtinatione peragrare, aut eccleſia-
ſtici ordinis compagem diſcordiæ ſuæ ſe-
minatione reſcindere: neſciens ſchiſmati-
cos ſemper inter initia feruere, incremẽta
verò habere nõ poſſe, nec augere quod illi-
citè cœperint, ſed ſtatim cùm praua ſua æ-
mulatione deficere. Et infrà: Qui ergo nec
vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pa-
cis obſeruat, & ſe ab eccleſię vinculo, & Sa
cerdotũ collegio ſeparat, Epiſcopi nec po-
B teſtatem poteſt habere, nec honorem, qui
Epiſcopatus nec vnitatem voluit habere,
nec pacem. Idem ad Papinianum.

Cyp. epiſto. 9. lib. 4. ad Florentiũ Papinianum.

Non eſt in eccleſia, qui cum Epiſcopo pacem non habet.

SCire debes Epiſcopum in eccleſia eſſe,
& eccleſiam in Epiſcopo: & ſi quis cũ
Epiſcopo nõ ſit, in eccleſia non eſſe: & fru-
ſtra ſibi blandiri eos, qui pacem cũ Sacer-
dotibus Dei nõ habentes obrepunt, & latẽ
ter apud quoſdam ſe cõmunicare credunt:
C quando eccleſia, quę catholica vna eſt, ſciſ
ſa non ſit, neque diuiſa. Idem:

Idem ad Iubianũ.

Suo iuri quis cedere non debet.

QVàm periculoſum ſit in diuinis re-
bus vt quis cedat iuri ſuo & poteſta-
ti, ſcriptura ſacra declarat, cùm Eſau pri- *Gene. 25. d*
matus ſuos inde perdidit, nec recipere

Cypr. epist. 6. libr. 1. ad Magnũ. postmodũ potuit, quod semel cessit. Idẽ: *Perditionem sibi acquirunt, qui ab Episcopis recedentes vnitatem ecclesiæ scindunt.* A

DEnique quàm sit inseparabile vnitatis sacramentũ, & quàm sine spe sint, & perditionem sibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui schisma faciunt, & relicto Episcopo, alium sibi foris Pseudoepiscopum constituunt, declarat scriptu
3. Re. 12. e ra diuina, in libris Regum: vbi à tribu Iuda & Beniamin decem tribus scissæ sunt, & relicto Rege suo, alterum sibi foris constituerunt. B Et indignatus est (inquit) Dominus omni semini Israël, & demoliuit eos, et dedit eos in direptionem, donec abiiceret eos à facie sua: quia dissipatus est Israël à domo Dauid: & constituerunt sibi regem Hieroboam filium Nabath. Indignatũ esse dicit Dominum, & eos in perditionem dedisse: qui ab vnitate dissipati alterũ sibi regẽ cõstituissent. Tãta indignatio Domini extitit aduersus illos, qui schisma fecerũt,
3. Reg. 13 vt etiam cùm homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem apud illos edere, & aquam bibere vetaretur: quod cùm non custodisset, & contra præceptum Domini prandisset, statim diuina censura percussus est, vt inde C

regre

A regrediens impetu ac morsu leonis in itine re necaretur. Sed adhuc in Euangelio suo Dominus maiorem intelligentiæ suæ lucem manifestat, quòd iidem, qui tunc se à tribu Iuda & Beniamin scidérãt, & Hierosolymis relictis in Samariam secessérant, inter Pseudoprophetas & Gentiles computarentur. Nam cùm primùm discipulos in ministerium salutis mitteret, mandauit & dixit: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis. *Mat.10.a*

B Et ad Iudęos priùs mittẽs, Gentiles adhuc præterire iubet. Addendo autem & ciuitatem Samaritanorũ debere omitti, vbi erãt schismatici, ostendit schismaticos Gentilibus adæquari. Et post pauca: Quòd verò eundem, quem nos, Deum patrem, eundẽ filium, eundem Spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. Nam etiam Chore, Dathan, & Abyrõ cũ Sacerdote Aaron & Moyse eundem Deũ noue- *Num.16.*

C rant, pari lege & religione viuentes, vnum & verum Deum, qui colendus atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci sui ministeriũ transgressi, & contra Aaron Sacerdotẽ, qui Sacerdotium legitimũ dignatione Dei atq; ordinatione perfecerat, sacrificãdi sibi licẽtiã vendicauerũt, diuinitus percussi, pœnas statim pro illicitis conati

conatibus pependerunt: nec potuerunt rata esse & proficere sacrificia irreligiosè & illicitè & contra ius diuinæ dispositionis oblata. Thuribula quoque ipsa, in quibus incẽsum illicitè fuerat oblatũ (ne in vsum de cætero essent Sacerdotibus, sed potius indignationis & vltionis diuinæ memoriam corrigendi posteris exhiberent) iussu Domini cõflata, atque in igne purgata, in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, secũdum quod loquitur scriptu- A
Nu. 16 f ra diuina: Memoriale, inquit, filiis Israël, B
vt non accedat quisquam alienigena, qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante Deum, vt non sit sicut Chore. Et tamen illi schisma non fecerant, nec foràs egressi contra Domini Sacerdotes impudenter atque hostiliter rebellauerant, quomodo nunc hi ecclesiam scindentes, & cõtra pacem atq; vnitatem Christi rebelles, cathedram sibi constituere, & Primatum assumere, & baptizandi atque offerendi licentiam vendicare conantur. C Item Leo iiij. Vernoni duci Britanniæ:

Nõ defendendus, qui viuentis locum inuadit.

NOn furem & latronem, qualem Gillã dum esse sentimus in Nannetica sede, qui viuentis (quod non licuit) locum non timuit vsurpare: pro cuiuscunque muneris donis

A donis vltra debes defenſare. Item Euari ſtus Papa omnibus Epiſcopis: *Epiſto.2.*

Non licet Epiſcopo eccleſiam ſuam dimittere.

SIcut vir non debet adulterare vxorem ſuam, ita nec Epiſcopus eccleſiam ſuã, id eſt, vt illam dimittat, ad quam fuit ſacratus, abſque ineuitabili neceſsitate, aut Apoſtolica vel regulari mutatione, vt alteri ſe ambitus cauſa coniungat. Et ſicut vxori non licet dimittere virum ſuum, vt alteri ſe, viuente eo, matrimonio ſociet, aut eũ B adulteret, licet fornicatus ſit vir eius: ſed iuxta Apoſtolum, aut viro ſuo debet reconciliari, aut manere innuptã: ita eccleſiæ nõ licet dimittere Epiſcopum ſuum, aut ſe ab eo ſegregare, vt alterũ viuente eo accipiat: ſed aut ipſum habeat, aut innupta maneat: id eſt, alterum Epiſcopum ſuo viuente nõ accipiat, ne aut fornicationis aut adulterij crimen incurrat. Si verò adulterata fuerit, id eſt, ſi ſe alteri iunxerit, aut ſuper ſe alterum Epiſcopum adduxerit, aut eſſe fecerit, vel deſiderauerit: per acerrimam pœnitentiam aut ſuo reconcilietur Epiſcopo, aut innupta permaneat. Epiſcopum verò oportet opportunè, & importunè, atque ſine intermiſsione eccleſiam docere, eamque prudenter regere & amare, vt à vitiis ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſsit æternam:

æternam: & illa cum tanta reuerentia eius doctrinam suscipere debet, eumque amare & diligere, vt legatum Dei, & præconem veritatis. Ecce his autoritatibus patenter ostenditur, quòd Episcopo viuẽte alius superordinari non potest, nec etiam pro eius ægritudine: sed illud Gregorij intelligendum est, quando ille qui ægrotat, alium sibi substitui non rogat. Cæterùm quando aliquis vel senectute vel infirmitate grauatus, susceptum officium ministrare non valet, si alium sibi substitui petierit, rationabiliter fieri potest. Vnde in eodem capitulo sequitur: Si verò idem Ioannes fortasse pro molestia sua petierit vt ab Episcopi honore debeat vacare: eo petitionem scripto dante concedendum est: aliter id facere non valemus. Hinc etiam Beatus Augustinus Episcopo suo nondum defuncto, sed senectute grauato cathedram Episcopalẽ suscepit. Vnde in epistola Paulini ad Romanum legitur:

Augustinus non tam successit, quàm accessit.

NOn autem hoc tãtùm scripsimus gratulandum, quòd Episcopatum Augustinus accepit: sed quòd hãc curam Dei gratia meruerit Africana ecclesia, vt verba cælestia Augustini ore perciperet: qui ad maiorem dominici muneris gratiã nouo more

A more prouectus ita consecratus est, vt non succederet in cathedram Episcopo, sed accederet. Nam incolumi Valerio Hipponensis ecclesiæ Episcopo, Coëpiscopus Augustinus est. Hoc idem probatur autoritate beati Gregorij, qui Ariminensi Episcopo dolore capitis laborãti alterũ subrogauit, ita scribens in regesto suo, cap. cccxxxviij.

Episcopo grauato infirmitate alius subrogari potest.

B QValiter ordinati à nobis Sacerdotis, corporis (quia id notũ est) impedien te molestia, Ariminensis ecclesia pastorali hactenus ac Sacerdotali sit regimine destituta, dudũ fraternitas vestra cognouit, quẽ dudum habitatorũ loci illius precibus per moti, sæpius hortati sumus, vt si de eadem capitis, qua tenebatur, molestia melioratũ se esse sentiret, ad suam auxiliante Deo, re uerteretur ecclesiam: qui datis induciis in hoc quadriennio expectatur. quẽ dum cleC ri vel ciuium huc venientium, nosque precibus vrgentium instãtius hortaremur, vt si valeret, cũ eis auxiliante Deo remearet: datis scriptis supplicatione nos petiit, vt quia ad eiusdem ecclesiæ regimẽ vel susceptum officium pro eadẽ, qua detinebatur, molestia, assurgere nullatenus posset, ecclesiæ ipsi Episcopũ ordinare deberemus.

Vnde

Vnde quia cunctarum eccleſiarum iniun- A
cta cura ſolicitudinis nos conſtringit, ne
diutius gregi fidelium deſit paſtoralis cu-
ſtodia, illorum precibus, et huius ex ſui im
poſsibilitate renuntiatione compulſi: vi-
ſum eſt nobis, eidem Ariminenſi eccleſiæ
debere Epiſcopũ ordinari: & datis ex mo-
re præceptis, clerum plebemque eiuſdẽ ec-
cleſiæ non deſtitimus admonere quatenus
ad eligendum ſibi Antiſtitem cõcordi pro
uiſione concurrant. Hortamur ergo, vt fra
ternitas veſtra eum, quem vno conſenſu B
omnes elegerint, ſicut & ipſi à nobis po-
poſciſſe noſcuntur, ad ſe faciat euocari:
quẽ cauta ex omnibus examinatione diſcu
tite: & ſi in eo, quæ in textu heptateuchi cõ
tinentur, minimè domino opitulante fue-
rint reperta: atque fidelium perſonarum re
latione eius quoq; vita vobis placuerit: ad
nos eum cum decreti veſtri pagina, addi-
taque teſtificationis epiſtola deſtinate: qua
tenus eiuſdem à nobis eccleſiæ, Domino
diſponente, conſecretur Antiſtes. Item C
Greg. epi. & cap. 7. libri. 11. ex eodem, cap. ccxliij. ad Eleutherium Epi
ſcopum: *De eodem.*

QVamuis ſit triſte nobis valde, quod
loquimur, atq; fraterna nos compaſ
ſio potius aggrauat, quàm aliquid de audi-
tis diffinire permittat: ſuſcepti tamẽ ſolici
tudo

A tudo regiminis cor noſtrum inſtanti pulſat aculeo, magna nos eccleſijs cura proſpicere, ne qua earum poſsit vtilitas deperire. Peruenit igitur ad nos, quibuſdam referentibus, quendam Epiſcopum ita paſsionem capitis incurriſſe, vt quod mente alienata agere ſoleat, gemitus & fletus audire ſit. Ne ergo languente paſtore grex (quod abſit) inſidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel eccleſiæ ipſius vtilitates depereant: cauta nos neceſſe eſt prouiſione tra-
B ctare. Et ideo quia viuentem Epiſcopum ab officio ſuo neceſsitas infirmitatis, non crimen abducit, alium loco eius (niſi recuſante eo) nulla ſinit ratio ordinari: ſed ſi interualla ægritudinis habere eſt ſolitus, ipſe data petitione non ſe vlterius ad hoc miniſterium, ſubuertente infirmitate, poſſe fateatur aſſurgere, & alium loco ſuo expetat ordinandum: quo facto omnium ſolenniter electione, alter, qui dignus fuerit, Epiſcopus ordinetur: ſic tamen, vt
C quouſque eundem Epiſcopum in hoc ſeculo vita tenuerit, ſumptus ei debiti de eadẽ eccleſia miniſtrentur. Enimuero ſi nullo tempore ad ſanæ mentis redit officium, perſona fidelis ac probabilis vitæ eſt eligenda, quę ad regimẽ eccleſiæ idonea poſſit exiſtere, atque de animarum vtilitate co

gitare, inquietos sub disciplinæ vinculo cõ A
stringere, ecclesiasticarũ rerum curam gerere, & maturum atque efficacem se in omnibus exhibere: qui etiam Episcopo, qui nunc egrotat, superstes, loco eius debeat cõ
2.pars. secrari. Ne autem huiuscemodi passionibus Sacerdotibus subitò occupatis, cœptũ officium inexpletum remaneat, institutum est, vt sacerdos siue psallens, siue sacrificãs alios secum habeat: qui si huiusmodi casus interueniat, inchoata ministeria perficere
Cap. 14 valeant. Vnde in Toletano concilio xj. B

Quisque sacrificans, sacerdotem sibi vicinum habeat, qui cœpta sacramenta expleat, si ei aliqua necessitas ingruerit.

ILlud diuini oraculi mente singuli præca-
Eccles. 4.c uentes, quo scribitur, Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se: summopere nobis verendum est & cauendum, ne horis illis atque temporibus, in quibus Domino psallitur vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officijs insistenti, C
pernicioſa passio vel corporis quælibet infirmitudo occurrat, quæ aut corpus subitò obrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere, vt vbi temporis & loci siue cleri copia suffragatur, habeat quisque illic ca-

nens

A nens Deo, atque sacrificans, post se vicini solaminis adiutorem: vt si aliquo casu ille, qui impleturus officia accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat, qui eius vicem exequatur intrepidus. Sed si hoc sacrificanti frequẽter acciderit, tũc omnimodè ab oblatione prohibeatur. *Cap. 2*

Item ex concilio Toletano vij.

Si Sacerdos necessitate præoccupatus fuerit, cœpta sacramenta per alium explicentur.

B NIhil contra ordinis statutum temeritatis ausu prę sumatur, neque illa, que summa veneratione cẽsentur, vlla prę sumptione soluantur. cùm ad hoc tantùm iussa fieri sunt, vt non interrupta noscantur, ne languoris prouentu robore salutis natura priuetur. Non ergo solùm fragilitati consulitur humanæ, sed etiam sacris ministeriorum Dei prouidetur solicitudine. Censuimus igitur conuenire debere, vt cùm à Sacerdotibus missarum tempore sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accidat cu
C iuslibet euentus, quo cœptum nequeat consecrationis explere mysterium, sit liberum Episcopo vel Presbytero alteri consecrationem exequi cœpti officij. non enim aliud ad supplementum initiatis mysterijs cõuenit, quã vt aut incipiẽtis aut subsequẽtis benedictione sint completa Sacerdotis:

quia nec perfecta videri possunt, nisi perfe A
ctionis ordine compleantur. Cùm enim si-
mus omnes vnum in Christo, nihil contra
rium personarum diuersitas format, vbi
efficaciã prosperitatis vnitas fidei repręsen
tat. Quod etiam consultum cuncti ordinis
clerici indiuiduum sibi esse non ambigant,
sed (vt præmissum est) præcedentibus libẽ
ter alij pro complemento succedant. Non
tamen quod naturæ languoris causa con-
sulitur, in præsumptionis perniciem con- B
uertatur. Nullus post cibum potumque
quemlibet minimum sumptum missas fa-
cere præsumat, nullus absque prędentu pa
tentis molestiæ minister vel sacerdos cùm
cœperit, imperfecta officia præsumat om
nino relinquere. Si quis autem temerariè
hoc prędumpserit, excommunicationis sen
3. pars. tentiam sustinebit. Ecce quòd Episcopo
petente, precibus etiam populi, infirmitate
grauato alius posit subrogari, patenter
monstratur. senectute autem grauato non
successor, sed coadiutor dari debet, qui ei C
decedenti in locum regiminis succedat. Sic
Augustinus dicitur accessisse, non succesisse
Hipponensium Episcopo. Hinc etiam
Zacharias Papa scribit Bonifacio Magun-
tino Archiepiscopo:

Zacha. ad Bonifac. Episcopũ.

Senectute grauato coadiutor dãdus est, qui mo-

rien

A rienti ſuccedat,

PEtiſti vt cum noſtro conſulto, pro ſuperueniente tibi ſenectute, atque corporis imbecillitate, ſi poteris inuenire, aliũ in eadem ſede, in qua prẹes, pro tua perſona debeas collocare. Nos verò adiutore Deo conſilium præbemus tuæ ſanctitati, vt pro ſalute animarum rationabiliũ, fautore Chriſto ſedem, quam obtines Magũtinæ eccleſiæ, nequaquam relinquas. Sin verò Dominus dederit iuxta petitionem
B tuam hominem perfectum, qui poſsit ſolicitudinem habere, & curam pro ſalute animarum, pro tui perſona ordinabis illum Epiſcopum, eritque in Euangelio tibi credito, & miniſterio Chriſti Dei portando, in omni loco requirens & confortans eccleſiam Dei. Item ſi eundem diuina voluerit clementia tui poſt diem tranſitus ſuper eſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua volũtate fuerit diffinitum: ea hora, qua te
C de præſenti ſeculo migraturũ cognoueris, præſentibus cunctis tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinandus. Hoc nulli concedi alij patimur, quod tibi charitate cogente largiri cenſuimus. Idem: De eo autem, quem tibi ſucceſſorem conſtituere dixiſti, vt te viuente in tuo loco eligatur Epiſcopus, hoc nulla ratione cõcedi patimur:

Ibidẽ paulò inferius.

quia contra omnem ecclesiasticam regulã, vel statuta patrum esse monstratur: sed volumus vt ministret tibi, & sit in euangelio Christi adiutor. nimis enim reprehẽsibile esse manifestũ est, vt te viuẽte tibi aliũ substituamus: sed hoc cõmonemus, vt orare nõ cesses, vt tibi Deus illũ successorem concedat, qui ei possit esse placabilis, & populum irreprehensibiliter regere valeat. A

Item Pelagius Papa clero Narniensi.

Non successor, sed coadiutor, viuenti Episcopo datur. B

QVia frater & Coëpiscopus noster Ioannes, ecclesiasticæ vtilitatis studio suadente, & naturæ suæ simplicitate laudabili consideratione tractata, ob hoc quòd se in gerenda patrimonij gubernandi cura, vel in disciplina ecclesiastica conseruãda minimè fatetur idoneum, constituti Presbyteri ad hæc explenda sibi exposcit adhiberi personam, vt ea quæ sunt necessaria, competenti eo disponente solicitudine, nihil indecens fieri vel inutile permittatur. Ideoque præsenti vobis iussione præcipimus, vt seruata primo loco Episcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere in omnibus, quę ad diuini cultus obsequium pertinent, vel quæ ecclesiasticæ vtlitatis peragere cura. C

suas

A ſuaſerit: præbeatis obedientiam conſtituto competẽtem, in nullo diſpoſitionibus eius ſpiritu contumaci reſultantes: imò competenti vigilantiæ veſtræ ſtudio, quæ pro ecclesiaſtica vtilitate gerenda ille conſtitutus monuerit, adimplentes: vt his ita diſpoſitis, & conſueta vobis ſtipendia miniſtrẽtur, & quæcunque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis ſunt neceſſaria, compleantur. Illud verò Cypriani de hęreticis in
B telligẽdum eſt, qui catholicorum eccleſias ſibi vſurpare cõtendunt. Illud verò Euariſti Papæ tunc intelligendum eſt, quando nec ineuitabilis neceſsitas, perſecutorum videlicet, nec Apoſtolica aut regularis mutatio, ſed ambitio ſola Epiſcopum de eccleſia ad eccleſiam tranſire cogit. Vnde cùm in principio ſui capituli diceret, Epiſcopus non debet dimittere eccleſiam ſuam: ſubſequenter adiunxit, abſque ineuitabili neceſ-
C ſitate, aut Apoſtolica vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungere.

Ambitionis enim cauſa quicunque ec- 4. pars.
cleſiæ ſuæ mediocritate deſpecta ad maiorem eccleſiam tranſire voluerit, debet reuocari ad propriam. Quòd ſi redire contempſerit, careat aliena & propria. Vn- Cap. 15
de in Niceno concilio legitur:

Episcopus, vel quilibet clericus, relicta sua ecclesia, non debet ad aliam transire. A

NOn oportet Episcopũ, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatẽ migrare. Non Episcopus, non Presbyter, nõ Diaconus transeat. Si quis autem post diffinitionem sancti & magni concilij tale quid agere tentauerit, & se huiusmodi negotio mãcipauerit, hoc factum prorsus in irritũ ducatur, & ecclesiæ restituatur, cuius fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus. Itẽ Greg. Anthemio Subdiacono. B

Epist. 123 lib. 5

In monasteriũ deputetur Episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit.

PEruênit ad nos, Pigmenium Amalphitanæ ciuitatis Episcopum, in ecclesia residere non esse contentum, sed foris per diuersa loca vagari. Idcirco hac tibi autoritate prȩcipimus, quatenus hoc de cętero facere non prȩsumat, sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat: quẽ si fortè non emendari post tuã interminationẽ cognoueris, in monasterium eum deputare, & nobis modis omnibus curabis indicare, vt quid facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas. Item in concilio Carthaginiensi quinto. C

Cap. 5

Episcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam ecclesiam se transfer

A *transferre.*

PLacuit, vt nemini ſit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe cõferre, vel in re propria diutius quàm oportet conſtitutum curam vel frequentationẽ propriæ cathedræ negligere. Item ex eodem: *Con. Car. 3. cap. 8.*

Interceſſori cathedram cui datus eſt, tenere non licet.

B COnſtitutum eſt, vt nulli interceſſori ſit licitum cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudiis et ſeditionibus retinere: ſed dare operam, vt intra annum eiſdem Epiſcopũ prouideat: quòd ſi nglexerit, anno expleto interuẽtor alius tribuatur. Item ex eodem: *Cap. 16. cõc. Niceni.*

Excommunicentur clerici, qui relicta ſua eccleſia, ad eam redire noluerint.

C SI qui verò ſine reſpectu Dei agentes, & timorem Dei ante oculos non habẽtes, neque eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes, receſſerint ab eccleſia ſua, ſiue Presbyter, ſiue Diaconus, vel in quocunque eccleſiaſtico ordine poſiti fuerint, non debent ſuſcipi in eccleſia, ſed omni neceſsitate cogantur, vt redeant ad eccleſiam ſuam. Quòd ſi permãſerint, excommunicari oportet eos.

Item ex concilio Antiocheno: *Cap. 3.*

De eodem.

SI quis presbyter, vel Diaconus, vel qui libet clericus, deſerta eccleſia ſua ad aliã tranſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauerit, perpetuò manere: vlterius miniſtrare non debet, præſertim ſi ab Epiſcopo ſuo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quòd ſi poſt reuocationem ſui Epiſcopi nõ obedierit, ſed inobediẽs perſeuerauerit, omni modo ab officio ſuo deponi debere, nec aliquando ſpem reſtitutionis habere decernimus. Si verò propter hanc culpam depoſitum, alius Epiſcopus ſuſceperit, & ipſe à communi ſynodo pœnam merebitur increpationis, tanquam eccleſiaſtica iura diſſoluens. Itẽ ex eodem:

A

B

Con. Antioc. cap. 21

Non licet Epiſcopo eccleſiam ſuam relinquere & ad aliam tranſire.

EPiſcopum de diœceſi ad diœceſim nõ debere tranſire, neque ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fuerit violenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab Epiſcopis ſuadetur: manere autem eum debere in eccleſia Dei, quam ab initio ſortitus eſt, & non ab ea alibi demigrare: ſecundum regulam ſuper hoc olim à patribus conſtitutã, decernimus. Item ex concilio Chalcedonenſi:

C

cap. 5

De eodem.

PRopter eos Epiſcopos & clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem tranſeunt:

pla

A placuit diffinitiones datas à sanctis patribus habere propriam firmitatem. Item ex concilio Carthaginiensi tertio: *Cap.20.*

Alienæ plebes ab Episcopo non usurpentur.

PLacuit, vt à nullo Episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diœcesi collegam suum. Item Anacletus Papa:

Alienos clericos ordinare, & altaria consecrare, Episcopo non licet.

B EPiscopus in diœcesi aliena ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria, irruere non debet. Quod si fecerit, amotis his quos ordinauit, altaris tantùm consecratione manẽte, transgressor Canonum vno anno à missarum celebratione cessabit. Item ex concilio Agathensi: *Cap.64.*

Diebus solennibus clericus ecclesiæ suæ deesse non debet.

SI quis in clero constitutus, ab ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est, C Natiuitate domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste: dũ potius secularibus lucris studet, quã seruitio Dei parêre, conuenit vt triẽnio à cõmunione suspẽdatur. Similiter Diaconus vel Presbyter, si per tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. Item Hilarius Papa: *Episco. Terraco. cap. 3.*

Remouendus est Episcopus ab ecclesia cui irre-

pserit

pserit,& ad suam cogendus est redire.

A REmoto ab ecclesia Barchionẽsi atque ad suam remisso, Irenæo Episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam volũtatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet obtinere: talis protinus de clero proprio, & Barchinonẽsibus ordinetur Episcopus, qualem te præcipuè, frater Asconi, oporteat eligere, & deceat consecrare: ne si fortè aliter factum sit, non sine obiurgatione, maximè tui nominis, retundat nostra B præceptio, quod in iniuriã Dei, à quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum. Item Leo Episcopus vrbis Romæ Anastasio Thessalonicensi Episcopo:

Leo Pap. 1. epistola 82. cap. 8.

Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsus, etiam propria careat.

SI quis Episcopus suæ ciuitatis mediocritate despecta, administrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorẽ plebẽ se quacunque ratione transtulerit: à cathedra quidem pellatur aliena, carebit etiam propria: vt nec illis presideat, quos per auaritiam cõcupiuit: nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus quisq; sit: nec supra mensuras iuris sui affectet augeri. Itẽ ex concilio Meldẽsi: C

Iuo Carno. li. 2. refert ex eodem de Presby.

Vtraque

A *Vtraque careat eccleſia, qui contemptu minoris ad maiorem adſpirat.*

SI quis de ordine ſacerdotali contẽptu minoris eccleſię ambitiosè & improbè ad potiorẽ adſpirauerit, canonica erga eũ definitio conſeruetur, hoc eſt vt vtraq; careat. Qui verò pretio eccleſiã vacantẽ ingreſſus fuerit, ab officio ſuo deponendus eſt, ſicut in Rothomagenſi cõcilio legitur: *Iuo ibidẽ refert.*

Deiiciatur à clero, qui muneribus eccleſiam acquirere tentat.

B SAncitũ eſt atque omnibus modis prohibitũ, vt ſi quis Presbyter inuẽtus fuerit alicui clerico vel laico munera dare, vel dediſſe, aut aliam pecuniam tribuere, vt alterius Presbyteri eccleſiã vacantem pretio redimat: pro hac cupiditate, ſeu rapina, ſeu præſumptione, turpis lucri gratia, deiiciatur à clero, & alienus exiſtat à regula. Quòd verò cõmuni conſilio, atque omnium aliorũ vtilitate mutationes C Epiſcoporum fieri poſsint, & in eccleſiis, à quibus receſſerint, eis viuentibus alij ſubſtitui valeant, Antherius Papa demonſtrat, ſcribens omnibus Epiſcopis: *5. pars.* *Antherius Pa. Epiſco. Bæticus, & Toletanus.*

Neceſsitatis vel vtilitatis cauſa Epiſcoporum mutationes fieri poſſunt.

MVtationes Epiſcoporum ſcitote cõmuni vtilitate atque neceſsitate fieri licere

licere: sed non propria cuiusquam voluntate aut dominatione. Petrus sanctus magister noster, & princeps Apostolorum de Antiochena ciuitate vtilitatis causa est trãslatus Romã: vt ibidẽ potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parua ciuitate, Apostolica autoritate mutatus est in Alexandriã. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuiũ, propter doctrinam vitamque bonã, quã habebat, autoritate huius sanctæ sedis, & cõmuni Episcoporum & reliquorum Sacerdotũ ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit: sed aut vi à propria sede depulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci vel populi non superbè, sed humiliter ab aliis translatus est. Nam sicut Episcopi habent potestatem regulariter ordinare Episcopos & reliquos sacerdotes: sic quotiẽs vtilitas aut necessitas coëgerit, suprà dicto modo & mutare & intronizare potestatẽ habent: non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis autoritate & licentia. Alia etenim est causa vtilitatis, alia auaritię & pręsumptionis, ac proprię volũtatis.

A

B

C

Pelag. 2. Itẽ Pelagius Papa Benigno Archiepis.

Causa

A *Causa necessitatis mutationes Episcoporum fieri possunt.*

SCias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis & vtilitatis, aliud præsumptionis ac propriæ volũtatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, id est qui non auaritiæ causa, aut dominationis, aut propriæ voluntatis vel delectationis suæ migrat de ciuitate ad ciuitatẽ, sed causa necessitatis & vtilitatis mutatur. Nam plurimorũ vtilitas, vnius vtilitati
B vel voluntati præferẽda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. Nam aliud est spõte transire, aliud coactè aut necessitate venire. Vnde non isti mutant ciuitatem, sed mutantur: quia non sponte, sed coactè hoc agunt. Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis vel vtilitatis fieri posse, quotiens communis necessitas aut vtilitas persuaserit. Item ad eundem:

Pelagi. 2. paulò inferius in epist. ad Benignum.

C *Christum negare conuincitur, qui necessitatẽ patientibus misericordiam non impendit.*

OMnis qui gemebat & vexabatur à Saul, fugiebat & veniebat ad Dauid. Si Rex piissimus atque iustissimus Dauid sciret peccatum esse fugientes persecutionem, & trãseuntes de loco ad locum, & de ciuitate ad ciuitatẽ, recipere, tales nequaquam

quam reciperet, nec secum teneret, neque A
in aliis ciuitatibus eos collocaret. Qui
enim persequũtur Domini Episcopos eos-
que de ciuitatibus ad ciuitates transire cõ-
pellunt: non eos tantũ persequuntur, quan-
tùm Dominũ nostrũ Iesum Christũ, cuius
legatione funguntur. Nec ipsi in hoc pec-
cant Episcopi: quoniã non sponte, sed coa-
ctè hoc agunt: sed ipsi, qui eos persequun-
tur: nec ipsis Episcopis hoc imputari po-
test, sed illis, qui eos hoc agere cogũt. Qui
autem negant misericordiam faciendã fu- B
giẽtibus, & necessitatẽ patientibus, ipsum
Christum negant, qui est misericordia &
veritas. Negant autem misericordiam ne-
cessitatem patientibus, qui populis indi-
gentibus diuinis ministeriis, & non habẽ-
tibus proprium Episcopũ, qui eos instruat
causa necessitatis atque vtilitatis, vt ex
alia ciuitate, licet minor sit, in eã, quę nõ
habet Episcopũ doctiorem vel potiorẽ &
vtiliorem, meliori consilio, non sponte
transeuntem, sed maiorum exhortatione C
mutare negant: aut Episcopum deiectum,
& persecutionem patientem causa vtilita
tis aut necessitatis nolunt inthronizare.

Ca. 27. con. Cartha. 4. Item ex concilio Carthaginiensi iij.

Non ambitione, sed synodali autoritate, de ecclesia ad ecclesiam Episcopus transeat.

Episcop

A EPiscopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem nō transeat: nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sanè si vtilitas ecclesiæ popoſcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum Episcopis porrecto, in presentiã synodi transferatur: nihilò minus alio in locum eius Episcopo subrogato. Inferioris verò gradus sacerdotes, vel alij clerici concessione suorum Episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare. Item ex eodem. *Ca. 33. con. Cartha. 4.*

B *In proprio gradu Episcopi vel Presbyteri, in aliena suscipiantur ecclesia.*

EPiscopi, vel Presbyteri si causa visitãdi ad ecclesiam alterius Episcopi venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem consecrandam, inuitentur. Item Calistus Papa omnibus Episcopis. *Epistol. 2.*

Ecclesia vnius Episcopi, ab alio disponi non debet.

C SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo, vel iudicari, aut disponi, nisi à proprio viro eo viuente permittitur: sic nec vxor Episcopi ipsius, quæ eius ecclesia vel parœcia indubitanter intelligitur, eo viuẽte, absque eius consilio & voluntate, alteri iudicari, vel disponi, aut eius cõcubitu, id est ordinatione, frui conceditur. Vnde

ait Apostolus: Alligata est vxor legi viri A
quàm diu vir eius viuit: eo verò defuncto
soluta est à lege viri. Similiter sponsa Epi-
scopi (quia spõsa vxorque eius dicitur ec-
clesia) illo viuẽte illi alligata est: eo defun-
cto soluta est, & cui voluerit nubat tantũ
in domino, id est, regulariter. Si enim eo
viuente alij nupserit, adultera iudicabitur.
Similiter & ille, si aliam sponte duxerit,
adulter existimabitur, & communione pri
uabitur. Si autem persecutus fuerit in sua
ecclesia, fugiendum est illi ad alteram ec- B
clesiã, eique est sociandus, dicẽte domino,
Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fu
gite in aliã. Si autem vtilitatis causa fue-
rit mutandus, non per se hoc agat: sed fra-
tribus inuitantibus, cum autoritate huius
sanctæ sedis faciat. Non tamen ambitus
6. pars. causa, sed aut vtilitate, aut necessitate (vt
dictum est) faciendum est. Hoc non so-
lùm de Episcopis, verùm etiã de quibus-
libet ecclesiæ ministris, intelligitur, ne vi- C
delicet in locum viuentis alter obrepat.

Epistola. 14. lib. 1. Vnde Beatus Greg. scribit Salonitano Episcopo, de eo, qui in Archidiaconatum alterius se promoueri consenserat:

Deponatur, qui locũ alterius inuadere nõ timet,

EVm qui contra iustitiæ regulã in Ar-
chidiaconatum alterius se prouehi cõ

sensit

A ſenſit, ab eiuſdem Archidiaconatus honore deponimus: qui ſi vlterius in loco eodẽ miniſtrare preſumpſerit, ſe participatione ſacrę cõmunionis nouerit eſſe priuatum.

Item Hyerony. ad Ruſticum monachũ: *Ad Ruſticum de viuendi forma. tom. 1.*

In vna eccleſia duo Prælati eſſe non debent.

IN apibus princeps vnus eſt: & grues vnã ſequuntur ordine literato. Imperator vnus, Iudex vnus prouinciæ. Roma vt cõdita eſt, duos fratres ſimul Reges habere non potuit: & parricidio dedicatur. In Re *Gene. 25.*
B beccæ verò vtero Eſau & Iacob bella geſſerunt. Singulis eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archiepiſcopi * ſinguli Archidiaconi: & omnis ordo eccleſiaſticus ſuis rectoribus nititur. Ecce in quibus caſibus Epiſcopo viuente alius poteſt ei ſubſtitui, quanquàm ſecundum rei vnitatem non viuenti Epiſcopo talis probetur ſuccedere. Tranſlatus enim ab vna ciuitate ad aliã, deſinit eſſe Epiſcopus illius ciuitatis, à qua
C transfertur: atque ideo, qui huic ſuccedit, non viuẽti, ſed defuncto quodãmodo Epiſcopo probatur ſubſtitui. Sed inter eum, qui hoſtilitatis neceſsitate, & eum qui vtilitatis cauſa transfertur, hoc intereſt: quòd ille, qui metu hoſtilitatis ad aliam tranſit, ſi priorem contigerit aliquando ab hoſtibus liberam fieri, ad eandem illũ redire

* *Archipresbyteri. 6. pars.*

Epist.25. Ioã. Squillitano, li.2.

oportet. Vnde Greg. Papa scribit Ioanni Episco. Squillitano, lib. ij. epist. ca. xxv. A

Qui metu hostilitatis ad alium locum transierit, postea ad suam ecclesiam redire oportet.

PAstoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum pastorali solicitudine gubernare debeãt. Propterea te Ioannem ab hostibus captiuatũ Lesmianæ *ciuitatis Episcopũ in Squillitana* ecclesia cardinalem necesse duximus constituere Sacerdotem: & vt susceptam B semel animarum curam, intuitu retributionis futuræ impleas. & licet à tua ecclesia sis hoste imminẽte depulsus, aliam quæ pastore vacat, debes ecclesiam gubernare: ita tamen, vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & domino protegente ad priorem statum contigerit reuocari, ad eam, in qua priùs es ordinatus, ecclesiã reuertaris. Si autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in C hac in qua à nobis ordinatus es, vel incardinatus, debeas ecclesia permanere. Qui verò vtilitatis causa transfertur, nequaquã ad priorẽ redigere cogitur. Est etiã alius casus, in quo Episcopus viuenti Episcopo substituetur. Cũ enim aliquis relicta priori cathedra, sua autoritate ad aliã transie-

*Lisitanæ * Squillatina.*

rit,

A rit,& alius ei substitutus fuerit, licet ille prioris ecclesiæ Episcopus esse non desierit,substitutus tamen Episcopatũ habebit.

Vnde Damasus vrbis Romæ Episcopus scribit omnibus Episcopis,dicens: *Dama. in professione fidei ad Paulinum Antioche.*

De sacerdotibus, qui relictis suis ecclesiis ad alias migrarunt.

EOs sacerdotes,qui de ecclesiis ad alias ecclesias migrauerunt,tandiu à communione habuimus alienos, quandiu ad eas redierint ciuitates,in quibus sunt con

B stituti. Quòd si alius, alio transmigrante, in locum viuentis est ordinatus,tandiu vacet à sacerdotij dignitate, qui suam deseruit ciuitatem,quãdiu successor eius quiescat in domino.Episcopalium etiam sediũ mutationes metu hostilitatis interuenientе nonnunquam fieri solent. Vnde Gregor.scribit Ioanni Episcopo Velitrano: *Greg. epi. n. lib.2.*

Necessitate temporis Episcopalium sedium mutationes fieri possunt.

C TEmporis qualitas nos admonet,Episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas,ad alia,quæ securiora putamus eiusdem diœcesis loca transponere:quo & habitatores securi valeant degere,& barbaricum possint periculum facilius declinare.Propterea te Ioannem fratrem & Coëpiscopum nostrum Velitrẽsis

ciuitatis, sedemq; tuam in loco quondam Arenatarum ad sanctum Andream Apostolum præcipimus transmigrari: quatenus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic consuetudinem solenniũ festiuè disponas. Item cùm aliquis causa humilitatis Apostolica cõcessione de Episcopali sede ad monachalem descenderit subiectionem, alius loco eius subrogari poterit: ille verò ad Pontificatum resurgere nequaquam vlterius valebit. Vnde in quinta actione Constantinopolitanæ ciuitatis, synodo ccclxxxiij. patrum, sub octauo Ioanne Papa, cui præfuit Petrus Presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus Episcopus, & Eugenius Ostiensis Episcopus, Apocrisarij Papæ dixerunt: A B 1. pars.

Episcopus, qui causa humilitatis monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet.

HOc nequaquam apud nos habeatur, vt quicunque de Pontificali ordine & habitu ad monachorum descenderit vitam, vlterius possit in Episcopatum reuerti. Itẽ præcepit sancta synodus, vt quicunq; de Põtificali dignitate habituque ad monachorum vitam, & pœnitentiæ descẽderit locum, nequaquam ad Pontificatum resurgat. Monachorum enim vita, subiectionis habet verbũ & discipulatus, nõ docendi, C

A cendi, vel præſidẽdi, vel paſcẽdi alios. Hoc ad pœnitentiã agẽdam, nõ ad quietem ſeruandam quibuſdam cõceditur. Vnde Liberius Papa ſcribit omnibus Epiſcopis: *Epiſto. 2.*

Pro infeſtationibus malorum non licet Epiſcopo gregem relinquere.

SVggeſtum eſt nobis, quòd pro præteritis laboribus & infeſtationibus, nõnulli veſtrum aſsignatas ſibimet, & à Deo cõmiſſas reliquerunt plebes, & in futurũ plures relinquere velint eas, quas tueri debent
B eccleſias, & pro quibus ſibi commiſsis laborare negligãt, & monaſteriorũ ſe quieti tradere feſtinent, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligere, & ſilentio atque otio vitam ducere magis appetant, quàm in his, quæ ſibi commiſſa ſunt, permanere dicente domino, Beatus, qui perſeueraue- *Mat. 10. c*
rit vſque in finem. Vnde nanque eſt beata perſeuerantia, niſi de virtute patientiæ? quoniam ſecundum Apoſtolicam prædi- *2. Tim. 3. c*
C cationem omnes qui volunt in Chriſto piè viuere, perſecutionem patiuntur. Ideo fratres chariſsimi non vos afflictionum amaritudo à pio mentis veſtræ propoſito coërceat recedere, conſiderantes, quanta pro abſolutione noſtri & liberatione creator Dominuſque & redemptor noſter pertulerit, quibúſve ſe contumeliis

afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis Diabolicæ liberaret. Attendite itaq; vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos regere ecclesiam Dei, quã acquisiuit proprio sanguine Saluator mundi, vt non sit qui vos decipiat, aut seducat subtilitate sermonis, vt plebes vobis commissas relinquatis, & alicui propter opprobrium malorum hominum quieti vos tradatis, vt vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis. Item Nicolaus Hunnifrido Morinensis ecclesiæ Episcopo: A B

In persecutionibus Episcopus ecclesiam suam non deserat.

SCiscitaris itaq; per Guldagarium Presbyterum, vtrùm cum à Normannis de Episcopio depellaris, debeas de cætero in monasterio conuersari. In quo scias, charissime frater, quòd si pernicioſum est proretam in tranquillitate nauim deserere, quãtò magis in fluctibus? Vbi non dicimus, & persecutorum non fugiamus, maximeque paganorum, insidias, cùm ad tempus sæuiunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem diuinitus assequuntur, præsertim cùm eis prodire vltro non debeamus, & multos Prophetas & Apostolos, ipsum quoq; Dominum huius C

modi

A modi fugiſſe inſecutores, luce clarius conſtet: ſed & prę cipuè nos, qui tanquã arietes ducatũ gregibus prębemus, imò, qui & horum paſtores ſumus, Deo autore, cũ eis in periculis pro viribus perſiſtere pro certo cõueniat, & cùm trãquillitas reddita diuina fuerit pietate, ſopitaq; furentiũ infeſtatio, mox gregẽ perquirere, & in vnũ colligere, & eius animos cæleſtis patrię pace ac potiſsimũ ſecuritate prædicata, ſurſum erigere debemus. Et tãdiu ſuper eorũ cautela
B oportet nos eſſe ſolicitos, vt ſi Dei iudicio præſentis tẽporis cõmoda fortaſsis amittũt, futuræ vitæ ſe ſperẽt gaudia abſq; ambiguitate percipere ſempiterna. Itẽ Greg. *Epiſt. 126. libro 7. ad Nichare-dum Regẽ Viſigothorum.*

Non eſt reprobatio, ſed virtutis probatio, bonorum aduerſitas.

ADuerſitas, quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis eſt, non iudicium * reprobationis. Quis enim neſciat, quàm proſperum fuit, quòd beatus Paulus Apo-
C ſtolus prędicaturus ad Italiam veniebat, & tamen veniẽs naufragiũ pertulit: ſed tamẽ nauis cordis in maris fluctibus integra ſtetit. Hoc etiam tunc obſeruandum intelligitur, quando inter ſubditos aliqui inueniũtur, quibus Prælatorum vita proficiat: quando nec ſpecialiter Prælatus quęritur, nec per alios tuta poteſt eſſe eccleſiæ ſalus:

* *indiciũ Act. 27. a*

9. part.

ne si deserere incipiat, quibus prodesse po A
Ioan.10.b testt, dicatur de eo, Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & deserit oues, & fugit. Cùm verò specialiter quæri
Mat.2. tur, fugiat exemplo Christi, qui à facie Herodis fugit in Aegyptum. Fugiat exemplo
Act.9.e Pauli, qui à fratribus per murum submissus est in sporta. Vnde Augustinus ait: Fugiat minister Christi, sicut Christus in Aegyptum fugit. Fugiat qui specialiter quæri tur, dum per alios est firma salus ecclesiæ. B

Mat.10.c Hinc etiam ait Dominus discipulis: Si
Ioan.8.g vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Hinc etiam idem abscondit se, & exiuit de templo, quando Iudæi lapides tulerunt, vt iacerent in eum. Hinc etiam Augustinus ait de eodem in Psalmo liiij. Ecce elongaui fugiens: illud tangit, quòd vitabat persequentes, vt occasionem iræ demeret. & manebat in desertis orans: in quo docebat nos in secreto conscientiæ C quiescere, cùm à malis premimur. Cùm verò non Prælatorum tantùm, sed totius ecclesiæ salus quæritur, fides impugnatur; necesse est vt ex aduerso accedãt, & in die belli seipsos, vt murum, opponant pro domo Domini, & animas suas ponãt pro ouibus suis: vt exemplo suę passionis accẽdãt,

quos

A quos ſermone doctrinæ diutius confirmare non valent. Et hoc quidem de manifeſtis perſecutionibus. Eſt & aliud genus perſecutionis, in quo Apoſtolus laborabat, dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? &c. Hinc Auguſtinus in Pſalm. cj. Oſſa, id eſt fortes, quorum frixoriũ ſunt, qui ſcandalizãtur. Tantùm enim frigitur bonus, quantùm amat. Hinc idẽ in Pſal. xxx. Iraſcitur iuſtus peccatis palearum, nõ B tamen odit: in quo extinguitur oculus & venter pro interioribus quæ turbãtur, quãdo nec corripi poſſunt impij: quibus non clamat, quia deſecit in dolore vita, videns non proficere quod prædicat. Hinc idem ait in Pſal. lxix. vtrunque genus perſecutionis diſtinguens: Vox cõtribulatorum Chriſto, id eſt, martyrum inter paſsiones periclitantium, ſed de capite præſumentiũ cũ illis. Vox omnis iuſti, cui ex charitate abũdans iniquitas Chriſtianorum paſsio eſt, C vt Loth corporalem perſecutionẽ à nullo in Sodomis ſuſtinuit: ſed à malis eorum, cũ quibus habitabat. Eſt ergo perſecutio iuſti vel à leone in impetu, vel à dracone in inſidiis. Vnde omnes clament: Deus in adiutorium meum intende. Cùm autem à vitiis ſubditorum Prælatus affligitur, aliquan

2. Cor. 11. g

Ad verſũ, Et oſſa mea ſicut in frixorio.

Ad verſũ, Miſerere mei Domine.

In præfatione Iſa. 69.

aliquando omnium est vna & insatiabilis obstinatio: aliquando mali inueniuntur bonis admisti. Quando boni simul cũ malis habitant, non sunt deserendi boni propter malos: ne peruersè malos euitãdo vincamus, quos fugimus ad gehennam, sed potius mali tolerentur propter bonos. Vnde Grego. Abel esse renuit, quem Cain malitia non exercet. Ferrum quippe nostræ mẽtis ad acumen non potest peruenire veritatis, nisi hoc alterius eraserit lima prauitatis. Hinc etiam Augustinus: Tu bonus tolera malum, &c. Infrà de tolerandis malis in prima causa hæreticorum idem ait: Maius malum in separatione bonorum committimus, quàm in coniunctione malorũ fugiamus. tali non imputat Deus sua peccata, quia nõ fecit: nõ aliena, quia non approbauit: nõ negligẽtiam, quia non tacuit: nõ superbiã, quia in vnitate permansit. Hinc idem in Psalm. liiij. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ? non ait, sicut coruo. Columba verò à molestiis quærit auolare: sed non dilectionem amittit, semperque gemit. Sic bonus vult se separare corpore, non amore ab his, quibus non potest prodesse: sed si aliquando ligatur non visco cupiditatis, sed cura & officio, vt deserere non possit, tunc dicat: Cupio dissolui, & esse

Gre. epist. 39. lib. 9.

Augu. sermone 18. de verbis Domini.

A B C

A eſſe cum Chriſto: ſed manere in carne neceſſe eſt propter vos. & ſic eſt meritum ex deſiderio. Ecce elongaui fugiens, non loco, ne rumpatur charitas bonorum, ne per dat exercitium malorum, quos Deus admiſcet, vt Iudam Apoſtolis, quem quamuis ſciret furem eſſe, tamen ad prædicandum miſit, & ei Euchariſtiam dedit, docẽs in eccleſia tolerari malos: nec obeſſe bonis malorum conſortia. Quandiu verò omniũ ſubditorum eſt obſtinata malitia, nec pro-
B deſt eis Prælatorum præſentia: tunc etiam corpore licet ab eis recedere, ne illorum nequitia ſemper in deterius proficiat, & iſti quidem fructum amittant, quem de aliorũ profectu poſſent inuenire. Sic Beatus Benedictus deſeruiſſe legitur, quos in necem ſuam vnanimiter viderat cõſpiraſſe. Hinc etiam Beatus Gregorius Petro Diacono interroganti, an liceat Prælato gregem ſemel ſuſceptum deſerere, lib. ij. Dialogorum reſpondit, dicens: *Cap. 3.*

C *Quãdo liceat Prælatis ſubditos deſerere, vel nõ.*

IBi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, vbi inueniuntur aliqui, quibus adiuuẽtur boni. Nam vbi omnino fructus de bonis deeſt, fit aliquando de malis labor ſuperuacuus: maximè ſi è vicino cauſæ ſuppetant, quæ fructum Deo valeant ferre melio

meliorem. Sæpe agitur in animo perfectorum, quod silentio prætereundum non est: quia cùm laborem suum sine fructu esse cõsiderant, in loco alio ad laborem cum fructu migrant. Vnde quoque ille egregius prædicator, qui dissolui cupiebat, & cum Christo esse, cui Christus est viuere, & mori lucrum, qui certamina passionum non solùm ipse appetiit, sed ad toleranda hæc etiam alios accendit: Damasci persecutionem passus, vt potuisset euadere, murum, funem, sportamque quæsiuit, seque latenter deponi voluit. Nunquid Paulum mortem timuisse dicimus, quam seipsum pro amore Iesu testatur appetere? Sed cùm in eo loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, ad grauem laborem se alibi cum fructu seruauit. fortis etenim præliator Dei teneri intra claustra noluit, sed certaminis campum quæsiuit.

Phil.1.c

2.Co.11.g

Actо.9.a

A

B

Multorum autoritatibus apparet, quando viuentibus Episcopis alij possunt substitui, & quando non.

C

QVAESTIO II.

An iste valeat reposcere cathedram, quam sua intercessione alter accepit.

Quod

A QVOD AVTEM iſte valetudine recepta ſuam repetit cathedrã, nulla autoritate ratum habetur. Celebrationem verò ſacrificiorum, quam infirmitatis cauſa dimiſerit, valetudine recuperata exequi non prohibetur. Vnde Alexander ij. ſcribit Gebonardo Viuarienſi Archiepiſcopo:

De quodam Presbytero, qui caduco morbo laborabat.

B IN literis tuis continebatur ſic: Hic clericus ordinem habet Presbyterij: ſed quia caduco morbo laborat, & ipſi impræſentiarum hoc agnouimus, nõ aufi fuimus cõcedere ſibi, vt offerret, vel miſſam celebraret. Quia verò lãguor in culpa nõ eſt, ſuper hac re autoritatis noſtræ decreto conſulẽdo deliberauimus. Conſulimus itaq;, vt ſi frequenter hoc morbo tãgitur, ab oblatione & miſſarum celebratione omnibus modis prohibeatur. Indecens enim eſt & periC culoſum, vt in conſecratione Euchariſtiæ morbo victus epileptico cadat. Si verò Dei miſericordia conualuerit (quandoquidem nõ culpa, ſed infirmitas, eſt in cauſa) eum ſacrificare iam nõ interdicimus. Itẽ Gelaſius Ruſtico & Fortunato Epiſcopis:

A regimine ſuſpendatur eccleſiæ, qui in terram frequenter eliditur.

Nuper

NVper Foropopulensis ecclesiæ clerici, vnà cum Sabino Episcopo, & Pelagio, & laicis, propria suggestione referarunt, Præsulem suum graui quadam necessitate vexari, cuius eum dicerent incursione frequenter elisum. Quod ne scandalũ fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam Dei vbique positam hac offensione turbare, præcipuè cùm eodem ipso volente huc se perrexisse firmarent, ad dilectionem vestram scripta direximus, vt ecclesiæ, cuius rector tali casu tenetur adstrictus, visitationem congruam reddatis. Verùm quia nũc idem ipse venit huc Pontifex, falsaque omnia de se iactata disseminat, sub diuini cõtemplatione iudicij, vestræque conscientiæ existimationisque respectu, rerum fide solertissimè perquisita, si aliquando scilicet vel in domo, vel in processione, vel in alio quocunque loco probatur repentè collapsus, vocesque dedisse confusas, & spumas ore iactasse, quanta fieri potest examinatione quæratur. Quod tamen siue non possit aliquorum factum testificatione firmari, siue nunquàm contigisse dicatur, nõ putandũ est posse sufficere, sed certum manifestumque documẽtum: quia de tanta re non segnius agendum est: faciat rem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, & aptam magno

A B C

A magno pontifici, vt eum vel triginta diebus tecum esse constituas, eumque carnibus indifferenter necessaria probatione compellas vti.

CAVSA VIII.

C VIDAM Episcopus agens in extremis, successorẽ sibi ex testamẽto instituit. Inde suorum amicorum patrocinio in eundem Episcopatũ eligitur. Post electionem pro indemnitate ecclesiæ Canonicis iuramentũ præbuit. Accusatur de simonia, tanquam munus ab obsequio præstiterit. Ante tempus sententiæ à clericis suis relinquitur. Sine literis Apostolicis ad ecclesiam suam reuertitur Episcopus. Hic primùm quæritur, an liceat Episcopo sibi successorem instituere. Secundò, an amicorum patrocinia in electione debeant conualescere. 1 2

B Tertiò, an sit habendus simoniacus, qui post electionem huiusmodi iuramentum Canonicis præstat. Quartò, an liceat clericis ante sententiæ tempus ab Episcopo suo discedere Quintò, an sine literis Apostolicis debeat redire ad propriam ecclesiam. 3 4 5

QVAESTIO I. A

An liceat Episcopo sibi successorem instituere.

QVOD autem Episcopo successorem sibi instituere liceat, ex verbis Zachariæ Papæ cõiici tur, quibus Episcopo Magun tino permisit adiutorem sibi statuere, qui ei defuncto in plenitudinem potestatis succederet. Item ex verbis Sym B machi Papæ, dicentis: Si transitus Papæ inopinatus euenerit, vt de sui electione suc cessoris non possit ante decernere, apparet quòd Episcopi successores sibi instituere possunt. Item exemplo Beati Petri illud idem probatur, qui Beatum Clementem si
Ioan. Pa. 3 bi successorẽ instituit. Vnde Ioãnes ter tius scribit Episcopis Germanię & Gallię.

Quòd Petrus Linum & Cletum adiutores sibi adsciuit.

SI Petrus princeps Apostolorum adiuto C res sibi adsciuit Linum & Cletum, non tamen potestatem Pontificij, aut soluendi, aut ligandi normã eis tradidit, sed successo ri suo Clementi, qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem, tradente sibi Beato Petro, tenere promeruit. Linus verò & Cletus ministrabant exterio

ra:

A ra: princeps autem Apostolorum Petrus verbo & orationi instabat.

Palea.

Clemens Pa. epi. 1. ad Iacobū fratrē Domini.

VNde ipse Clemens in epistola ad Iacobum Hierosolymitanum missa inter cætera scribit, quòd Petrus adhuc viuens Clementem in Episcopum elegit. Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vitæ finem sibi præsensit, apprehensa manu mea in auribus totius ecclesiæ hæc protulit verba: Clementem hunc vobis ordino Episcopū,
B cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram trado: quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, scientem nonnullorum ferre, etiam ex his quæ verbo Dei instituūtur, iniurias. Sed in Antioche *Cap. 23* no concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo sic statutum legitur:

Episcopo successorem sibi constituere non licet.

C EPiscopo non liceat pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quòd si tale aliquid factum fuerit, irritum sit huiusmodi constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticū, id continens non aliter oportere fieri, nisi cum synodo & iudicio Episcoporum, & electione clericorum: qui post

obitum quiescentis potestatem habent eũ qui dignus extiterit, eligere & promouere. A

Cap. 8. lib. Marti. episcopi Bracharen. de synodis Gracorũ.

Item ex concilio Martini Papæ:

De eodem.

EPiscopo non liceat ante finem vitæ alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis cõstitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio & iudicio episcoporum, qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere. Item Hilarius Papa: *De eodem.* B

In synodo præsidens, Cap. 5.

PLerique sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, vt scilicet nõ legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio, pro populi habeatur assensu. Quod quàm graue sit, estimate. Ab vniuersis acclamatum est. Hęc præsumptio nunquam fiat. Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt. Item Hieronymus ad Titum, cap. j. *De eodem.*

Hiero. ad locum, Et constitue as per ciuitates Presb.

C

MOyses amicus Dei, cui facie ad faciẽ locutus est Deus, potuit vtique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu eligitur Iesus, id est Iosue, vt sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vi

tæ.

A tæ. At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos in ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorũ sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit: & vt deteriora taceam, qui vt clerici fierent, muneribus impetrarunt. Item Innocentius Papa ij.

Iuo lib. 1. in fine refert ex eodem.

De eodem.

B A Postolica autoritate prohibemus, ne quis ecclesias & præbendas, præposituras, capellanias, aut reliqua ecclesiastica officia, hæreditario iure valeat vendicare, aut expostulare præsumat. Quod si qs improbus, aut ambitionis reus, attentare præsumpserit, debita pœna mulctabitur, & postulatis carebit. His omnibus autoritatibus prohibentur Episcopi successores sibi instituere. Sed aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare, aliud

C est ex testamento tanquam suæ dignitatis hæredem sibi quærere. Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autem beati Petri Apostoli ab illis valet in argumentũ assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorem Beatus Petrus quæsiuit. Verùm quia officium non vitæ, sed sanguini cœpit deferri, atque ad Epi

scopatũ tales quisque sibi successores quæ A
rere cœpit, qui vel odiosi populis, vel à ple
be docendi inueniuntur: idcirco sacris Ca-
nonibus statutum est, ne quisquam sibi sui
officij quærat successorem: sed populi ele-
ctione quæratur, qui eorum vtilitati dignè
deseruiat: qui illorũ vtilitatem, non sua lu
cra, quærat: qui Christo semen velit susci-
tare, non sibi diuitias cõgregare: quod qui
facere contempserit, iure ab ecclesia repu-
diatur. Vnde Augustinus in libro con- B
tra Manichæos:

*Qui sibi & ecclesiæ prodest, vtroque pede cal-
ceatus intelligitur.*

2. pars. Deut. 25. b OLim iussus est frater præmortui fra-
tris vxorem ducere, vt non sibi, sed il
li suscitaret sobolem: eiusque nomine voca
ret, quod inde nasceretur. Quod si recusa-
ret, discalceatus vno pede, conspui solebat
in faciẽ. Nunc Euangelij quisq; prędicator.
ita debet in ecclesia laborare, vt defuncto
fratri id est Christo suscitet semen: qui pro C
nobis mortuus est: & quod suscitatum fue-
rit, eius nomẽ accipiat. At verò qui electus
ab ecclesia ministeriũ euangelizandi & ba
ptizãdi renuerit, ab ecclesia ipsa dignè me
ritoque contemnitur. Qui enim & sibi pro
Roma. 10. c Esa 52. b dest & ecclesiæ, bene intelligitur vtroque
pede calceatus. Vnde illud: Quàm speciosi:

pedes

A pedes euangelizantium pacem, euangelizã tium bona. qui enim lucrandorum curã refugit aliorum, diſcalceati illius non figura tum ſignificauit, ſed in ſe impletum porta uit opprobrium. Item Greg. in Regeſto: *Epiſt. 169. lib. 6. Cyria co Epiſco.*

Locus regiminis, ſicut deſiderantibus eſt dene gandus, ita fugientibus eſt offerendus.

IN ſcripturis. veſtris vos magnopere requiem quæſiſſe narratis: ſed per hoc ad paſtoralem ſolicitudinem vos congruè ve niſſe oſtenditis: quia ſicut locus regiminis
B deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus offerendus eſt. Et ſicut ſcriptum eſt, Nec quiſquam ſibi ſumat honorẽ, ſed qui *Hebr. 5. Nume. 25.* vocatur à Deo, tanquam Aaron. Et rurſus *2. Cor. 5. 6* idem egregius prædicator dicit: Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo & omnes mortui ſunt: & p omnibus Chriſtus mortuus eſt, & ſi hoc eſt, ſupereſt, vt qui viuũt, non iã ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Et paſtori ſanctæ ec
C cleſiæ dicitur: Simon Ioãnis amas me? Paſce oues meas. Ex quibus verbis colligitur, quòd ſi is, qui valet, omnipotẽtis Dei oues renuit paſcere, oſtendit ſe paſtorem ſummum minimè amare. Si enim vnigenitus Patris pro explenda vtilitate omniũ, de ſecreto Patris ad publicũ noſtrũ egreſſus eſt: nos quid dicturi ſumus, qui ſecretũ noſtrũ *Ioann. 21. d*

prę̃ponimus vtilitati proximorũ? Quies itaque nobis ex corde appetenda est, & tamen pro multorum lucro aliquando postponẽda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationem fugere: ita (si desit qui prædicet) occupationis onus libenti necesse est humero subire. quod ex duorum Prophetarum opere docemur, quorum vnus prædicationis officium vitare conatus est, & alter appetiit. Nam mittenti se domino Ie-
Ierem. 1. b remias respondit, dicens: A, a, a Domine Deus, ecce nescio loqui, qa puer ego sum. Et cùm omnipotens Deus ad prædicandũ sibi personam quęreret, dicens: Quem mittam, & quis ibit ex vobis? vltro se obtulit
Esa. 6. c Esaias, dicens: Ecce ego, mitte me. En ab vtrisq; exterius diuersa vox prodiit, sed nõ à diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo qppe sunt præcepta charitatis, amor Dei, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias, officiũ prædicationis appetiit. Per contemplatiuam verò Ieremias amori conditoris sedulè inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetiit, hoc laudabiliter alius expauit. Iste ne tacitæ contemplationis lucra loquẽdo perderet, ille ne damna studio si operis tacendo sentiret. Sed hoc in vtrisque

A B C

A que eſt ſubtiliter intuendum, quia & is qui recuſauit, plenè non reſtitit, & is qui mitti voluit, antè ſe per altaris calculum purgatum vidit: ne aut non purgatus adire quiſquam myſteria ſacra audeat: aut quem ſuperna gratia elegit, ſub humilitatis ſpecie ſuperbè contradicat. Idē in Moralibus. *Cap. 13. lib. 35. ad cap. 42. Iob.*

Locus deiectionis in voto, dignitatis ſemper ſit in neceſſitate.

SCiendum ſummopere eſt, quòd obediē
B tia aliquando ſi de ſuo aliquid habuerit, nulla eſt: aliquando ſi de ſuo aliquid nō habuerit, minima eſt. Nam cùm huius mūdi ſucceſſus pręcipitur, cùm locus ſuperior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi virtutem euacuat, ſi ad hæc ex proprio anhelat. neque enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad percipienda huius vitæ proſpera libidini propriæ ambitionis ſeruit. Rurſus cùm mūdi deſpectus præcipitur, cùm probra adipiſci & cō
C tumeliæ iubētur: niſi ex ſemetipſo animus appetat, obedientiæ ſibi meritum minuit: quia ad ea quæ in hac vita deſpecta ſunt, inuitus nolensque deſcendit. Et paulò ſuperius: Obediētia victimis iure præponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur: cùm contra ariolandi peccatum inobedientia

esse monstratur. Ex aduerso ergo melius A
ostẽditur, qd de eius laude sentiat. Si enim
quasi peccatum ariolandi est repugnare, &
quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere:
sola est quæ fidei meritum possidet obediẽ
tia, sine qua quisque infidelis conuincitur,
etiamsi fidelis esse videatur. Item August.
Cap. 19. lib 19. de Ciui. Dei.

Qui præesse, & non prodesse, desiderat, Episcopari non debet.

1. Timo. 3. a

QVi Episcopatum desiderat, bonum
opus desiderat. Exponere voluit, B
quid sit Episcopatus: quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim, atq; inde dictum vocabulum, quòd ille qui præficitur, illis quibus præficitur, superintẽdit, cũrã eorum, scilicet gerens. σκόπος quippe intentio est. Ergo Episcopos, si velimus, Latinè Superintendentes possumus dicere: vt intelligat, non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Itaque à studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur: quod ad laudabile pertinet C
otium. Locus verò superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur atque ministretur, vt decet, tamen non decenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quærit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit, percipien

A piendæ atque intuendæ vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatẽ. Sed nec sic omnimodo veritatis delectatio desideranda est, ne subtrahatur illa suauitas, & opprimatur iusta necessitas. Item Petrus:

In epistola Clementis 1. ad Iacobum.

Pro ingenio discentium doctor moderetur verba doctrinæ.

OPortet eum, qui docet & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, &
B verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo apprime esse erudi- *3. pars.*
tus & doctus, irreprehensibilis, maturus, pauidus, sicut ipsi probastis fore Clementem hunc post me. Item eiusdem:

In eadem epistola.

Qui omnibus præest, singulos releuare cõtẽdat.

CLemens si tanquam omnibus præesse volueris, singulos, prout poteris, iua, & singulos releua: qui & singulorum onus ac solicitudinem portas. Item Hie
C ronymus ad Titum, cap. j.

In cõmentariis loci huius, Et constitue as per ciuitates Presb. Lucæ 10. c

Contra Christum faciunt, qui gratia non meritis, gradum ecclesiasticum tribuunt.

QVi vos spernit, me spernit. Ex quo manifestum est, eos qui Apostoli lege contempta, ecclesiasticum gradum non meritis voluerint alicui conferre, sed gratia, contra Christum facere: qui qualis-

in

in ecclesia Presbyter constituendus sit, per Apostolum suum in sequentibus executus est. Item Hieronymus in lib. Leuit. A

Origenes Homil. 6. ad cap. 8. Leuitici.

Ad sacerdotium non eligatur, nisi qui cæteris & sanctior & doctior habetur.

LIcet ergo Dominus de constituendo principe præcepisset & elegisset, tamen conuocatur etiam synagoga. Requiritur ergo in ordinando sacerdote etiam populi præsentia; vt sciãt omnes & certi sint, ꝙ qui præstãtior est ex omni populo, ꝙ doctior, ꝙ sanctior, qui in omni virtute eminẽtior ille eligitur ad sacerdotiũ, & hoc attestante populo: ne qua postmodũ retractatio cuiquã, ne quis scrupulus resideret. hoc est autem, quod & Apostolus præcipit in ordinatione sacerdotis, dicens: Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Ego tamẽ & amplius aliquid video in eo quod dicit, Quia conuocauit Moyses omnem synagogam: vt hoc sit colligere omnes animi vires, & in vnum congregare virtutes: vt cùm sermo de sacerdotalibus habetur sacramentis, vigilent omnes animi virtutes, & intentæ sint, vt nihil scientię, nihil in eis sapientię, nihil desit industriæ: sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum, vt quid sit Põtifex, B C

1. Time. 3. b

A fex, quid vnctio, quid indumenta eius, cõferens intra sacrarium cordis sui, possit aduertere. Item ex libro Numerorum: *Orige. Homil. 23. ad ca. 27. Numero.*

Populi gubernatio diuina electione præstatur.

SI ergo tantus ille ac talis Moyses non permittitur iudicio suo de eligendo populi principe, de constituendo successore: quis erit qui audeat vel ex plebe, quæ sepe clamoribus, aut gratia, aut pretio fortasse excitata moueri solet: vel ex ipsis etiam sacerdotibus quis erit, qui idoneum ad hoc
B se iudicet? nisi si cui hoc oranti & petenti à Domino reueletur: sicut & Deus dicit ad Moysen: Assume ad temetipsum Iesum filium Naue, hominem qui habet Spiritum Dei in semetipso, & impones manus tuas super eũ, & statues eum cora Eleazaro Sacerdote, & præcepta ei dato in conspectu totius synagoge: & præcipe de ipso coram eis, & dabis claritatem tuam super illum, vt audiant eum filij Israël. Audis euidenter ordinationem principis populi tam
C manifestè descriptam, vt penè expositione nõ egeat. Nulla hic populi acclamatio, nulla cõsanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita cõtẽplatio est propinquis, agrorũ & prędiorũ relinquatur hęreditas.

Numer. 27. d

Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegit: homini scilicet tali, qui habet

(sicut

(sicut scriptum audistis) spiritum Dei in semetipso, & præcepta Dei in conspectu eius sunt: & qui Moysi valde notus & familiaris sit, id est, in quo sit claritas eius legis & scientia, vt possint eũ audire filij Israël. Item Greg. ciuibus Neapolitanis: A

Epistol. 40. lib. 8. *Non ex fauore, sed iudicio debet venire electio.*

NEc nouum, nec reprehensibile est, in eligendo Episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est, quando in huiusmodi causa non ex iudicio, sed ex solo fauore venit electio. Cùm autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quẽ Deus elegit, datur intelligi, quòd aliquãdo quibusdam traditur, quos Deus non elegit. B

Vnde Hieronymus:

Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps ecclesiæ.

4. pars. AVdacter fortasse aliquid dicimus tamen quod scriptum est dicimus: Non semper princeps populo, & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur: sed prout merita nostra deposcũt. Si mali sunt actus nostri, & operamur maligna in conspectu Dei: da tur nobis princeps secũdum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis sanctis probabo. C

Osee 8. a Audi nanque, quid dominus dicat: Fecerunt sibi Regem, & non per me: principem, & non per consilium meum. Et hoc dictum

A dictum videtur de Saule illo, quem vtique ipse Dominus elegerat, & Regem sibi fieri iusserat: sed quoniam non secundum Dei voluntatem, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cũ sua voluntate vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesiis fieri, quòd pro meritis aut in verbo & opere potens à Deo tribuitur rector ecclesiæ: aut si malignum faciat populus in cõspectu Domini, & tales perseuerent,
B talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famem & sitim populus patiatur: non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Dei. Item Augustinus:

Non sunt filij, sed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt.

SVnt in ecclesia quidam Præpositi, de quibus Apostolus Paulus dicit, Sua *Phil.2.c*
quærentes, non quæ Iesu Christi. Quid est sua quærentes? Non Christum gratis diligentes, sed Deum nõ propter Deum quæ-
C rentes: temporalia commoda sequentes, lucris inhiantes, honorem ab hominibus appetẽtes. Hæc quando amãtur à Præposito, & propter hæc seruitur Deo: quisquis talis est, mercenarius est: inter filios eius se non computet. Non ergo qui præficiuntur, semper cæteris meliores intelliguntur.

Vnde

Ad locũ, si quis est si ne crimine.

Vnde Hieronymus ad Titum, cap. j. A

Ex electione non proficiuntur Episcopi, sed comprobantur.

ILlud inferendum est aduersus eos, qui de Episcopatu intumescunt, & putant se non dispensationem Christi, sed imperiũ consecutos: quia non statim omnibus his meliores sunt, quicunque Episcopi nõ fuerint ordinati: nec ex eo ꝙ Episcopi electi sunt, ipsi se magis existimẽt comprobatos: sed intelligãt propterea quosdã à Sacerdotio remotos, quia eos vitia liberorum impedierint. B Si autẽ peccata filiorũ iustũ ab Episcopatu prohibẽt: quãtò magis se vnusquisque considerans, & sciens, quia potentes potẽter tormenta patientur, retrahit se ab hoc nõ tam honore, quã onere: & aliorũ locũ, qui magis digni sunt, non ambit occupare. Item eiusdem ad Titum, cap. j.

Pro gradu sui officij quẽque meliorẽ esse oportet.

QValis enim erit ædificatio discipuli, si intelligat magistro se esse maiorẽ? C Vnde nõ solũ Episcopi, presbyteri, & Diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui prẽsident, cõuersatione, sermone, ac scientia prẽeant: verùm etiã & inferior gradus, exorcistę, lectores, custodes ædiũ, acolyti, & omnes omnino, qui domui Dei deseruiũt: quia vehemẽter

ecclę

A ecclesiam Dei destruit meliores laicos esse quã clericos. Idem ad Titum, cap. j. *Ad locũ.*

Populus iudicabit Episcopum sua officia non agentem. *sed hospitalem.*

VEreor ne quomodo regina Austri veniens à finibus terræ audire sapientiã Salomonis, iudicatura est homines temporis sui, & viri Niniuitæ acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ, condemnabunt eos, qui maiorem etiam Iona Saluatorem contempserunt: sic plurimi in populis Epi

B scopos iudicent, subtrahentes se ab ecclesiastico gradu, & ea quæ Episcopo conueniunt, non exercentes. Item Amb. in increpatione ad populum: *Serm. 83.*

Qui clericos suos non corrigit, populum corrigere non valet.

QVid autem ego vos arguo, cũ possitis me vno sermone conuincere? cõuincor enim ego, cũ in hac parte clericos vobis magis video negligentes. quomodo enim possum corrigere filios, cùm fratres

C emendare non possim? aut qua fiducia succensea m laicis, cũ à cõsortibus pudoris verecundia conticescã? Ego autẽ fratres non de omnibus loquor: sunt certè quidam deuoti: sunt & alij negligentes. Ego neminẽ nomino, conscientia sua vnumquemque conueniat. Item Beda super Matthæum.

Episcopo ad salutem non sufficit moribus & vita populo adæquari. A

NEc sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum, fide vel actibus adæquemur: quibus sacris literis vnica est credendi pariter & viuendi regula prescripta. Ne ergo (vt suprà dictum est) tales sui officij successores aliquis sibi quæreret, prohibentur Episcopi alterum pro se successorem sibi statuere, ac designatis nominibus in locum suũ alium sibi subrogare. B

QVAESTIO II.

An amicorum patrocinia in electione debeant conualescere.

QVOD autem amicorum patrocinia in aliquorum electione conualescere non debeant, autoritate Beati Gregorij Papæ probatur: qui in tertio libro Regesti scribit Antonio Subdiacono, dicens: C

Grego. epi. 22. libri 2. siue ca. 61.

In electione Episcopi non munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualescant.

ILlud quidem prę omnibus curæ tibi sit, vt in hac electione nec datio quibuscunque modis interueniat præmiorum: nec quarumlibet personarum patrocinia conualescant.

A ualescant. Nam si quorundam patrocinio quisquam fuerit electus: voluntatibus eorum cùm fuerit ordinatus, reuerentia exigente obedire compellitur: sicque fit, vt res illius diminuantur ecclesię, & ordo ecclesiasticus nõ seruetur. Talem ergo te admonente debẽt sibi personam eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deseruiat: sed vita & moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri. Item ad clerum Mediolanensem: *Greg. epist. 29. siue ca. 68. lib. 2.*

B *In electione Antistitis communi vtilitati, non suo lucro quisque prospiciat.*

DIlectissimi filij, officij nostri censura cõmoniti suademus, vt in suscipiendi Antistitis causa nullus vestrum neglecta vtilitate communi, suo lucro prospiciat: ne si quisquam propria commoda appetit, friuola æstimatione fallatur: quia nec libero iudicio præferendam sibi personam examinat mens, quàm cupiditas li-

C gat. Pensantes ergo, quæ cunctis expediũt, ei quem vobis gratia diuina prætulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbete, id est, talem eligite, cui semper debeatis obedire. Iudicari nanque à vobis vltra non debet semel prælatus: sed tantò nunc subtiliter iudicandus est, quantò postmodum iudicandus non est.

QVAESTIO III. A

An sit habendus simoniacus, qui post electionem huiusmodi iuramentū Canonicis pręstat.

QVOD autem quęritur, an simoniacus habēdus nō sit, qui post electionē pro indēnitate ecclesiæ iuramentū præstiterit, facilè probatur. Aliud est enim, ante electionem iuramentum facere, vel se pacisci facturum, ad hoc vt eligatur: aliud est nulla B præcedente conuentione post electionem huiusce modi iuramentum offerre. Illud ab officio, tanquam munus impensum, deiicit: hoc autem consecrando nullum impedimentum generat. De priori casu scribit Pelagius clero Catanensi.

Qui in Episcopum eligitur, de rebus ecclesiasticis aliquam securitatem nulli faciat.

TAlia quidem iandudum ad fratrē & Coëpiscopum nostrum Eucarpum de C visitatione Catanensis ecclesiæ scripta direximus, vt in eis iudicium nostrum potuissetis agnoscere. Veruntamē quia quosdam ibi non sana intentione, sed prauis studiis dissentiones suscitare vestra etiam relatione cognouimus, qui scientes se ad Episcopatum, nec ætate, nec scientia, nec

vitæ

A vitæ meritis posse perduci, ad hoc tantummodo inquietare ecclesiam voluerũt, vt sibi de his, quæ ex ipsa prę sumpta sunt, impunitatem futurus promittat Episcopus, & fiat rapinæ securitas, Episcopatus ambitio. Hoc etiã vos duximus cõmonendos, vt decretum in Elpidium Diaconum factũ, & subscriptũ ab omnibus, quos vestra relatio designauit, ad nos cum prædicti visitatoris epistola, & cum eodem Diacono, maturetis, Deo propitiãte, perducere. Et post pauca. Cũ igitur hic filius noster manificus vir Leo Prætor venisset, retulit nobis de singulis, quę ibi mota sunt, & quo modo vota propè totius ciuitatis in Elpidio Diacono concordarent. Vnde quia de memorati viri testimonio dubitare omnino non possumus: idcirco (sicut dictũ est) Elpidium Diaconum ad nos facite properare: nec expectetis vlterius, vt admonitio ad eum nostra debeat * destinari: quẽ tamẽ per vestrã dilectionem in hac præsenti iussione specialiter admonemus, ne cuiquam se aliquid dare, vel daturum se esse promittat: sed neque de ecclesiasticis præteritis causis aliquam securitatem cuiquam audeat facere, siue promittere: aut quasi factus Episcopus ea quæ direpta sunt, permanere liberè patiatur: sciens quòd si tale

B

C

* iterari.

aliquid fecerit vel fecit, nec à nobis omnino permittitur valere ipsa promissio: & cũ iudicij nostri quod de seipso habuimus, damno, pastoralis consecrationis ordinẽ promereri non poterit. A

De secundo verò casu in gestis Vrbani ij. legitur:

Post electionem pro indemnitate ecclesiæ licet electo iuramentum præstare.

ARtaldus Arelatensis Episcopus Narbonẽsis ecclesiæ Suffraganeus Romã consecrandus ád dominum Papam Vrbanum venit. Suus quippe Archiepiscopus eum consecrare nolebat: quoniam post electionem suam propter bona ecclesiæ conseruanda Canonicis iurauit. Consecratus itaque est à Domino Papa Vrbano, antè purgatus huiusmodi iuramento. De iuramento, quod Canonicis nostræ ecclesiæ feci post electionem, nullam conuentionem antè, vt eligerer, feci. Narbonensis verò ecclesiæ Archiepiscopus nullius præter id criminis causa consecrationem omisit, me sciente: neque mihi criminis cõscius sum, propter quod à Sacerdotio me repellat. B C

QVÆSTIO IIII.

An liceat clericis ante sententię tempus ab Episcopo suo discedere.

QVOD

A QVOD autem clericis ante tẽpus ſentẽtie ab Epiſcopo ſuo diſcedere nõ liceat, probatur autoritate Symmachi Papæ, dicẽtis: *In li. Enno dij.*

Ante tempus ſententiæ non licet clericis ab Epiſcopo ſuo diſcedere.

NOnne directa* ſunt verba Decreti, ſi quis clericorum ab Epiſcopo ſuo ante ſententiæ tempus pro dubia ſuſpicione diſceſſerit, manifeſtam in eum manere cẽſuram? Lex enim eccleſiaſtica Pontificem B ab aliis accuſatum, priùs quàm ſub luce obiecta conſtiterint, exigit non relinqui. * *dicta.*

QVAESTIO V.

An ſine literis Apoſtolicis debeat redire ad propriam eccleſiam.

SINE literis Apoſtolicis Epiſcopus accuſatus, & à ſancta ſede vocatus, ad ſuã nõ reuertatur eccleſiã. Vnde Xyſtus Papa ait: *Epiſt. 2.*

C *A ſede Apoſtolica vocatus Epiſcopus, ad domum non reuertatur, niſi purgatus, & Apoſtolicis literis inſtructus.*

QVilibet fratrum pulſatus, atque ab hac ſancta ſede vocatus, cùm ſe nobis repræſentauerit, non priùs reuertatur, quàm hinc literis Apoſtolicis vel formatis pleniter inſtructus atque purgatus

sit, si fuerit vnde: vt postquam domum re- A
uersus fuerit, recognoscant vicini sui, qua-
liter suam aliorumque causam hic finierit:
quatenus illam absq; ambiguitate vlla nũ-
tiare & prædicare omnibus possit. Ab hac
enim sancta sede à sanctis Apostolis tueri,
defendi, & liberari Episcopi iussi sunt: &
sicut eorum dispositione ordinante Do-
mino primitus sunt constituti: sic huius
sanctæ sedis (cuius dispositioni eorum cau
sas & iudicia seruauerunt) protectione fu-
turis temporibus sint ab omnibus peruer- B
sitatibus semper liberi. Vnde culpãtur, qui
circa fratres aliter egerint, quã huius san-
ctæ sedis rectoribus placere cognouerint.

CAVSA IX.

SENTENTIA excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus, aliquot clericos alterius Metropolitani ordinauit. Quẽ C
dam Capellanum sui Suffraganei, illo incõ
sulto, deposuit: atque alium in loco eius or
1 dinauit. Hic primùm quæritur, an ordi-
natio, quæ ab excommunicatis facta est,
2 aliquo modo possit rata haberi. Secun-
dò, an liceat Episcopo, Archiepiscopo,

Prima

A Primati, vel Patriarchæ clericos alterius prouinciæ sine propriis literis ordinare.

Tertiò, an Archiepiscopus clericos suffraganei sui, illo inconsulto, damnare valeat, vel damnatos absoluere. 3

QVAESTIO I.

An ordinatio, quæ ab excommunicato facta est, aliquo modo possit rata haberi.

B QVOD ordinatio, quę ab excõmunicatis celebratur, nullas omnino vires obtineat, nec etiam consecratio appellãda sit, testatur Greg. dicens: *Greg. epist. 20. libro 3. ad Maximianum.*

Non potest appellari consecratio, quæ fit ab excommunicatis.

NOs consecrationem dicere nullo modo possumus, quæ ab excõmunicatis hominibus est illicitè celebrata. Item:

Palea.

C EXcommunicati illicitè manus imponunt: quia potestatem ordinandi non habent. Vbi autem illicita est manus impositio, vulnus infigitur. Vnde reiterari necesse est, quod minimè probatur esse collatũ.

Vnde Damasus Papa ait: *Palea.* *Epist. 4. de Chorepisco.*

PEr illicitam manus impositionem, vulneratum caput illi, qui videbantur ali-

quid accepisse, habebant: & vbi vulnus in- A
fixum est, necesse est medicinam adhiberi:
qua fixa sanetur macula. Item reiterari ne-
cesse est, quod legitimè actum, aut collatũ
minimè probatur. Nam quomodo possit
honorem retinere, qui ab illo accepit, qui
potestatem dare non habuit legitimè, inue
nire non possum. Sed excommunicati hic
intelliguntur, qui in ipsa sua ordinatione
pœnam excommunicationis contraxerũt,
qui nũquàm in numero catholicorum fue
runt. Cæterùm qui inter catholicos priùs B
deputati sunt, si postea excõmunicationis
sentẽtia notati fuerint, ordinationes tamẽ
eorum ab ecclesia misericorditer toleran-
tur. Vnde Vrbanus ij. scribit, dicens:

*Ordinationes ab excommunicatis non simo-
niacè factæ, ex misericordia tolerantur.*

AB excommunicatis, quondam tamen
catholicis, Episcopis ordinatos, si qui
dem non simoniacè ordines ipsos accepe-
runt, & si ipsos Episcopos simoniacos nõ C
fuisse constiterit, ad hoc si eorum religio-
sior vita & doctrinæ prærogatiua visa fue
rit promereri: pœnitentia indicta, quam
congruam duxeris, in ipsis, quos accepe-
runt, ordinibus, permanere permittas: ad
superiores autem conscendere non conce-
dimus: nisi necessitas & vtilitas maxima

flagi

A flagitauerit, & ipsorum sancta cõuersatio promeruerit. Sed & illud Greg. de nominatim excommunicatis intelligitur: quorũ ordinationes sunt irritæ, si eorum dãnatio non erat ordinandis incognita. Vnde idem Vrbanus ait:

Qui nominatim excommunicati sunt, & qui aliorum sedes inuadunt, alios ordinare non possunt.

ORdinationes, quæ ab hæresiarchis nominatim excõmunicatis factæ sunt,
B & ab eis, qui catholicorum adhuc viuentium Episcoporum sedes inuaserunt, irritas esse iudicamus: nisi probare valuerint, se cùm ordinarentur, eos nescisse dãnatos.

Qui verò ab Episcopis quondam quidẽ catholicè ordinatis, sed in schismate à Romana ecclesia separatis cõsecrati sunt, eos nimirum cùm ad ecclesiæ vnitatem redierint, seruatis propriis ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si vita & scientia eos
C commendant. Amodò verò quicunque à prædictis schismaticis, sanctæq; Romanę ecclesiæ aduersariis, se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur. Quãuis autem misericordiæ intuitu, magnaq; necessitate cogente hanc in sacris ordinibus dispẽsationem cõstituerimus, nullum tamẽ præiudicium sacris Canonibus

fieri

fieri volumus: sed obtineant proprium robur: & cessante necessitate, illud quoque cesset, quod factũ est pro necessitate. Vbi enim multorum strages iacet, subtrahendum est aliquid seueritati. Electio quoq; nisi à catholicis facta fuerit, irrita esse probatur. Vnde Gre. scribit Mediolanẽsibus. A

Irrita sit electio, quæ non à catholicis facta probatur.

NOs in hominem, qui non à catholicis eligitur, nulla præbemus ratione consensum: nec si alicuius vsurpatione id factum fuerit, in locum vel ordinem illum sacerdotis suscipimus. B

QVAESTIO II.

An liceat Episcopo, Archiepiscopo, Primati vel Patriarchę clericos alterius prouinciæ sine propriis literis ordinare.

QVOD autem Episcopus, vel quilibet superiorum, clericos alterius sine propriis literis ordinare non debeat, Callistus Papa scribit, dicens: C

Epis. 2. Episcopis Gallia.

Alterius ecclesiæ paræcianum nullus iudicare præsumat.

NVllus alterius terminos vsurpet: nec alterius paræcianum iudicare, vel ordinare,

A dinare, aut excommunicare præsumat: quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excõmunicatio, vel dãnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit: quoniam nullius alterius iudicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde & Dominus in Deutronomino loquitur, dicens: Non transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Idem: *Deu.19.d Pro.22.d*

Palea. *In eadem epist.*

B PLacuit, vt deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri Sacerdoti recipere ad pœnitentiã, sine cõsensu eius, cui se priùs cõmisit: nisi per ignorãtiam illius, cui peccans priùs confessus est. Qui verò contra hæc statuta façere præsumpserit, gradus sui periculo subiacebit.

Item Cælestinus Papa: *Calliſt.Pa. epiſt.2.*

In alterius parœcia, nisi eo vocante, nulli aliquid agere licet.

C NVllus Primas, nullus Metropolitanus, nullus reliquorum Episcoporũ, alterius adeat ciuitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi parœciã super eius dispositione: nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse cognoscitur: vt quidquam ibi disponat vel ordinet aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit, dãnabitur: & nõ solùm ille, sed cooperatores & consen

consentientes ei: quia sicut ordinatio, ita A.
etiam eis iudicatio, & aliarum rerũ dispositio, prohibetur. Nam qui ordinare nõ poterit, quomodo iudicabit? nullatenus procul dubio iudicabit, aut iudicare poterit.

Item ex concilio Meldensi:

De eodem.

IN dominicis diebus, vel festis, Presbyteri antequàm missas celebrent, plebẽ interrogent, si alterius parœcianus in ecclesia sit, qui proprio contempto Presbytero, ibi missam velit audire. Quem si inuenerint, statim ab ecclesia abiiciant, & ad suam parœciam redire compellant. Item ex concilio Nauatensi: B.

De eodem.

NVllus Presbyter, aut Diaconus alterius plebanum (nisi in itinere fuerit, vel placitum habuerit) ad missam recipere
Cap. 13. audeat. Item ex conci. Antiocheno:

Ad ordinationem clericorum, vel ecclesiarũ alterius Episcopi, nisi ab eodem inuitatus, non accedat Episcopus. C.

NVllum Episcopum audere debere ex alia prouincia ad aliam transitum facere, & ordinare aliquos in eccleſia, aut preferre ad sacrũ ministerium: nec ab aliis illuc attrahatur Episcopus, nisi fortè per literas rogatus abierit, non solùm à Metro-

polita

A politano, ſed & ab his, qui cũ eo ſunt, omnibus ipſius prouincię Epiſcopis. Quòd ſi, nullo inuitãte, inordinatè ſuperueniat Epiſcopus, & aliquos vel ordinare præſumpſerit, vel quoſlibet illi eccleſiæ competẽtes, qui ad ſe minimè pertinent, vſurpare tentauerit: vacua quidem & inania erunt omnia, quæ geſſerit: ipſe verò huius indiſciplinati auſus & irrationabilis cœpti dignas cauſas expẽdat, tãquã depoſitus à ſancta ſynodo, & propter huiuſcemodi præ-

B ſumptionẽ iam prædãnatus. Itẽ ex eodẽ: *Cap. 22.*

Ad ordinationem eccleſiæ, quæ ſibi commiſſa non fuerit, minimè accedat Epiſcopus.

EPiſcopum nõ debere in alienam irruere ciuitatem, quæ illi probatur nõ eſſe ſubiecta, neque in regionem, quæ ad eius curam minimè noſcitur pertinere, ad aliquid ordinandum: neque Presbyteros, aut Diaconos conſtituere ad alios Epiſcopos pertinentes: niſi fortè cum voluntate & te-

C ſtimonio proprię regionis Epiſcopi. Quòd ſi quiſpiam horum quid tale facere voluerit, irrita quidem erit talis ordinatio, & ſuper his etiam quæ malè vſurpauerit, à ſynodo arguatur. Nam ſi ordinare non potuerit, nullatenus ad alios pertinentes iudicare præſumat. Item ex ſynodo Con- *Cap. 2.*
ſtantinopol.

Non

Non accedant Episcopi ad ecclesias, quæ sunt extra eorum diœcesim. A

EPiscopi, qui extra suã diœcesim sunt, ad ecclesias, quæ extra terminos eorũ sunt, non accedant: neque confundant & permisceant ecclesias secundũ regulas statutas. Alexandriæ quidem episcopi, ea quę sunt in Aegypto, tantummodo gubernent. Orientales autem Episcopi solius Oriẽtis curam gerant: seruatis tamen honoribus Primatus ecclesiæ Antiochenæ, qui in regulis Nicenæ synodi continentur. Sed & B Asianæ diœcesis Episcopi, & ea quæ sunt in Asia, & quæ ad Asianam tantummodo diœcesim pertinent, gubernent. Ponti autem Episcopi Ponticæ tantummodo diœcesis habeant curam: Thraciæ verò, ipsius
Ibid.ca.3 tantummodo Thraciæ. Item:

De eodem.

NOn inuitati Episcopi vltra diœcesim accedere non debent super ordinãdis aliquibus, vel quibuscunque disponendis C ecclesiasticis causis, seruata regula, quæ suprà scripta est de vnaquaque diœcesi. Manifestum nanq; est, quòd per singulas quasque prouincias prouincialis synodus administrare & gubernare omnia debeat, secundùm ea, quę sunt in Nicena synodo diffini-
3.pars. ta. His autoritatibus prohibẽtur quilibet Episco

A Episcopi, clericos alterius ordinare. Sed quæritur, si contingat eos aliquibus sacros ordines distribuere, an ordinati, ab Episcopis suis in propriis ordinibus recipi possint. De his ita scribit Vrbanus Pa. Hugo. Lugdunen. Archiepiscopo.

Clerici ab Episcopo alterius paræciæ ordinati, à proprio in suis ordinibus recipi possunt.

LVgdunensis paræciæ clericos, quos contra statuta Canonum ab alterius paræciæ Episcopis ordinatos literarum
B tuarum significatione monstrasti, cùm graduum suorum honore recipere, religionis tuæ prudentia poterit, si eos aliàs canonicè & sine prauitate aliqua ordinatos constiterit: si tamen eorum probabilem vitam id indulgentiæ prospexeris promereri. Legimus quippe sanctum Epiphanium Episcopum ex diœcesi sancti Ioannis Chrysostomi quosdam clericos ordinasse: quod sanctus vir omnino non feciſſet, si ei detrimentum fore perpenderet.
C Quos igitur recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit, iniuncta satisfactionis gratia propter ecclesiam, quam offenderunt, cognita pœnitentia, miserationis intuitu, in suo quoque honore recipies: salua tamen in omnibus sanctorum Canonum disciplina.

QVAESTIO III. A

An Archiepiscopus clericos Suffraganei sui, illo inconsulto, damnare valeat, vel damnatos absoluere.

QVOD autem Archiepiscopus clericos sui Suffraganei, illo incõsulto, dãnare valeat vel absoluere, sic videtur posse p bari: sicut totius Episcopatus B ecclesiæ in potestate sunt Episcopi, sic & ecclesiæ totius Archiepiscopatus ad diœcesim pertinent Archiepiscopi. Vocantur enim Episcopi à Metropolitano in partẽ solicitudinis, nõ in plenitudinem potestatis. Sic quippe vices suas eis impertitur, vt potestatem suam sibi non adimat. Vnde & sine eius consilio nihil eis agere licet.

Cap. 4. lib. Martini Episcopi Bracha. de synodo Græcorũ.

Sicut in concil. Martini Papæ legitur:

Nec Episcopi sine Metropolitani consensu, nec C *ille sine eorum consensu aliquid agere debet.*

PEr singulas prouincias oportet Episcopos cognoscere Metropolitanum suũ, & ipsum Primatus sui curam suscipere: nihil autẽ oportet agere reliquos Episcopos prẽter eũ, secũdum quod antiquitus à patribus nostris constitutum in Canone cõtinetur.

A tur. Propter quod & Metropolitanus nihil præsumptiuè assumat, absque consilio cæterorum. Item ex concilio Antiocheno: Cap. 9

Sine Metropolitani conscientia extra suam diœcesim nihil agat Episcopus

PEr singulas prouincias Episcopos singulos scire oportet, Episcopum Metropolitanum, qui eis præest, curam & solicitudinem totius prouinciæ suscepisse: propter quod ad Metropolitanam ciuitatem ad his qui causas habent, concurratur. Quapro-
B pter placuit eum & honore præcellere, & nihil vltrà sine ipso reliquos Episcopos agere, secundum antiquũ patrum nostrorũ Canonem: nisi hoc tantũ, quod vnicuique ecclesiæ per suã diœcesim competit. Vnumquẽque enim oportet Episcopũ habere suę diœcesis potestatẽ, vt regat & gubernet, secundum competentẽ singulis reuerentiã, & prouidentiã gerat omnis regionis, quę sub ipsius est ciuitate: ita vt ordinare ei Presbyteros & Diaconos, probabili iudicio liceat,
C & de singulis ipsius regionis causis cũ moderatione & pondere disceptare, vltra autem nihil agere permittatur citra Metropolitani Episcopi conscientiam: nec Metropolitanus sine cæterorum aliquid gerat consilio Sacerdotum. Nisi fortè Episcopi ipsi œconomos in ecclesia sua ordinare

cõtẽpserint. Vnde in vij. synodo legitur: A

Metropolitanus constituat œconomos, quos Episcopus habere neglexerit.

CVm simus debitores, omnes sacras regulas custodire, & eam quæ dicit, in vnaquaq; ecclesia œconomos esse debere, modis omnibus inuiolabilem conseruare debemus. Et si quidem vnusquisq; Metropolitanus in sua ecclesia constituerit œconomũ, bene vtique est. Si autẽ ex autoritate propria Constantinopoleos Episcopis licentia est præponẽdi œconomos in eius ecclesia: similiter & Metropolitanis, si Episcopi, qui sub eis sunt, nõ sategerint œconomos statuere in suis ecclesiis. Idipsum autẽ seruãdũ est etiã in monasterijs. Probatur illud idẽ exẽplo Apostoli, qui fornicatorẽ Corinthiũ impœnitentẽ Satanæ tradidit: postea pœnitentem ecclesiæ reconciliauit: hoc tantũ scribens Corinthiis in prima & secunda epistola, vt excõmunicato nõ communicarẽt, & reconciliato socia charitate copularentur. Sed contrà probatur autoritate multorum. Ait enim Hyginus Papa:

B

1. Cor. 5. g

C

Hyginus Pa. epist. 1.

Metropolitanus sine Episcoporum consensu, vel præsentia alicuius eorum, non audiat causas.

SAluo in omnibus Romanæ ecclesię priuilegio, nullus Metropolitanus, absque cæterorum omnium comprouincialiũ Episcopo

A scoporum instãtia, aliquorum audiat causas: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in conspectu eorum omnium ventilatæ: & ipse si fecerit, coërceatur à fratribus.

Item Anicetus Papa: *De eodem.* *Anicetus scribens Episc. Gallia.*

ARchiepiscopus nihil de Episcoporũ causis, aut aliis cõmunibus, iuxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorũ agat consilio: nec illi assumant, nisi quãtum ad suas pertinet parœcias, sine suo cõsensu: quoniam tali concordia gaudet altissimus, & gloriatur in membris suis. Idẽ: *Anicet. in eadem epi*

B

De eodem.

SI autem aliquis Metropolitanorũ inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia vel consilio Episcoporum, vel causas eorum, aut alias causas (nisi eas tantùm quæ ad propriam suam pertinent parœciam) agere, aut grauare eos voluerit: ab omnibus districtè corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, eisque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem, cui omnium Episcoporum iudicia referri præcepta sunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cęteri de eo timorem habeant. Item Callistus Papa: *De eodem.*

C

Epi. 2. epi scopis Gallia.

NVllus Primas, nullus Metropolitanus diœcesani ecclesiam, vel parœciam,

aut aliquem de eius parœcia præsumat excõmunicare, vel iudicare, aliquid ve agere absque eius consilio vel iudicio: sed hoc obseruet, quod ab Apostolis ac patribus & decessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum: id est, si quis Metropolitanus Episcopus (nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parœciam) sine consilio & voluntate omnium comprouincialium Episcoporum extrà agere aliquid tentauerit, gradus sui periculo quidem subiacebit, & quod egerit, irritum erit & vacuum. Sed quicquid de comprouincialium Episcoporum causis, eorumque ecclesiarum & clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc communi consensu comprouincialium agatur Pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humili atque concordi administratione: sicut Dominus ait, Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Similiter & ipsi comprouinciales Episcopi cuncta eius consilio (nisi quantùm ad parœcias pertinet proprias) agant, iuxta sanctorum constituta patrum, vt vno animo, vno ore cõcorditer sancta glorificetur Trinitas in secula. Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo:

A

B

C

Ibidem.

Mat. 20. d

Ibidē 23. b

Ino Carno. lib. 4. de dignitate refert.

In Suffr

A *In Suffraganei parœcia nihil absque eius consilio Metropolitanus agat.*

CONqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigedodus Archiepiſcopus Narbonenſis, quòd clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad eccleſiam ſuam pertinentibus, eo inconſulto, quaſi iure Patriarchatus tui diſponas: cùm hoc nec antiquitas (cui ſancti patres ſanxerũt reuerentiam) habeat, & au
B toritas ſanctorum Canonum penitus interdicat: niſi fortè pro cauſis, quæ apud ſe terminari non poſſunt, ad te, quaſi ad Patriarcham ſuum prouocauerint per appellationes: vel ſi Epiſcopus ſuus deceſſerit, res eccleſiæ ſuæ iudicio tuo diſpenſare voluerint. Primates enim, vel Patriarchas, nihil priuilegij habere prę cęteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis antiquitus cõtulit, diffinimus: ita vt ſecundum Nicenas regu-
C las ſua priuilegia ſeruẽtur eccleſiis: præterquàm ſi Apoſtolica ſedes aliquam eccleſiã vel ipſius rectorem quolibet ſpeciali priuilegio decreuerit honorare. Item Beda ſuper Apocalypſim: Et Angelo eccleſiæ Epheſi ſcribe: *De eodem.*

Apoca. 2. A
Ad cap. 2. Gloſſa ordinaria, id habet i. Apoca. ca. 2.

EPiſcopo ſcribit Ioannes, de cuius manu peccata ſubditorum requirit,

ne sine eius consilio subditos iudicare debeãt. Sola enim Romana ecclesia sua autoritate valet iudicare de omnibus: de ea verò nulli iudicare permittitur. Vnde Nicolaus Papa primus: A

Nicolaus ad Michaëlem Imperatorem.

Apostolicæ sedis iudicium à nemine est retractandum.

PAtet profectò sedis Apostolicæ (cuius autoritate maius non est) iudicium à nemine fore retractandum: neque cuiquã de eius liceat iudicare iudicio: iuxta quod Innocentius Papa Rufo & cæteris Episcopis per Thessaliam cõstitutis scribens, ait: Nemo vnquam Apostolico culmini (de cuius iudicio non licet retractari) manus obuias audacter intulit: nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari. Et Beatus Papa Gelasius: Nec de eius iudicio, id est Romanæ ecclesiæ, Canones vnquã præceperunt iudicari, sententiamque illius cõstituerunt non oportere dissolui: cuius potius sequenda decreta mandauerunt. Itẽ Anastasius Patriarcha Papæ Felici: B C

Ab alijs damnatos vel excõmunicatos, Apostolica soluit autoritas.

FVit semper Apostolicæ sedis vestræ licentia, iniustè damnatos vel excommunicatos potestati suæ sua autoritate restituere: & sua omnia eis reddere, & illos,

qui

A qui eos condemnauerunt aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio: ſicut etiam noſtris & anterioribus nouimus factum temporibus. Item:

De eodem.

ANtiquis regulis ſancitum eſt, vt quicquid, quamuis in remotis aut in longinquo poſitis prouinciis, ſuper earū querelis aut accuſationibus ageretur, nō priùs tractandum, vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ eſſet deductum: vt huius autoritate iuxta quod fuiſſet faciendum, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur. Item Innocentius Papa:

Iuo Carno. lib. 4. id refert ſimiliter.

Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat.

NEmo iudicabit primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderantem. neque enim ab Auguſto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur. Item Symmachus Papa:

In libro Ennodÿ.

C *De eodem.*

ALiorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari: ſed ſedis iſtius Præſulem ſuo ſine quęſtione reſerua uit arbitrio. Voluit Beati Petri Apoſtoli ſucceſſores cælo tantùm debere innocentiam, & ſubtiliſsimi diſcuſſoris indagini inuiolatam habere conſcientiam. Nolite

existimare, eas animas inquisitionis nõ ha A
bere formidinem, quas Deus præ cæteris
suo reseruauit examini. Nõ habet apud illũ
reus de allegationis nitore subsidium, quã
do ipsorum factorum vtitur eo teste, quo
iudice. Tu dicas forsitan, omnium anima-
rum talis erit in illa discrepatione condi-
Mat.16. c tio: replicabo, vni dictum est: Tu es Petrus
& super hanc petram, ædificabo ecclesiam
meam: & quæcũque solueris super terram,
erunt soluta & in cælo. Et rursus patet, san
ctorum voce Pontificum dignitatem sedis B
eius factam toto orbe venerabilem, dum
illi, quicquid fidelium est vbique, submitti
tur, dum totius corporis caput esse designa
tur. De hac mihi per Prophetam dictũ vi-
Esa.10.a detur: Si hæc humiliatur, ad cuius fugietis
auxilium, & vbi relinquetis gloriam ve-
Antherius epist. ad Episcopos prouinciarum Bæti ca & Tole tanæ. stram? Item Antherius Papa:

De eodem.

FActa subditorum iudicantur à nobis:
nostra verò à Domino iudicantur: De- C
teriores sunt, qui vitam moresque bono-
rum corrumpunt, his qui substantias alio-
rum prædiaque diripiunt. Item Gela-
Gelasius 1. Fausto Le gato. sius Papa: *De eodem.*

IPsi sunt Canones, qui appellationes to-
tius ecclesiæ ad huius sanctæ sedis exa-
men voluerũt deferri: ab ipsa verò nusquã

pror

A prorsus appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque eius constituerunt non oportere dissolui, cuius potiùs sequenda decreta mandauerunt. Idem omnibus Episcopis: *Gela. Episcopis Dardaniæ.*

De eodem.

CVncta per mũdũ nouit ecclesia, quòd sacrosancta Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicãdi: neque cuiquam
B de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permissus. Sed nec illa prætermimus, quòd Apostolica sedes sine vlla synodo præcedẽte, & soluendi, quos synodus iniquè damnauerat, & dãnandi, nulla existente synodo, quos oportuit habuit facultatẽ: & hoc nimirum pro suo principatu, quem Beatus Petrus Apostolus domini voce & tenuit
C semper, & tenebit. Idem Episcopis per Dardaniam constitutis: *Idem Gel. ibidem.*

De eodem.

CVncta per mundum nouit ecclesia, quoniam quorumlibet sententijs ligata Pontificum, sedes Beati Petri Apostolii us habeat resoluendi: vtpote quæ de omni ecclesia fas habeat iudicandi, &c.

Item

Epiſt.2. Item Xyſtus Papa Hiſpanorum Epiſc. A

De eodem.

FRatres, quos timore terreno iniuſtè dã naſtis, ſcitote à nobis iuſtè eſſe reſtitutos, quibus ex Apoſtolica autoritate Beati Petri, omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrimè reddi præcipimus, ſi non vultis & vos & principes veſtri à collegio noſtro & à membris eccleſiæ ſeparari. Item Stephanus Epiſcop. Galberto Patriarchę:

Cuuſlibet eccleſiæ clericos Papa valet ordinare. B

NVnc verò iterato tibi ſcribimus, nolentes alicuius eccleſiæ priuilegium infringere, licet Apoſtolica prerogatiua poſsimus de qualibet eccleſia clericum ordinare: deſine iam cuiuſpiam zelo Cumenſis eccleſiæ Antiſtitem protelare: quia ſi protelaueris, & eum conſecrare iam totiens monitus nõ maturaueris, procul dubio ad nos veniens, conſecratus abibit.

Nico.1. Itẽ Nicolaus Papa Michaëli Imperatori: C

De eodem.

PEr principalem igitur Apoſtolorum Petri & Pauli dexteram, quam ſuprà expoſuimus, & poteſtatẽ & ius habuimus non ſolùm in monachos, verùm etiam in quoſlibet clericos de quacunque diœceſi, cùm neceſſe fuerit ad nos cõuocare, atque

eccleſ

A ecclesiasticis exigẽtibus opportunitatibus inuitare. Sed aliud est, quod ex temeritate assumitur præsumptionis, aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Cùm Suffraganei Archiepiscoporum subditis suis ad malum fauere cœperint, atque circa eorum correctiones negligentes extiterint: tunc licet Metropolitanis, præter illorum voluntatem, & ligandos damnare, & reconciliandos absoluere. Cùm verò Episcopi zelo diuinæ charitatis accensi,
B bonos verbo & exemplo ędificant, & malorum vitia aspera increpatione redarguunt, absque talium consilio non licet Metropolitanis in eorum parœcia aliquid agere vel disponere. Vnde in fine capituli Martini Papæ non simpliciter dictum est, Nihil agat: sed cum determinatione, nil præsumptiuè assumat absque eorum consilio: vt vitium præsumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. Sic
C & Apostolus, quia Corinthios vidit negli- 1. Cor. 5.
gentes circa correctionem fornicatoris, sua autoritate illum damnauit. Ioannes Apoc. 2.
verò, quia Episcopum Ephesiorum vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine eius autoritate illos corrigere noluit: sed illum tantùm de eorum correctione admonuit.

CAVSA

CAVSA X. A

VIDAM laicus basilicam à se factã à diœcesana lege segregare quærit. Episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionẽ pertinere contendit. Tandẽ euincit Episcopus: & per parœcias militibus comitatus crudeliter desæuit: quæ ecclesiarũ sunt, tanquam sibi debita, vsurpare con- B
1 tendit. Modò primùm quæritur, an basilica cum omni dote sua ad Episcopi ordi-
2 nationem pertineat. Secundò an res ecclesiarum Episcopis vsurpare liceat.
3 Tertiò, quid nomine cathedratici à Sacerdotibus suis exigere valeat.

QVAESTIO I.

An basilica cum omni dote sua ad episcopi ordinationem pertineat. C

Cap. 3.

E PRIMA quæstione sic diffinitur in concilio Ilerdensi.

Basilica, quæ consecratur, à diœcesana lege non segregetur.

SI ex laicis quispiam à se factã basilicã consecrari desiderat, nequaquam eam sub

A sub monasterij specie, vbi congregatio nõ colligitur, à diœcesana lege audeat segregare. Item ex concilio Toletano iij. Cap. 19.

Ecclesiæ cum dotibus suis in Episcopi potestate consistant.

SI quidem contra omnem autoritatem ecclesias, quas ædificauerunt, postulant consecrari, vt dotem, quã eidem ecclesiæ contulerint censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. quod factum taliter in præterito fuerit, corrigatur, & vt in fu-
B turo ne fiat, prohibeatur: & omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationẽ & potestatem pertineant.

Item ex concilio secundo Cabilonensi:

Ecclesiæ & omnia iura earum ad ordinationem Episcopi pertinent.

DEcretum est, vt omnes ecclesiæ cum dotibus suis & decimis, & omnibus suis iuribus in Episcopi potestate consistant, atque ad ordinationem suam semper pertineant. Item Leo Papa quartus:
C *Vnaquæq; parœcia Episcopi prouisione regatur.*

REgenda est vnaquęque parœcia sub prouisione ac tuitione Episcopi per Sacerdotes vel cæteros clericos, quos ipse cũ Dei timore pręuiderit: cui iure pertinere videt & circumire, vt sibi necessariũ visum fuerit ecclesiastica autoritate cogẽte.

Item

Cap.24. Item ex concilio Antiocheno: A

Iudicio & potestate Episcopi res ecclesiasticæ gubernentur.

QVæcunque res ecclesiasticæ sunt, conuenit cum omni diligentia & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia preuidet, & cuncta iudicat, gubernari & dispensari, cum iudicio & potestate Episcopi, cui totius plebis animæ videntur esse
Cap.32. cõmissæ. Item ex concilio Toletano iiij.

Basilicarum conditores in rebus ecclesiarum nullam potestatem se habere cognoscant. B

NOuerint conditores basilicarum, in rebus quas eisdem ecclesiis contulerunt, nullam se potestatem habere: sed iuxta Canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem Epi-
Cap.17. scopi pertinere. Item ex concilio Aurelianensi:

De eodem.

DE his quæ parœciis in terris, in vineis, mãcipiis, atque peculiis quicũque fideles obtulerint, antiquorum Canonum statuta seruentur, vt in Episcoporum potestate consistant. De his tamen, quæ altario accesserint, tertia pars fideliter Epi-
Cap.16. scopis deferatur. Item ex eodem: C

De iis, quæ altario offeruntur, medietatem sibi vendicet Episcopus.

Antiq

A ANtiquos Canones relegentes, priora ſtatuta credimus renouanda: vt de his, quæ altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem ſibi Epiſcopus vendicet, & medietatem ſibi diſpenſandam ſecundi gradus clerus accipiat, tam de propriis prædiis, quàm de omni commoditate, in Epiſcoporum poteſtate durantibus.

Item ex concilio Toletano:

De Epiſcopis, qui diœceſim ſuam viſitare contemnunt, & ad redimendas manſiones, quæ viſitantibus debentur, clericos cogunt.

B RElata eſt coram ſancta ſynodo querimonia plebium, quòd ſint quidã Epiſcopi, nolentes ad prædicandum vel ad cõfirmandum ſuas per annum parœcias circumire: qui tamen exigunt, vt manſiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo pretio redimantur, qui parare debebant. Quæ duplex infamia, negligentiæ, & auaritiæ, ſanctę ſynodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis vltra exerC ceat id cupiditatis ingenium, & vt ſolicitiores ſint Epiſcopi de ſuis gregibus viſitandis. Item ex concilio Tarraconenſi: *Cap. 8.*

Annuis vicibus eccleſiæ ab Epiſcopis viſitẽtur.

DEcreuimus* vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus diœceſes ab Epiſcopo viſitentur: & ſi qua * *Decernimus.*

fortè basilica fuerit reperta destituta, ordi A
natori eius reparari præcipiatur. Ab Epi-
scopis autem tertia ex omnibus accipia-
tur, sicut antiqua traditione nouimus esse
2.pars. statutũ. Si autem Episcopus inualetudi-
ne impeditus, diœceses suas per semet-
ipsum visitare non poterit, visitationis of-
Cap.35. ficium committat aliis. Vnde in concilio Toletano quarto legitur:

Inualetudine grauatus Episcopus, visitationis officium alus committat.

EPiscopum per cunctas diœceses paroe B
cias q; suas per singulos annos ire opor
tet, vt exquirat, quo vnaquæque basilica
in reparatione sui indigeat. Quod si ipse
aut languore detẽtus, aut alijs occupatio-
nibus implicatus, adimplere nequiuerit:
Presbyteros probabiles aut Diaconos mit
tat, qui reditus Basilicarum & reparatio-
nes, & ministrantium vitam inquirant.

1.pars. Visitantes autem Episcopi, quid à cle-
ricis suis exquirere debeant, & quid eos C
docere, in concilio Bracharensi secundo
Cap.1. sic statutum legitur:

Quæ visitantes Episcopi à clericis suis exquirere debeant.

PLacuit omnibus Episcopis, vt per sin-
gulas ecclesias Episcopi, & per diœce-
se ambulantes, primùm discutiãt clericos,

quomo

A quomodo ordinem baptismi teneant, vel missarum, vel qualiter quæque officia in ecclesia peragant: & si rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: si autem minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui Canones iubẽt, vt ante viginti dies baptismi, ad purgationem exorcismi catechumeni concurrant: in quibus viginti diebus omnino catechumeni symbolum, quod est, Credo in Deum patrem omnipotentem, specialiter
B doceantur. Postquam ergo hæc suos clericos discusserint vel docuerint Episcopi, alia die, conuocata plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos, vt errores fugiãt idolorum, vel diuersa crimina, id est homicidiũ, adulterium, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera: & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant: & vt credãt resurrectionem omnium, & diem iudicij, in quo vnusquisque secundum opera sua
C recepturus sit. Et sic postea Episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam. Item Hieronymus ad Damasum Papam:

Oblationes ecclesiæ laicis vsurpare non licet.

QVia Sacerdotes pro omnibus solent orare, quorũ eleemosynas & oblationes accipiunt: qua fronte præsumunt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis 4. pars.

suis offerũt, vel ipsi comedere, vel aliis cõ- A
cedere: cũ ipsi non debeant ex officio suo pro populo orare? Ob hoc Papa glorioſe mittere te oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, vt & cęteri metum habeant, & amplius hæc in ecclesia non fiant. Item Calliſtus Papa:

Minimè auferantur à laicis oblationes, altaribus vel crucibus factæ.

SAnctorum patrũ Canonibus consona sancientes, oblationes de sacratiſsimo & reuerẽdiſsimo altari Beati Petri, & Sal- B
uatoris, & Sanctæ Mariæ Rotundæ, aut aliis ecclesiarum altaribus, siue crucibus, à laicis auferri penitus interdicimus, & sub diſtrictione anathematis prohibemus: & ecclesias à laicis incaſtellari, aut in seruitutem redigi, autoritate Apoſtolica prohibemus. Item Damasus Papa:

Et de regula monacorum, ca. de contemplatione.

Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur.

HAnc consuetudinem, quæ contra san- C
ctam ecclesiam catholicam augeri videtur, omnino interdicimus, vt nullo modo, vnquàm, vllo tempore, oblationes, quę intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantũmodo Sacerdotibus, qui quotidie Domino seruire videntur, illis solis liceat comedere

A dere & bibere: quia in veteri teſtamento prohibuit Dominus panes ſanctos comedere filiis Iſraël, niſi tantummodo Aaron & filiis eius, qui panes longè erant ab iſtis panibus, qui nunc in ſancta eccleſia offerũtur: quia illi ſub vmbra legis erant: qui verò modò, ſub gratia ſunt Spiritus ſancti, toto mundo Euangelio coruſcante, lucidiores eſſe videntur. Qua fronte, aut qua conſciẽtia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro aliis, Deo
B preces offerre? quia prauum eſt, & contra dominicum præceptum: & detrimentum animæ ſuæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione cõceditur. Quia omnibus ſanctis patribus, noſtrisque prioribus, placuit hanc ſanctionem fieri, & nos ſimiliter in eiſdem perſiſtere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc quod cõſtitutum eſt, ſi in perpetua damnatione no luerit perſiſtere. Si quis verò contra hanc
C regulam noſtram, & contra regulam ſanctorum ccc. patrum, qui in Niceno concilio hoc conſtituerunt, temerarius præſumptor fuerit, & vlterius oblationes de ſacris eccleſiis auferre molitus fuerit, ſub anathematis vinculo ſit colligatus & condemnatus. Reſponderunt omnes, Fiat, fiat. Præmiſsis autoritatibus eccleſiæ cũ omnibus

rebus suis, ad Episcopi ordinationem pertinere monstrantur, & tam ecclesiæ, quàm oblationes, vel facultates earum, à laicorũ dispositione probantur esse immunes. A

QVAESTIO II.

An Episcopis res ecclesiarum vsurpare liceat.

SED CVM in Episcoporum potestate facultates ecclesiæ constitutę esse dicantur: potestas dispensandi intelligenda est, non distrahendi vel dilapidandi. B

Cap. 7. Vnde in Agathensi concilio legitur:

Res ecclesiæ aliquo modo Episcopis alienare non licet.

CAsellas vel mancipiola ecclesiæ Episcopi (sicut prisca sanctorum Canonum præcepit autoritas) vel vasa monasterij, quasi commendata fideli Pręposito integro ecclesiæ iure possideant: id est, vt Episcopi neque vendere, neque per quoscunque contractus, res vnde pauperes vi- C

Ti. 2. l. 17. uunt, alienare præsumant. God. lib. j. tit. de sacrosanctis eccle. Imperator Iustinianus:

Ti. 2. l. 14. Excepta causa videlicet captiuitatis.

Imperatores Leo & Anthemius:

De eodem.

Ea enim

A EA enim, quæ ad beatissimæ ecclesiæ iura pertinent, vel posthac peruenerint, tanquam ipsam sacrosanctam & religiosam ecclesiam, intacta conuenit inuiolabiliter custodiri.

Constitutio noua.

Hoc ius porrectum est ad omnem locũ venerabilem, omneque collegium, quod actio pia cõstituit: vt nec res eorum pignorentur, & hoc perpetuò seruetur in his rebus immobilibus, quæ ab imperiali domo
B prædictis locis applicantur. In cæteris eatenus excipitur, si debitum vrget. Præterea si habet superflua vasa, nec aliunde soluere valet: ne quid immobile alienetur vel distrahatur, ea, gestis habitis coram eo cuius est loci ordinatio, integra vel aliis locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alij vendantur. Qui autem hæc acceperit citra hanc obseruationem, iisdem pœnis subiaceat, quæ in rebus im-
C mobilibus proditæ sunt. Si autem debitũ, quod vrget, ex mobilibus solui non valet: primò res immobiles speciali dẽtur pignori: cuius fructus creditor sibi reputet tam in sortem, quàm in vsuras vsque ad quartam centesimæ. Quòd si nolit, tunc ordinator domus apud eum, à quo ordinatur, habitis absque dispendio gestis, iuret, maiore

parte ibidem seruientium consentiente,& debitũ vrgere,nec ex mobilibus solui posse.quo subsecuto,per viginti dies rem ecclesiæ esse venalem publicè sit notum, vt plus offerenti detur, pretio modis omnibus pro debito dando.Aliter enim emptori res non conceditur, & hoc inscribatur, nihil esse factum in eadem re ad damnum diuinæ domus.Emptore verò non inuẽto, res æstimata districtè detur creditori in solutum: addita in pretio decima parte vniuersæ æstimationis,& accedente consensu ordinatoris,& maioris partis ibidem seruientium.Sit tamen ea res mediocris inter cæteras, inspecta ipsius qualitate,& quantitate,et onere.Is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, probat in vtilitatem religiosæ domus processisse. Sicut autem alienatio rerum ecclesiæ interdicitur, ita prohibetur,ne qua sterilis ei detur possessio,aut aliàs onerosa,veluti nomine fiscalium. Item:Prædium propter onus fiscalium inutile alienetur,gestis vt suprà conficiendis,& eodem iuramento præstito:id est,quòd alia de causa nõ alienetur, nisi vt immunitas eiusdem venerandę domus seruetur. Sed & permutare principes possunt pro re maiori vel æquali,si respublica hoc exposcit,pragmatica forma super hoc præceden

A B C

A cedente. Item: Sibi inuicem rectè permutant, cùm vtriuſque indemnitate, eorũ ſcilicet conſenſu, qui & ſuprà referũtur. Per petua quoq; emphyteuſis in his rebus permittitur, ſi res in eorum geratur preſentia, quibus hoc aſsignatur lege, iurantibus his quorum intereſt, ex eo contractu nihil ad læſionem diuinæ domus effici: ſolito redi tu ipſius rei, qui fuit, cùm diuino iuri dedi caretur, non imminuendo, niſi in ſextã par tem: aut ſi ob cladem diminuta fuerit, tunc B pro conſtante nunc penſione in emphyteu ſim detur. Quòd ſi res pretioſa quidẽ eſt, parum tamen aut nihil præſtat penſionis: res ſubtiliter æſtimanda eſt, vt ex hac æſti matione iuſta penſio conſtituatur. Ea tamẽ ſola dentur in emphyteuſim, quæ ad hoc videntur congrua œconomo, & aliis gubernatoribus. Qui rem huiuſmodi condu ctam, vel in emphyteuſim acceptam fecerit deteriorem, aut canonem per biẽnium C non ſoluerit, repelli poteſt: vt tamẽ ſoluat totius temporis penſionem, & id in quo rẽ læſit, reſarciat, non repetiturus, ſi quid impenderit nomine meliorationis. Si quas verò ruinas habẽt memoratæ domus, quas reædificare non valent, in emphyteuſim dentur perpetuam, emphyteuta vſuro materia depoſitæ habitationis domus, vt pen

2. pars.

sio minuatur in tertiam partem ab ea, quæ A
stantibus adhuc habitationibus colligebatur: aut eo prius reædificante ex additis illic per æstimationem pensionibus medietas detur religiosæ domui. Nam priore casu ab initio emphyteusis præstanda est pẽsio. Qui verò res iam dictas non gratuito alienationis titulo, citra formam legis accipit, rem quidem, cum omni incremento medij temporis, restituat: eius autẽ, quod dedit, nullam aduersus venerabilem domum, sed aduersus eum, qui alienauit habeat actionem. Donatarius autem & rem cum omni causa restituat, & aliud tantundem. Creditor quoque restituta re pignorata, crediti actionem contra solum pignoris datorem, non ecclesiam, habet. Emphyteusis acceptor ab ea cadat, nec quod dedit, repetat: imò statim soluat, quod solutu- B
rus esset, si iure contraxisset. Sed melius dicitur, omnino denegandas actiones esse huiusmodi acceptori. Item Cod. lib. j. titu. de C
Tit. 2. l. 14. sacrosanctis ecclesiis. Imperator Leo: Si œconomus ecclesiæ prospexerit expedire, vt cuiquam desiderãti certarum possessionum atque prædiorum vrbanorum & rusticorum ad ius ecclesiasticum pertinentiũ temporalis vsusfructus possessio pro petitione ipsius præstetur, eius temporis, quod

inter

A inter vtroſque conuenerit, ſiue in diem vitæ ſuę, ſi ab eo qui deſiderat poſtuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus, atque conſcribat, per quæ & tempus intra quod hoc præſtari placuerit ſtatuatur, & manifeſtum ſit quod quiſque accepit adinuicem.

Ibidem cõtinuò.

Palea.

HVIuſmodi beneficij gratia pręſtando quidem eccleſiaſtici prædij vſufructu: poſt ſtatutum autem tempus & placi-
B tum, redituum ipſorum proprietate ad ius & dominium eccleſiaſticum reuertente firmiter: ita vt ſiue completo ſpatio, quod inter eos fuerit conſtitutum, ſeu mortis ſuæ tempore (ſi hoc quoque conuenerit) is qui eccleſiaſticam poſſeſsionem & cęterorum redituum vſumfructum habendi gratia pacto interueniente ſuſceperit, non minùs quàm alterius tantæ quantitatis, quantæ acceperat, reditus, cum ipſorum prædiorũ
C dominio, & rebus immobilibus eorumq; colonis & mancipiis eccleſiæ derelinquat. niſi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere. Nã hæc vſus præſtatio locum habet in omni domo religioſa: quo finito res vtraque pleno iure perueniat in domum iam dictam. Nec tributis quidem grauata ſit,

maioribus ea res, quæ datur adinuicem. A
Quibuscunque modis aliis permittitur, interdicitur tamen certis personis rem eiusmodi accipere, vt œconomo, eiusque cognatis. Quòd si necessitas compulerit, vt pro ecclesiæ necessitate aut vtilitate, vel in vsufructu, vel in directa vẽditione aliquid distrahatur: apud duos vel tres comprouinciales, aut vicinos Episcopos, causa, qua necesse fuerit vendi, primitus comprobetur, vt habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quæ facta fuerit vẽditio, vel B
transactio, corroboretur. Aliter facta venditio, vel transactio, non valebit. Minùs verò vtiles possessiones peregrinis vel clericis saluo iure ecclesiæ in vsum præstari permittimus. Item ex concilio Medioma tricis:

Ecclesiasticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant.

PRecariæ à nemine de rebus ecclesiasticis fieri pręsumantur, nisi tantùm quã C
tùm de qualitate conuenienti datur ex proprio, duplum accipiant ex rebus ecclesiæ, in suo tantum qui dederunt nomine, si res proprias & ecclesiasticas fructuario vsu tenere voluerint. Si autem res proprias ad præsens dimiserint, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario vsu suo tãtùm quis nomine

A mine sumat: quia sic eas quenque tractare, vt rerum ecclesiasticarum dispensatorem conuenit, non vt propriarum largitorem.

Decreuit etiam sancta synodus, & imperialis autoritas denuntiauit, vt à nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus Deo & sanctis eius dicatis: cùm ratio & vsus obtineat neminẽ, qui non vult, contra vtilitatem & rationem cogi de proprio facere beneficium. Nec commutationes rerum vel mancipiorum ecclesiasticoB rum quælibet persona, sine licentia & regio consensu, facere præsumat. Item ex concilio Bellouacensi:

De eodem. Palea.

PRecariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem renouentur. Item ex concilio Carthaginiensi: *De eodem. Palea.*

DE precariis, quæ à rectoribus ecclesiaC rum irrationabiliter fiebãt, & se suosque successores pœna graui obligabant, vt facta ipsorum nequiuissent dissoluere: præcipimus, vt nemo successor in antecessoris sui pœna sit obligatus: sed suæ prouidentię sit concessum, vt si antecessor eius res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius ecclesiæ eiusdem reuocentur. Item ex concilio Martini Papæ: *Capite 16. ex synodis Græcorũ.*

Res

Res ecclesiæ dispensandi potestatem habeat Episcopus. A

2.pars. EPiscopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ, vt dispenset necessitatem habentibus cum omni reuerentia & timore Dei. Participare eum etiam oportet, quæ necessaria sunt: si tamen ipse, aut qui cum eo sunt, frates indiguerint aliquo, vt necessitatem nullo modo patiantur, secundùm

1.Tim.6.b Apostolum sanctum dicentem: Victu tantùm, & tegumento, his contenti simus. Si autem res ecclesiasticas Episcopus in suas B proprias voluntates vsurpare voluerit, aut fratribus, vel filiis, vel quibuscunque propinquis suis dederit potestatem, vt per eos latenter lædantur res ecclesiasticę, hũc oportet obnoxium esse concilio. Si autem Episcopus, vel qui cum eo sunt, Presbyteri aut Diaconi accusentur, quia ea quæ vel ex reditu, vel ex quolibet actu ecclesiæ obueniunt, in suos vsus colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt: hoc quidem corripi oportet, secundũ quod ordina C

4.pars. tum fuerit à sancto concilio. Si verò contra hanc prohibitionem aliquam de rebus ecclesiæ Episcopum vendere contigerit, & res ipsa ecclesiæ restauranda est, & ipse

Capite 14. synodorũ Græcarũ. gradu suo deiiciendus decernitur. Vnde in eodem concilio Martini Papæ legitur:

De

A *De Episcopo qui nulla necessitate res ecclesiæ vendit.*

SI quis Episcopus, nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, in clero suo, aut fortè vbi Presbyter non est, de rebus ecclesiasticis præsumpserit aliquid vẽdere: & res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in iudicio Episcoporum deiiciatur auditus & cõuictus: & tanquam furti aut latrocinij reus suo priuetur honore.

QVAESTIO III.

B Quid nomine cathedratici à Sacerdotibus suis exigere valeat Episcopus.

QVID verò nomine cathedratici Episcopus exigere debeat, in secundo concilio Bracharensi legitur: *Cap. 2.*

Præter honorem cathedratici nihil Episcopus per diœceses exigat.

C PLacuit, vt nullus Episcoporum per suam diœcesim, præter honorẽ cathedræ suæ, id est duos solidos, aliud aliquid per ecclesias tollat: neque tertiam partem ex quacunq; oblatione populi ecclesiis parœcialibus facta, sibi vsurpet: sed ecclesiæ reparationi seruetur: & singulis annis Episcopo ratio fiat. Nam si tertiam partem illam

illam Episcopus tollat, lumen & sarta te- A
cta abstulerit ecclesiæ. Et similiter parœciales clerici seruili more in aliquibus operibus Episcopo seruire non cogantur: quia
1. Tet. 5. a scriptum est: Neque vt dominantes in clero. Item ex concilio apud Merech:

Basilicarum reparationi proficiat tertia, quã Episcopus accipere consueuerat.

PRiscis quidem Canonibus erat decretum vt Episcopus de parœcianis ecclesiis tertiam consequeretur, cui sua plenissimè sufficere non possunt. Placuit huic san B
cto concilio, vt nullus prouinciæ Lusitanæ Episcopus, à qualibet parœciana ecclesia tertiã auferre prę sumat: sed quæ exinde consequi poterit, reparationi basilicarum proficiant. Item ex concilio Toletano:

Non accipiant Episcopi tertiam partem, nisi dirutas ecclesias reparare voluerint.

VNio nostræ congregationis decreuit atque instituit, vt tertias, quas antiqui Canones de parœciis suis habere Epi- C
scopos censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis dirutæ ecclesiæ reparentur. Si verò eas maluerint cedere ecclesiæ, ab earum cultoribus sub cura & solicitudine sui Pontificis reparatio eisdẽ est adhibenda basilicis. Quòd si omnes ecclesiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant,

A erant, reparatæ extiterint: ſecundùm antiquorum Canonum inſtituta ſi tertias ſibi debitas vnuſquiſque Epiſcopus aſſequi voluerit, facultas illi omnimoda erit: ita videlicet, vt citra ipſas tertias nullus Epiſcoporum quippiam pro regiis inquiſitionibus à parœcianis eccleſiis exigat: nihilque de prædijs ipſarum eccleſiarum cuiquam cauſa ſtipendij dare præſumat. Sed & hoc neceſſarium inſtituere duximus, vt plures eccleſiæ vni nequaquam committantur Preſ
B bytero: quia ſolus per totas eccleſias nec officium valet perſoluere, nec rebus earũ neceſſariam curam impendere. Eadem ſcilicet ratione præcipimus vt eccleſia quę vſque ad decem habuerit mancipia, ſuper ſe habeat Sacerdotem: quæ verò minùs, alijs coniungatur eccleſiis. Si quis ſanè Epiſcoporum hanc noſtram conſtitutionem paruipenderit, duorum menſium ſpatio ſe nouerit excommunicatione mulctari.

C Item Pelagius Creſconio illuſtri:

De eodem.

ILlud te volumus modis omnibus cuſtodire, ne qui Epiſcoporũ Siciliæ de parœciis ad ſe pertinentibus nomine cathedratici amplius quàm duos ſolidos præſumãt accipere: neque compellere Presbyteros aut clerum parœciarum ſuarum ſupra vi-

res ſuas eis conuiuia præparare. Item A
Gelaſius Papa Fabiano Epiſcopo:

Baptizandus numerus non imponatur: nec cathedraticum vltra vetuſtum morem exigatur.

NEc numerus baptizandis iuſtè creditur imponendus: cùm quanti petierint, vel ad regenerationem feſtinauerint, non ſint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo, frater chariſsime, huiuſmodi ſuperfluam conſtitutionem modis omnibus remouebis, vt vnuſquiſque aut in vicina ſibi eccleſia, aut in electa, pro ſuæ mentis baptizetur arbitrio. Cathedraticũ etiam non amplius, quàm vetuſti moris extiterit, ab eius loci Presbytero noueris exigendum: & de his, quæ die dedicationis fuerint offerentium deuotione collata, conſuetudinem quæ generaliter omnibus eccleſiis eſt præſcripta, ſeruabis. Cathedraticũ, quod his autoritatibus Epiſcopis permittitur exigere, præter medietatem vel tertiam partem oblationum, quæ etiam pro varia eccleſiarum conſuetudine ex præmiſsis autoritatibus Epiſcopo debetur, intelligendum eſt: nec illa pars oblationũ omniũ generaliter intelligenda eſt: ſed vel anniuerſariæ dedicationis, vel quorundam etiam ſolennium dierum: prout inter Epiſcopũ & Sacerdotẽ tẽpore dedicationis conuenerit. B C

2. pa s.

De

A De his verò Episcopis, qui per parœcias suas crudeliter desæuiunt, sic est statutum in tertio concilio Toletano: *Cap. 10.*

Vltra morem antiquum à parœcianis Presbyteris Episcopi nil exigant.

QVia cognouimus Episcopos per parœcias suas non sacerdotaliter, sed crudeliter, desæuire, & dum scriptum sit, Forma estote gregi, non vt dominantes in clerum: qui exactiones diœcesi suæ, vel damna infligunt, ideo censemus (excepto B quòd veterum constitutiones à parœciis habere iubent Episcopos) vt alia, quæ illis hucusque præsumpta sunt denegentur: hoc est, neque angariis Presbyteri, aut Diaconi, neque aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in ecclesia Dei exactores potius quàm Pontifices, nominari. Hi verò clerici tam locales, quàm diœcesani, qui se ab Episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad Metropolitanum deferre C non differant: & Metropolitanus non moretur huiusmodi præsumptiones auertere. *1. Tet. 5. a*

Item ex concilio Cabilonensi:

A parœcianis stipendia non nisi cum charitate Episcopi exigant.

CAuendum est sanè, ne cùm Episcopi per parœcias suas peragrant, quandã non solùm erga subditos, sed erga socios

tyrannidem exerceant: ne (quod abſit) non cum charitate, ſed cum quadam iactantiæ temeritate: nec cum gratiarum actione, ſed cum quadam iudiciaria inuentione, ſtipendia ab eis exigãt. Obſeruandũ modis omnibus eſt, vt ſi quando eis peragrandæ parœciæ neceſsitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirẽdis rebus emẽdatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quàm deprædandis & ſpoliandis hominibus, & ſcandalizandis fratribus, operam dent: & ſi quãdo ad peragendũ miniſteriũ ſuum à ſubditis aut fratribus aliquid accipiendum eſt, hoc ſummopere obſeruare debent, ne quẽ ſcandalizent aut grauent. Tanta ergo diſcretio in hac re tenenda eſt, vt verbi Dei prædicator, vbi proprij ſumptus deſunt, à fratribus accipiat: & iidem fratres illius potẽtia non grauentur, exemplo apoſtoli Pauli qui ne quẽ grauaret, arte & manibus victũ quęrebat. Itẽ ex cõcilio Toletano quarto:

1. Theſ. 3. b Cap. 4. con. Toletani 7.

Vltra duos ſolidos à parœcianis eccleſiis Epiſcopus non præſumat accipere.

INter cætera denique, quæ conſenſu communiter nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parœcialium Preſbyterorum Galliæ prouinciæ ſolertiſsimè diſcernere decuit, quas contra Pontifi-

cum

A cum ſuorum rapacitates neceſsitas (vt cõperimus) tandem compulit in publicum examen deferri. Hi enim Pontifices (vt eorundem euidens inquiſitio patefecit) indiſcreto moderamine parœcianas eccleſias prægrauantes, dum in exactionibus ſuperfluis frequentes exiſtũt, pœnè vſque ad exinanitionem extremæ virtutis quaſdam baſilicas perduxiſſe probantur. Ne ergo fiat de cætero, quod conſtat hactenus inordinatè præſumptum, non amplius, quàm duos
B ſolidos vnuſquiſque Epiſcoporum præfatæ prouinciæ per ſingulas diœceſes, vel baſilicas, iuxta ſynodum Bracharenſem, annua illatione ſibi expetat inferri: monaſteriorũ tamen baſilicis ab hac ſolutionis expenſione ſeiunctis. Cùm verò Epiſcopus diœceſim viſitat, nulli præ multitudine oneroſus exiſtat: nec vnquã quinquagenarium numerum euectionis excedat: aut amplius, quàm vna die per vnãquãque baſilicam remorandi licentiã habeat. Quicunq;
C verò Pontificum eorũdem, aliter quàm decreuimus, agendum præſumpſerit, correctioni procul dubio Canonũ ſubiacebit tãquã conſtitutionum ſynodalium trãſgreſſor, & priſcorum patrum edictorum corruptor. Item Gregorius Epiſcopis Siciliæ: *Greg. epi. 20. lib. 11*

Sacerdotes ab Epiſcopis ſuis vltra modum non

non grauentur. A

RElatum est nobis sanctæ memoriæ decessoris mei temporibus, per seruum Dei Diaconum, qui tũc ecclesiastici patrimonij curam gessit, fuisse dispositũ, vt Sacerdotes per vniuersas vestras diœceses cõstituti, quõtiens ad consignandos infantes egredimini, vltra modum grauari minimè debuissent. Summa enim præfixa fuerat vobis (vt audio) consentientibus, quæ ab eis Sacerdotibus pro labore clericorũ dari debuisset. Atqui hoc, quod tunc placuit, sicut nũc dicitur, minimè custoditur. Vnde fraternitatem vestram admoneo, vt subiectis vestris non graues studeatis existere. Item Pelagius Cresconio illustri: B

Secundum loci mediocritatem Episcopis conuiuia parentur.

ILlud magnitudinem tuam minimè volumus ignorare, quòd Syracusanæ ciuitatis Episcopus inter alia, quæ in cautionũ suarum pagina spopõdit, hoc etiam specialiter sub interpositione pœnę legitimę promisisse legitur, nunquàm se à quolibet suæ diœcesis Presbytero vltra duos solidos cathedratici nomine petiturum: nec per quãlibet aliam occasionem quicquam in eius se dispendio esse gesturum. Quod magnitudo tua non solùm à prędicto Episcopo, sed C

de om

A de omnium Episcoporum Sicilię personis competenti solicitudine custodire non desinat. Nec ipsa quoque pradia enormia fieri, sed secundum mediocritatem, vniuscuiusque loci Episcopo ad consignationẽ veniẽti, susceptionis præparari cõuiuiũ: quia nec eo prætextu pauperibus incuti dãnavolumus, aut qualibet ratione permittimus.

CAVSA XI.

B CLERICVS aduersus clericum quęstionẽ de prędiis agitauit: quem ad ciuilem iudicẽ producere voluit. Reus nõ nisi ante iudicem ecclesiasticũ stare volebat. Actor verò potẽtia ciuilis iudicis illũ à possessione sua deiecit. Quo audito, Episcopus eum ab officio suo suspendit. Ille contempta Episcopi sententia, officium suum ministrauit. Hoc com-

C perto Episcopus, sine spe restitutionis, in eum sententiam dedit. Hic primùm quę 1
ritur, vtrùm clericus ante ciuilem iudicẽ sit producendus. Secundò, si producen- 2
dus non est, an hæc culpa sit digna suspensione. Tertiò, si digna non fuerit, an con 3
temptorem sententiæ sui Episcopi irreparabiliter oporteat deponi.

QVAESTIO I. A

Vtrùm clericus ante ciuilem iudicem ſit producendus.

Caius Papa epiſ. ad Felicẽ Epiſc.

QVOD clericus apud ſeculares iudices accuſandus non ſit, Caius Papa ſcribit, dicens:

Apud ſecularem iudicem nullus clericus conueniatur.

NEmo vnquam Epiſcopũ, aut reliquos clericos, apud iudicem ſecularem accuſare præſumat. B

Palea.

NVllus iudicum neque Presbyterum, neque Diaconum, aut clericum vllũ, aut eccleſiæ iuniores, ſine licentia Pontificis per ſe diſtringat, aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab eccleſia, cui iniuriam irrogare dinoſcitur, tandiu ſit ſequeſtratus, quouſque reatum ſuum agnoſcat & emendet.

Marcellinus Papa epiſt. 2. Epiſcopis Oriẽtalibus.

Item Marcellinus Papa:

De eodem.

CLericum cuiuſlibet ordinis abſq; Põtificis ſui permiſſu nullus præſumat ad ſecularem iudicem attrahere: nec laico quemlibet clericum liceat accuſare. C

Iulius Papa. 1. ca. 34. in Decretis,

Itẽ ex Niceno concilio:

Ab eis quiſque iudicandus eſt, quos ſibi iudices elegerit.

Iudi

A IVdices autem eſſe non debent, niſi quos ipſe, qui impetitur, elegerit: aut quos ſuo conſenſu hæc ſancta ſedes, aut eius Primates autoritate huius ſanctæ ſedis delegauerint. Item Valentinus, Theodoſius, & Arcadius Imperatores:

Ad ſecularia iudicia, nullus clericus eſt pertrahendus.

CONtinua lege ſancimus, vt nullus Epiſcoporum, vel eorum qui eccleſiæ neceſsitatibus ſeruiunt, ad iudicia ſiue ordi-
B nariorum, ſiue extraordinariorum iudicũ, protrahatur. Habent enim illi ſuos iudices, nec quicquam his publicis eſt commune cum legibus. Item Conſtantinus Imperator præſidẽs in ſancta ſynodo, quæ apud Niceam congregata eſt, cùm querelam quorundam clericorum conſpiceret coram ſe deferendam, ait: Vos à nemine diiudicari poteſtis: quia ad Dei ſolius iudicium referuamini. Item ex concilio Matiſconenſi, cap. octauo: *De eodem.* *Palea.*

Cap. 8. cõc. Matiſconenſis primi.

C NVllus clericus alium clericum ad iudicem ſecularem accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocunque modo præſumat: ſed omne negotiũ clericorum, aut in Epiſcopi ſui, aut Presbyterorum, cũ Archidiaconi præſentia finiatur. Quòd ſi quis clericus hoc adimplere diſtulerit, ſi

minor fuerit, vno minus de xl. ictibus accipiat: si verò honoratior xxx. dierum cõclusione mulctetur. Item Bonifacius ad Episcopos Galliæ: A

De eodem. *Palea.*

QVæcunque contentiones inter Christianos oriuntur, ad ecclesiam deferantur, & ab ecclesiasticis viris terminentur, & si obedire noluerint, quousque obediant, à liminibus ecclesiæ excludantur.

Item Marcellus papa:

Neque pro causa ciuili, neque pro criminali Episcopus apud ciuilem iudicem producatur. B

NVllus Episcopus neque pro ciuili, neque pro criminali causa apud quẽuis iudicem, siue ciuilem siue militarem, producatur vel exhibeatur. Magistratus enim, qui hoc iubere ausus fuerit, amissione rerum, & cinguli condemnatione plectetur.

Item Syluester Papa:

In epilogo breui cõci. Romani. *Quilibet clericus nõ est in publico examinãdus.*

TEstimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat: nemo clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in ecclesia. Item Cod. lib. j. titu. de Episcopis & cleri. Imperator Theodosius: Nec honore nec legibus Episcopus ad testimonium flagitetur. Item: Episcopum ad testimonium dicendum admitti nõ decet. C

Tit. 3. l. 1

Ibidem.

Nam

A Nam & persona inhonoratur, & dignitas Sacerdotis excepta confunditur.

Nouella constitutio.

Episcopus non flagitetur ad testimoniũ iureiurando: sed Euangeliis tantùm coràm positis. Item: Sed iudex mittat ad eum ex suis ministris, vt propositis sacrosanctis Euangeliis, secundum quod decet Sacerdotes, dicat quæ nouerit. Idem:

Clericus ad ciuilem iudicem clericum perducens, anathema sit.

B SI quis clericus accusans clericũ in Curiam introierit, anathema sit. subaudiẽdum est, si plurimorum iudiciorum cognitionem petierit. Episcopale nanque iudicium nihil obest ab Imperatore postulare. Vnde in Carthaginiensi concilio octauo legitur: *Cap. 13. con. Mileuitani.*

Proprio priuetur honore, publici iudicij cognitionem ab Imperatore postulans.

C PLacuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postulauerit, nihil ei obsit. Sic & sequentes autoritates intelligendæ sunt, quibus clericorum causas non nisi clerici cognoscere iubentur. Vnde Gelasius Papa scribit Ezechię Comiti:

A ſeculari iudice clericus non eſt audiendus. A

CHriſtianis gratum ſemper debet eſſe quod ab eorũ poſcitur dignitate prę-ſtandum: quia Deo ſeruientibus beneficiũ negare non conuenit. Sylueſter atque Fauſtinianus, qui ſe à cunabulis clericos confitentur, à Theodora ſe opprimi per violentiam conqueruntur: quia dicunt ſe ingenuos, atque Deo autore priſtinæ conditionis nexibus abſolutos, in ſortem deterrimæ iterum ſeruitutis addici: & per autoritatem regiam contra leges publicas cùm B clericali cingulo olim tenerẽtur adſtricti, per Archidiaconum vrbis Grumentinæ eſſe conuentos, cùm conſtet eum, qui cæleſtem militem pulſat, nõ niſi eius forum debere ſectari. Et ideo, dilecte fili, depenſæ ſalutationis affatu, ſuprà dictos clericos tibi commendo, vt ſi ad delegatorum iudicium eorum aduerſarij venire contempſerint, ſublimitatis tuæ tuitione vallentur, ne quid illis aut ſurreptio, aut inimica legi C bus violẽtia neceſsitatis imponat: quia qui iudicium refugit, apparet eum de iuſtitia diffiſum. Idẽ Criſpino & Sabino Epiſc.

Non niſi ad Epiſcoporum iudicium clericus vocetur.

SYlueſter & Fauſtinianus eccleſię Grumentinæ clerici lacrymoſa nobis inſinuatione

A nuatione conqueſti ſunt, libertatẽ ſibi domini ſui benignitate cõceſſam, hæredum eius oppreſsione pulſari: ſibiq́ue in clericatus officio pœnè à cunabulis ſeruientibus, etiã manumiſſore viuente in eodẽ actu nihilò minùs conſtitutis, diuinis miniſteriis impendere ſeruitiũ non licere: cũ (ſi petitionẽ veritas ſubſequatur) contra patris & autoris ſui factũ venientibus, vt indignis hæreditas legibus auferatur, nec eis liceat hæreditatẽ capientibus contra autoris ſui
B proſilire iudiciũ. Et ideo fratres chariſsimi, quoniã ſe etiã ab Archidiacono dictæ eccleſiæ queruntur oppreſſos, qui per eorum abſentiã Moderatoris iudiciũ promi ſit eos eſſe ſecuturos, calcatis omnibus rationibus, contra leges diuinas & publicas pulſatis forũ ſuum putauit auferri: in veſtro iudicio, quiſquis ille eſt, qui clericum laceſsierit, adueniat, vt eccleſiæ iura quæ vetuſti principes aſsidua ſanctione firma-
C uerunt, impetitis clericis nõ negẽtur. Itẽ *Epiſto. 1.* Alexan. omnibus orthodoxis per diuerſas prouincias Chriſto Domino famulãtibus:

Ante iudicẽ ciuilẽ Sacerdotes non accuſentur.

RElatum eſt ad huius ſanctę & Apoſtolicæ ſedis apicẽ (cui ſummarũ diſpoſitiones cauſarum, & omnium negotia eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt,

quaſi

Mat.16. quasi ad caput, ipso dicente, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã) quod quidam emuli Christi, iusdemque sanctæ ecclesiæ insidiatores, Sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare præsumant: cũ magis Apostolus Christianorum causas ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat: quoniam taliter præuaricantes præuaricauerunt in Deum suum, & non obedierunt præceptis eius. A

Item Pelagius Benegesto Defensori:

Actor forum rei sequatur. B

EXperientiæ tuæ præsenti autoritate mãdamus, vt in causis, in quibus quælibet ecclesiastici officij persona loco petitoris existit, quenquã laicum pulsatura apud suæ prouinciæ iudicem suas proponere actiones non deferat. In his verò negotiis, in quibus ecclesiastici officij persona pulsatur, totius submoto pulsationis obstaculo, ad iudicium Episcopi, vel Presbyterorum, in loco vbi quæstio vertitur constitutorum, occurrat indifferenter examen. C Item Sergio Cancellario:

De eodem.

SI quisquam clericus siue inferioris, siue potioris gradus, petitor existat, & contra laicam personã suas dirigat actiones: iste modis omnibus non alibi, quàm apud

prouin

A prouinciæ iudicem negotium ſuum dictu-
rus occurrat. Si quis autem laicus clericũ
cuiuſcũque gradus duxerit eſſe pulſandũ,
ad Epiſcoporum iudicium in eadem ciui-
tate vel territorio conſtitutorum propo-
nat eas, quas ſe habere exiſtimat, actiones.
Quem ordinem legibus per omnia conue
nientem, atque conſentaneum, demonſtra
ri illa regula manifeſtat, quę præcipit, acto
rem rei forum ſemper ſequi pulſati. Cleri
cis verò pulſatis in Epiſcopali iudicio fo-
B rum competere, Principalium quoque
ſanctionum deſignat autoritas. Item in *Cap. 32.*
concilio Agathenſi legitur:

*Epiſcopo non permittente, apud ſecularem iu-
dicem clericus pulſari non debet.*

CLericum nullus præſumat apud ſecu
larem iudicem, Epiſcopo non permit
tente, pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non re-
ſpondeat, vel proponat: nec audeat crimi-
nale negotium in ſeculari iudicio propo-
C nere. Item Pius Papa: *Epiſt. 2.*

*Clericus ſuo inobediens Epiſcopo, depoſitus
Curiæ tradatur.*

SI quis Sacerdotum, vel reliquorũ cle-
ricorum, ſuo Epiſcopo inobediens fue-
rit, aut ſi ei inſidias parauerit, aut contu-
meliam, aut calumniam, aut conuicia intu
lerit, & conuinci potuerit: mox depoſitus

Curiæ

Curiæ tradatur, & recipiat, quod iniquè gesſit. Item ex cõcilio Carthaginiẽſi iij. *Cap. 38.*

Principali cogatur autoritate, qui plebem inuaſam non vult deſerere.

PEtimus, vt dignemini dare fiduciam, qua neceſsitate ipſa cogente liberũ nobis ſit rectorem prouinciæ, ſecundum ſtatuta glorioſiſsimorum Principum, aduerſus illum adire, qui plebem, quam inuaſerat, vſque hodie cõmonitus, ſecundũ quod ſtatutum fuerat, relinquere contemnit: vt qui miti admonitioni ſanctitatis veſtræ acquieſcere noluerit, & emẽdare illicitũ, autoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius Epiſcopus dixit: Seruata forma diſciplinæ, non exiſtimabitur appetitus, ſi veſtra charitate modeſtè conuentus, recedere detrectauerit, cùm fuerit ſuo contemptu & contumacia faciente, iudiciaria poteſtate conuentus. Honoratus & Vrbanus Epiſcopi dixerunt: Hoc ergo omnibus placet. Item Gregorius Papa:

A Principibus corrigantur, quos eccleſia corrigere non valet,

ISTud eſt, quod à vobis popoſcimus, & nunc iterum poſtulamus, vt Paulinum Aquileienſem Pſeudoëpiſcopũ, & illum Mediolanenſem Epiſcopum, ad clementiſſimũ Principem ſub digna cuſtodia diriga-

tis:

A tis: vt & iſte, qui Epiſcopus eſſe nullatenus poteſt, quia contra omnem canonicam cõ ſuetudinem factus eſt, alios vltra non perdàt: & ille, qui contra morem antiquũ eũ ordinare præſumpſerit, Canonũ vindictę ſubiaceat. Item ex concilio Chalcedoñ. *Cap. 18.*

Proprium gradum amittant clerici coniurantes vel conſpirantes.

COniurationum & conſpirationum crimen (quod apud Græcos dicitur φρατρίαι) publicis etiam legibus certũ eſt
B penitus inhiberi: hoc multò magis in ſancta Dei eccleſia ne fiat, cõuenit abdicari. Si qui verò clerici ſeu monachi, inuenti fuerint coniuratores, aut conſpiratores, aut phratrias, vel factiones componentes aliquas ſuis Epiſcopis, aut aliis, omnino cadãt de proprio gradu. Itẽ Calliſtus Papa:

Clerici conſpirantes proprio gradu amiſſo retrudantur in carcerẽ: cæteri excommunicentur.

COnſpirationum crimina veſtris in
C partibus vigere audiuimus: & plebes contra Epiſcopos ſuos cõſpirare nobis mãdatum eſt. Cuius criminis aſtutia non ſolùm inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter Ethnicos, & ab exteris legibus prohibita: & idcirco huius criminis reos non ſolũ eccleſiaſticæ, ſed etiã ſeculi damnãt leges: & non ſolùm conſpirantes,

sed etiam consentientes eis. Antecessores verò nostri, cũ turba plurima Episcoporũ, quicũque eorũ in Sacerdotali honore sunt positi, aut existunt clerici, honore quo vtũtur, carere præceperunt: cæteros verò cõmunione priuari, & ab ecclesia extorres fieri iusserunt: omnesque simul vtriusque ordinis viros infames esse censuerunt: & non solùm facientes, sed etiam consentientes. Item ex consilio Chalcedonensi: *Cap. 18.*

Clerici aut monachi coniurantes, proprio priuentur honore.

SI qui clerici, vel monachi reperti fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis aut clericis, gradu suo proprio penitus abiiciantur.

Item ex concilio Toletano: *Cap. 2. con. Tolet. 10.*

De eodem.

SI clerici aut monachi inuenti fuerint conspiratores, aut per coniurationem calumniam machinãtes Episcopis vel clericis: proprium amittant gradum. Item ex concilio Aurelianensi: *Ca. 21. con Aureli. 3.*

De eodem.

SI qui clericorũ (vt nuper in multis locis per superbiã Diabolo instigãte actũ fuisse perpatuit) rebelli autoritate se in vnũ, coniuratione intercedente collegerint, aut sacramenta inter se data, aut chartulam

A tulã conſcriptã fuiſſe patuerit: nullis excu ſationibus prę ſumptio elabatur: ſed re detecta, cũ in ſynodũ ventum fuerit, in præſumptores iuxta perſonarum & ordinum qualitatem, à Pontificibus, qui tũc in vnũ collecti fuerint, vindicetur: quia ſicut charitas ex præceptis diuinis corde, non carthulæ cõſcriptione, vel cõiuratione eſt exhibẽda: ita quæ ſupra ſacras admittuntur ſcripturas, autoritate & diſtrictione Põtifi cali ſunt reprimẽda. Item Innoc. Papa:

B *Inter clericos & laicos cauſæ exortæ, ab Epiſcopis audiantur.*

SI quæ cauſæ vel contentiones inter cle ricos & laicos tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris, fuerint exortę, pla cuit, vt ſecundum Nicenam ſynodum cõ gregatis omnibus eiuſdem prouincię Epiſcopis, iudiciũ terminetur. Cùm ergo his omnibus autoritatibus clerici ante ciuilẽ iudicem denegentur producendi, cùm, niC ſi prius depoſiti vel nudati fuerint, Curiæ non ſint repræſentandi: patet quòd ad ſecularia iudicia clerici non ſunt protrahendi. His ita reſpondetur: clerici ex officio *2 pars.* Epiſcopo ſunt ſuppoſiti: ex poſſeſsionibus prędiorũ Imperatori ſunt obnoxij: ab Epiſcopo vnctionem decimas & primitias accipiunt: ab Imperatore verò prædiorũ

possessiones nãciscuntur. Vnde Aug. ait: su A
per Ioan. Quo iure villas defendis? diuino
an humano? &c. require in principio, vbi
differentia signatur inter ius naturale, &
ius constitutionis. Quia ergo, vt prædia
possideantur, Imperiali lege factum est,
patet quòd clerici ex prædiorum posses-
Lib. 5. epi- sionibus Imperatori sunt obnoxij. Item
stola. post Ambro. contra Auxentium:
epist. 32.

Imperatori tributũ ecclesia denegare nõ debet.

SI tributum petit Imperator, non ei ne- B
gamus: agri ecclesiæ soluant tributum.
si agros desiderat Imperator, potestatem
habet vendicandorum: tollat eos, si libi-
tum est. Imperatori non dono, sed non
Ambr. ad nego. Idem:
ca. 5. Luc.
commẽta.

Potestatibus tributa non sunt deneganda.

MAgnum quidem est & speciale docu
mentum quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti, ne quis constitutionem terre-
Matt. 17. d ni Regis putet esse soluendam. Si enim cẽ- C
sum filius Dei soluit, quis tu tantus es qui
putas esse non soluendum? Item Apostolus:
Roma. 13. a Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Itẽ Petrus Apostolus ge-
1. Petr. 2. neraliter omnibus fidelibus scribit: Estote subditi dominis vestris, siue Regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanquã ab eo miss

sis ad

A ſis ad vindictam malefactorũ, laudem verò bonorũ. Item ex epiſtola Clementis:

Epiſto. 1. ad Iacobũ fratrem Domini.

De ſecularibus negotiis Epiſcopus cognoſcere non debet.

TE quidem oportet irreprehenſibiliter viuere, & ſummo ſtudio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias, ne fideiuſſor exiſtas, ne aduocatus litium fias, néve in vlla aliqua occupatione prorſus inueniaris mundialis officij occaſione perplexus. Neque enim iudicem, neque cognitorem ſecularium negotiorũ hodie te ordinare vult Chriſtus, ne prę-fo-catus prę-ſentibus hominum curis, nõ poſsis verbo Dei vacare. Hæc verò opera, quæ tibi congruere minùs diximus, exhibeant ſibi inuicem vacantes laici: & te nemo occupet ab his ſtudiis, per quæ ſua ſalus hominibus datur. Item ex eodem:

B

Clemẽs in eadem epiſtola continuò.

In his quæ ad communis vitæ vſum pertinent, laici ſibi inuicem operari debent.

C SIcut enim impietatis crimen eſt tibi ô Clemens, neglectis verbi Dei ſtudiis, ſolicitudines ſeculares ſuſcipere: ita vnicuique laicorũ peccatũ eſt, niſi inuicẽ ſibi etiã in his quæ ad cõmunis vſum vitę pertinent, operam fideliter dederint: te verò ſecurum facere ex his quibus non debes inſtare, omnes communiter elaborent.

Quòd si fortè à semetipsis hoc laici non intelligunt, per Diaconos edocendi sunt, vt tibi solius ecclesiæ solicitudines relinquãt. A

Ex his omnibus datur intelligi, ꝙ in ciuili causa clericus ante ciuilem iudicem cõueniendus est. Sicut enim ecclesiasticarum legum ecclesiasticus iudex est administrator: ita & ciuilium non nisi ciuilis debet esse executor. Sicut enim ille solus habet ius interpretãdi Canones, qui habet potestatẽ condendi eos: ita ille solus ciuilium legum debet esse interpres, qui eis ius & autoritatem impertitur. B In criminali verò causa, non nisi ante Episcopum est clericus examinandus. Et hoc est illud, quod legibus & Canonibus suprà diffinitum est, vt in criminali videlicet causa ante ciuilem iudicem nullus clericus producatur: nisi fortè cũ consensu Episcopi sui, veluti quando incorrigibiles inueniuntur: tunc detracto eis officio, Curiæ tradendi sunt. Vnde Fabianus Papa ait: C

Epistol. 2. Episc. curiẽ tradendis.

Qui Episcopo insidiatur, semotus à clero Curiæ tradatur.

STatuimus, vt si quis clericorũ suis Episcopis infestus, aut insidiator extiterit, mox ante examinatũ iudiciũ submotus à clero, Curiæ tradatẽ: cui vitę suæ omnibus diebus seruiat, & infamis absque vlla spe restitutio

A reſtitutionis permaneat. Quia ergo iſte nõ in criminali, ſed in ciuili cauſa clericum ante ciuilem iudicem produxit, non eſt iudicandus trãſgreſſor Canonum: nec eſt dicendus pertraxiſſe reum ad iudicem non ſuum: quia de ciuili cauſa non niſi iudex ciuilis cognoſcere debet. Econtrà ea, quæ in actoris defenſione dicta ſunt, veriſsimilia quidem videntur: ſed pondere carent. Sacris enim Canonibus, & forenſibus legibus, tã in ciuili, quàm in criminali cauſa, B clericus ad ciuilẽ iudicẽ protrahẽdus negatur. Vnde in epiſtola Clementis legitur: *Fratres apud Presbyteros iudicentur.* *3. part.*

Epiſt. 1. ad Iacobũ fratrẽ Domini.

SI qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſeculi non iudicentur, ſed apud Presbyteros eccleſiæ, quicqd illud eſt, dirimat. Itẽ Sylueſter Papa: *Nullus clericus propter aliquam cauſam intret curiam.*

Ca. 16. ſyno. Roma. ſub Sylueſtro.

C NVllus clericus, vel Diaconus, vel Preſbyter, propter quamlibet cauſam intret in Curiam, nec ante ciuilẽ iudicem ſuã præſumat dicere cauſam. Itẽ Leo Papa: *Eccleſiaſticũ, nõ forẽſe iudiciũ, pœnitẽs expetat.*

I. eo 1. epiſt. 90. ad Ruſticum.

ALiud quidem eſt debita iuſtè repoſcere, aliud propria perfectionis amore cõtemnere. Sed illicitorũ veniam poſtulãtẽ, oportet etiam à multis licitis abſtinere,

1.Cor.6.c dicente Apostolo: Omnia mihi licent: sed nõ omnia expediunt. Vnde si quis pœnitẽs habet causam, quam negligere fortè non debeat, melius est illi, vt expetat ecclesiasti cum, quàm forense iudicium. Non ait, pro pter criminalem causam tantùm, sed gene raliter propter quamlibet causam, tam ciuilem, quàm criminalem intelligens. A

Vnde Théodosius Imperator:

Cuicunque licet sacrosanctæ sedis Antistitis iudicium eligere.

QVicunque litem habens, siue petitor fuerit, vel in initio litis, vel decursis temporũ curriculis, siue cũ negotium peroratur, siue cùm iam cœperit promi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantiũ dirigatur. Idem: B

Iuo Carno. libro 5. de causis & negotiis laicorum, ex eodem refert.

OMnes itaque causæ, quæ Prætorio vel ciuili iure tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis iure firmentur: nec vlterius liceat re tractari negotium, quod Episcoporum sen tentia deciditur. Testimonium etiam ab vno licet Episcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant: nec alius audiatur, cùm testimonium Episcopi à qua- C

libet

A libet parte fuerit repromiſſum. Illud enim veritatis autoritate firmatum, illud incorruptum habeatur, quod à ſacroſancto homine ſecundum ſcientiam mentis illibatę fuerit prolatum. Hoc nos edicto firmamus ſalubri, & perpetua lege tenendum eſſe cẽſemus. Hæc ſi quis antiquata cõtẽdat: quia in Iuſtiniano Codice non inueniuntur ita inſerta, per Carolũ renouata cognoſcat, qui in ſuis capitularibus ait inter cætera:

B VOlumus atque prȩcipimus, vt omnes noſtrę ditioni ſubiecti, tam Romani, quã Franci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Friſones, Galli, Britones, Longobardi, Guaſcones, Beneuẽtani, Gothi, Hiſpani, cæteriq́ue omnes ſubiecti nobis, quocunque legis vinculo videantur adſtricti, vel conſuetudinario annexi more, hanc ſententiam, quã ex xvij. Theodoſii Imperatoris lib. c. videlicet xj. ad interrogata Blauij ducis, quam illi & omnibus per ſcripturã miſimus, & inter noſtra

C capitula pro lege tenendam conſultò omnium fidelium noſtrorum poſuimus, lege cuncti perpetua teneant, id eſt quicunque litem habens ſiue petitor fuerit, &c. vt ſuprà. Item Greg. Ioan. Defenſori eunti in Hiſpaniam, monendo dicit: *Epiſto. 54. lib. n.*

Presbyter apud Epiſcopũ tãtùm iudicari debet.

DE persona Presbyteri hoc attendendum est, si quam causam habuit, non ab alio teneri, sed Episcopum ipsius adire debuit: sicut Nouellarum constitutio manifestat: quæ ita loquitur de sanctissimis & Deo amabilibus atq; reuerendissimis Episcopis clericis & monachis: Imperator Iustinianus Augustus Petro glorioſissimo Præfecto prętorio, const. cxxiij. Si quis cõtra aliquem clericum, aut monachum, aut Diaconissam, aut monastriã, aut ascetriã habeat aliquam actionẽ, doceat prius sanctissimũ Episcopũ, cui horum vnusquisq; subiaceat. Ille verò causam inter eos diiudicet: & si quidẽ vtraque pars his quæ iudicata sunt acquieuerit: iubemus per loci iudicem executioni perfectè mandari. Ne verò obiiciatur, quia de clerico hoc loquitur, nõ de Presbytero, sciendum est, quia superius in constitutione eadẽ lib. C. legitur appellatione clericorũ etiam Presbyteros & Diaconos contineri. Verba autẽ legis ista sunt: Presbyteros autem, & Diaconos & lectores, & cantores, quos omnes clericos appellamus, & reliqua. Item Gregorius Romano Defensori Siciliæ:

A B C

Epi. 32. libri noni.

Clericus clericũ ad publica iudicia nõ pertrahat.

PEruenit ad nos, & si quis contra quoslibet clericos causam habeat, despectis eorum

A eorum Episcopis, eosdem clericos tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, valde constat esse incongruum: sed hac tibi auto ritate præcipimus, vt denuo hoc facere nõ præsumas: sed si quis contra quemlibet cle ricum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat, vt aut ipse cognoscat, aut certè ab ipso iudices deputentur: aut si fortè ad arbi tros eundum est, partes ad eligendos iudices ab ipso executio deputata compellat.

B Si quis verò laicus vel clericus contra Episcopum causam habuerit, tunc te interponere debes, vt inter eos aut ipse cognoscas, aut certè te admonente sibi iudices eligãt. Nam si sua vnicuiq; Episcopo iurisdictio non seruatur, quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus custodiri ille ordo debuit, confundatur? Idem Ianuario Episcopo Caralitano: *Epistol. 26. li. 3.*

A laicis iudicibus clerici non sunt opprimẽdi.

C FRatris & Coëpiscopi nostri Felicis, & Cyriaci Abbatis relatione cognouimus, quòd in insula Sardinia Sacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatẽ tuam ministri tui despiciant, dumque solùm à vobis simplicitati studetur, quantum videmus, disciplina negligitur. Item Gregorius Mauricio Imperatori: *Epistol. 76. lib. 4.*

Sacerdotes à Regibus sunt honorãdi, nõ iudicãdi.

Sacer

SAcerdotibus autem non ex terrena po- A
testate Dominus noster citius indigne-
tur: sed excellenti consideratione propter
eum, cuius serui sunt, eis ita dominetur, vt
etiam debitam reuerentiam impendat. Nã
in diuinis eloquiis Sacerdotes aliquando
Dij, aliquando Angeli vocantur. Nam &
ad Moysen de eo qui ad iuramentum dedu
Exo.22.b cẽdus est, dicitur: Applica illum ad Deos,
Ibidem. id est, ad sacerdotes. Et rursus scriptũ est:
Diis non detrahes, id est, Sacerdotibus. Et B
Mala.2.b Propheta ait: Labia Sacerdotis custodiunt
scientiam, id est iustitiam, & legem ex qui-
rũt ex ore eius: quia Angelus Domini exer
cituum est. Quid igitur mirum, si illos ve-
stra pietas dignetur honorare, quibus in
suo eloquio honorem tribuẽs, eos, aut An-
gelos, aut Deos, ipse etiam appellat Deus?
Ecclesiastica quoq; historia testatur, quia
cùm piæ memoriæ Constantino Principi
in scripto oblatæ accusationes contra Epi
scopos fuissent, libellos quidem accusatio- C
nis accepit, & eosdẽ, qui accusati fuerant
Episcopos cõuocãs, in eorũ cõspectu libel-
los, quos acceperat, incẽdit, dicẽs: Vos Dij
estis, à vero Deo cõstituti. Ite, & inter vos
causas vestras discutite: quia dignum non
est, vt nos iudicemus Deos. In qua senten-
tia sibi magis ex humilitate, quã *illis* ali-

qu id

A quid præſtitit ex reuerẽtia impenſa. Ante eum quippè pagani in republica Principes fuerunt, qui verum Deum neſciẽtes, Deos ligneos & lapideos colebant: & tamen eorum Sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirũ, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei Sacerdotes dignatur honorare, dũ pagani (vt prædiximus) Principes honorem impẽdere Sacerdotibus noluerunt, qui Diis ligneis & lapideis ſeruiebant? Hæc ergo non tantùm ſpecialiter,
B quantùm generaliter pro omnibus aſſerimus Sacerdotibus: quoniam adhuc neſcit quis, in terribili iudicio Dei qualis futurus ſit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit: Nolite ante tempus iudicare, quoadu- 1.Cor.4.a
que veniat Dominus, & reliqua. Nam ſunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortaſſe, quæ vos laudatis, ille reprehendet: & quæ vos reprehenditis, ille laudabit. Item ex concilio Mileuitano:

C *Qua pœna feriatur clericus, clericum ad ſecularia iudicia pertrahens.* *Ca.13.concil.Toletani tertij.*

INolita præſumptio vſqueadeo illicitis auſibus aditum patefecit, vt clerici clericos, ſuo relicto Pontifice, ad iudicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus, vt hoc de cætero non præſumatur. Si quis hoc præſumpſerit facere, conuentus & cauſam perdat,

perdat, & à communione efficiatur extra- A
Cap. 9. neus. Item ex conci. Carthaginiẽsi tertio:

Clericus apud ciuilem iudicem iudicari non debet.

PLacuit, vt quisquis Episcoporũ, Presbyterorum, & Diaconorum, seu clericorum, cùm in ecclesia ei crimẽ fuerit intẽtatum, vel ciuilis causa fuerit commota, si derelicto ecclesiastico iudicio, publicis iudiciis purgari voluerit, etiamsi pro ipso lata fuerit sententia, locum suum amittat: & hoc in criminali actione: in ciuili verò per B
dat, quod euicit, si locum suum obtinere maluerit. Siquidem ad eligendos iudices iniquè de ecclesiæ consortio iudicat, qui de vniuersa ecclesia malè sentiendo, de iudicio seculari poscit auxilium: cùm priua-
1. Cor. 6. a torum etiam causas Apostolus ad ecclesiã deferri, atque ibidem determinari præcipiat. Item ex eodem;

Clericus non accusetur, nisi ante ecclesiasticum iudicem.

DE diuersis ordinibus ecclesiæ seruien C
tibus, si quis in causam criminis incurrerit, & abnuerit iudicium ecclesiasticũ, debet periclitari. Itẽ cõst. lxxxiij. ca. j.

Qui cum clerico litigium habet, Episcopum ipsius adeat.

Constit. 83 nouellarũ cõstitutionum.

SI quis cum clerico litigium habuerit, si quidem

A quidem de cauſa pecuniaria, adeat priùs Epiſcopum, cuius iudicio clericus ſuppoſitus eſt. Ille autem ſine damno & ſine dilatione competentem finem liti impoſiturus eſt. Si autem noluerit Epiſcopus litem dirimere, tunc ad ciuilem iudicem diſceptatio cauſæ perueniat. Vbi autem dirimere Epiſcopus vult cauſam, ſine ſcriptura omnia procedant, & diffinitiua ſententia ab eo ſine ſcriptis feratur. Quòd ſi de criminali cauſa litigium emerſerit, tunc compe
B tentes iudices in hac ciuitate, vel in prouinciis interpellati, conſentaneum legibus terminum cauſæ imponant: ita tamen, vt diſceptatio litis duorum menſium ſpatiũ non excedat à litis conteſtatione numerandum. Item: In criminalibus verò cauſis nunquàm ſine ſcriptura procedere debet. Non autẽ aliter puniatur clericus, niſi obnoxius repertus Sacerdotio nudatus fuerit ab Epiſcopo ſuo, vel clericatus honore. Si
C autem crimen eccleſiaſticum eſt, tunc ſecũdum Canones ab Epiſcopo ſuo cauſæ examinatio & pœna procedant, nullam communionem aliis iudicibus in huiuſmodi caſibus habentibus. Item ex cõcilio Chal *Cap. 9.*
cedonenſi:

Clericus aduerſus clericum negotium habens, ſecularia iudicia non exerceat.

Sicle

SI clericus aduersus clericum habet negotium, nõ relinquat suum Episcopũ, & ad seculariaiudicia non concurrat: sed prius negotium agitetur apud proprium Episcopum. Vel certè si fuerit negotium ipsius Episcopi, apud arbitros ex vtraque parte electos audiatur negotium. Si quis verò contra hoc fecerit, Canonum correctionibus subiaceat. Et si clericus aduersus suum, vel alium Episcopũ, habeat causam, apud audientiam synodi prouinciæ conqueratur. Si verò contra ipsius prouinciæ Metropolitanum Episcopum Episcopus siue clericus habeat cõtrouersiam, pergant ad ipsius diœcesis Primates, aut certè ad Constantinopolitanę regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi negotium terminetur. A B

Cap. 32. Item ex concilio Agathensi:

Palea.

CLericum nullus præsumat apud secularem iudicem, Episcopo non permittente, pulsare: sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium iudicio seculari proponere. Ex his omnibus datur intelligi, quòd clericus ad publica iudicia, nec in ciuili, nec in criminali causa est producendus: nisi fortè ciuilem causam Episcopus decidere noluerit, vel in criminali causa non sui honoris C

A noris cingulo eum denudauerit. Illud autem, quod in epiſtola Clementis dictũ eſt, Non cognitorem ſecularium negotiorum te vult Deus eſſe: ex Epiſcopali vnctione intelligendum eſt. Non enim in Epiſcopum vngitur, vt cognitor ſecularium iudiciorum reſideat, ſed vt procurator animarum & diſtributor ſpiritualium exiſtat. Prohibetur ergo ſecularibus negotiis occupari, non ad tempus ſequeſter fieri. Vel ſecularia iudicia, non de rebus ſecularibus, ſed ſe
B cularium virorum intelligenda ſunt. Iudicia de rebus ſecularibus ſecularia appellantur, iuxta illud Apoſtoli: Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in eccleſia conſtituite. Iudicia verò ſecularium ſecularia appellantur, iuxta illud Apoſtoli in Epiſtola Clementis: quod ex ſubſequentibus datur intelligi, cùm dicitur: Hæc opera, quæ tibi minùs congruere diximus, exhibeant ſibi inuicem vacantes
C laici. Prohibentur ergo clerici à cognitione negotiorum ſecularium virorum, non ſecularium cauſarum. Negotia quippe clericorum ſiue criminalia, ſiue ciuilia fuerint, non niſi apud eccleſiaſticum iudicem ventilanda ſunt. Vnde Hadrianus Papa ait: 1. Cor. 6. a

Non niſi in foro ſuo audiatur clericus.

CLericus, siue laicus, si crimine aut lite pulsatus fuerit, non alibi, quàm in foro suo, prouocatus audiatur. Idem: A

De eodem.

IN clericorum causa huiusmodi forma seruetur, vt nequaquam eorum sentẽtia à non suo iudice dicta constringat. Res verò in litigio posita ante legitimum cognitionis euẽtum in nullam debet omnino transferri personam. Vnde Gelasius Papa Cinesio Episcopo:

In nullam transferatur personam res in litigio posita ante cognitionis euentum. B

QVia res in litigio posita, in nullã trãsferri potest omnino personam, donec legitimæ cognitionis euentu, cui potius debeatur, iudiciaria disceptatione possit agnosci: ex eadem re quispiam non sinatur exigere pensiones: sed in eodem statu re eadem posita, in quo videtur (sicut dictum est) ante constitutam litem quisquis sibi putat quidpiam posse competere, iuridico pulset examine: præiudicijs omnibus inde submotis. C

QVAESTIO II.

An suspensione sit dignus, qui ecclesiasticum ad iudicem secularem pertrahit.

Quod

A QVOD verò culpa illa suspensione digna sit ex capitulo illo Mileuitani concilij liquidò constat. Si enim cõmunione priuandus est, qui clericũ ad ciuilem iudicem crediderit protrahendum, multò magis suspensione dignus est qui sui Episcopi iudiciũ interpellantem, ad iudiciũ seculare pertrahere non dubitauit.

QVAESTIO III.

B An contemptorem sententiæ sui Episcopi, irreparabiliter oporteat deponi.

SED ponatur quòd hæc culpa suspẽsione digna non fuerit: quæritur vtrùm sit deponẽdus, qui officium contra prohibitionẽ Episcopi celebrare ausus est. Sed quòd sententia Episcopi, siue iusta, siue iniusta, fuerit, timenda sit, Gregorius testatur, dicẽs:

Grego. homilia 26. Euangeliorum.

C *Timenda est sententia pastoris.*

SEntentia pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timẽda est. Itẽ ex concilio Antiocheno.

Cap. 6. cõc. Antioch.

A suo Episcopo excommunicatus, non est ab alio recipiendus.

SI quis à proprio Episcopo excommunicatus est, nec eum priùs ab alijs

debere susci pi, nisi aut à suo fuerit receptus A
Episcopo, aut concilio facto Episcopis oc-
curra t, & respondeat, & synodo satisfece-
rit, quòd statuerit sub alia eum sententia re
cipi. Quod & circa laicos, & Presbyteros,
& Diaconos, & omnes qui in clero sunt,
Nico. Pa. 1. conuenit obseruari. Item Nicolaus ad
Lotharium Regem:

Excommunicationis meretur sententiam, qui excommunicatis communicat.

PRæcipuè Gualdradæ pellicis tuæ, & B
dudum à te repudiatæ, communionem
declina. Excommunicata est enim, & vsq;
ad præsentiam nostram ab omni contuber
nio Christianorum sequestrata. Quam-
obrem cauẽdum est, ne cum ea pari mucro
ne percellaris sententiæ, ac pro vnius mu-
lierculæ passione vinctus & obligatus, ad
perenne traharis exitium. Deterius quippe
in populis Prælati delinquunt, ac per hoc
ipsi crudelius, quàm cæteri puniuntur: vt
ait Beatus Greg. Scire Prælati debẽt, quòd C
si peruersa vnquàm perpetrant, tot morti-
bus digni sunt, quot ad subditos suos perdi
tionis exempla transmittunt. Vnde necesse
est, vt tantò se cautius à culpa custodiant,
quantò per praua quę faciunt, non soli mo
riuntur. & infra: Cęterum præcaue, ne quã
do nobis secundum Domini præceptum

duos

A duos aut tres testes adhibeamus, imò verò, hoc sanctæ ecclesiæ dicamus & (quod non optamus) decętero fias cunctis, sicut Ethnicus & Publicanus. Item ex conci. Sardicensi, cap. xvij. *Cap. 17.*

De eodem.

SI Episcopus fortè iracundus (quod esse non debet) citò & asperè commouetur aduersus Præsbyterum, siue Diaconum, & eum de ecclesia exterminare voluerit: prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: & ideo habet pote-
B statem, is qui est abiectus, vt Episcopos finitimos interpellet, & causa eius audiatur, ac diligentius pertractetur. Ille verò Episcopus, qui iustè vel iniustè eum abiecit, patienter accipiat, vt negotiũ discutiatur, vel probetur eius sentẽtia à plurimis, vel emẽdetur. Tamen priùs quàm omnia diligenter ac fideliter examinentur, eum qui fuerat communione priuatus, ante cognitionẽ nullus debet præsumere, vt communioni societ. Item ex cõcilio Carthaginiẽsi: *Cap. 8. cõci. Carth. 2.*
C

De eodem.

SI quis Presbyter ab Episcopo suo correctus fuerit, debet vtique apud vicinos Episcopos cõqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, & per ipsos suo Episcopo reconciliari. Quod si non fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus, secernendum se

ab Episcopi sui communione duxerit, ac A
separatim cum aliquibus schisma faciens,
sacrificium Deo obtulerit, anathematizetur, & nihilò minùs locum amittat. At si querimoniam iustã habuerit aduersus Epi
Cap. 4 scopum, inquirendum est. Item ex concilio Antiocheno.

De his, qui damnati à synodo, sacra ministeria contingunt.

SI quis Episcopus damnatur à synodo, vel si Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo, & ausi fuerint aliquid de mini- B
sterio sacro cõtingere: siue Episcopus iuxta præcedentẽ consuetudinẽ, siue Presbyter, siue Diaconus, nullo modo licet ei nec in alia synodo spẽ restitutionis, aut locũ satisfactionis habere: sed & cõmunicãtes ei, omnes abiici de ecclesia oportet, & maximè, si postquã didicerint aduersus memoratos prolatã fuisse sententiã, eisdẽ cõmunicare
37 synodorum Græcarum, à Martino Episc. Brachar. collectarum. tentauerint. Itẽ ex cõcilio Martini Papę.

Sine spe sit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præsumit. C

SI quis Episcopus in concilio excommunicatus fuerit, siue Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo, & post excommunicationẽ præsumpserit siue Episcopus ille, aut Presbyter, aut Diaconus, facere oblationem, vel matutinum vel vespertinum

sacrifi

A sacrificium, quasi in officio suo agere, sicut priùs: non liceat ei nec in alio concilio spẽ reconciliationis habere, nec vltrà reconciliari: sed etiam eos, qui ei communicauerũt, omnes ab ecclesia respui: maximè eos, qui sciebant eum esse deiectum. Si autem permansit turbans & concitans ecclesiam, per forinsecam potestatem, oportet eum, sicut seditionarium, ab omni plebe expelli.

Item ex concilio Agathensi: *Cap. 2*

De Episcopis, qui innocentes aut minimis cau

B *sis culpabiles, excommunicant.*

EPiscopi, si Sacerdotali moderatione postposita, innocẽtes aut minimis cau sis culpabiles, excommunicare præsumpserint, aut ad gratiam baptismatis festinantes, fortasse recipere noluerint: à vicinis Episcopis eiusdem prouinciæ literis moneantur, & si parêre noluerint, communio illis vsque ad tempus synodi à reliquis Epi scopis denegetur: ne fortè per excommuni

C cationis peccatum excommunicati longo tempore morte præueniantur. Item ex concilio Africano.

De his, qui tempore suæ excommunicationis communicare præsumunt.

PLacuit vniuerso concilio, vt qui excõmunicatus fuerit, pro suo neglectu, siue Episcopus quilibet, siue clericus, & tem

pore suæ excommunicationis ante audien- A
tiam communicare præsumpserit, ipse in
se damnationis sententiam iudicetur pro-
tulisse. Item Nicolaus Papa:

Deponantur Episcopi, qui excommunicatis communicant.

TEugualdum Treuerensem,& Prima- B
tem Belgicę prouincię,& Gunthariũ
Agrippinæ Coloniæ, Archiepiscopos,nũc
coram nobis, & sancta synodo, sub gesto-
rum insinuatione,qualiter causam Lotha-
rij Regis,& duarum mulierum eius, The-
bergæ scilicet & Gualdradæ, recognoue-
rint & iudicauerint, scriptũ super hoc pro
priis manibus roboratum offerentes,nihil
se plus vel minus aut aliter egisse, ore pro-
prio multis coram positis testibus affirmã
tes,& sententiam, quam à sede Apostolica
in Engeltrudam vxorem Bosonis sanctissi
mus frater noster Mediolanensis Archiepi
scopus Thado, & cęteri Coëpiscopi nostri
petiuerant emittendam,& nos diuino suc- C
censi zelo sub anathematis attestatione ca-
nonicè protuleramus,publicè se viua voce
violasse confitentes:in quibus omnibus in-
uenimus eos Apostolicas atque Canonicas
sanctiones in pluribus excessisse,& æquita
tis normam nequiter temerasse: ab omni
iudicamus sacerdotij officio manere peni-
tus al

A tus alienos: & ideo Sancti ſpiritus iudicio, & Beati Petri per nos autoritate Epiſcopa tus exutos regimine conſiſtere definientes: prædictis autem depoſitis licentiam conce dimus eccleſiam ingrediendi, & communi candi, ſicut laicis, loquendi ſuas vtilitates: non autem turbas concitandi, vel ſcandalũ ſolicitãdi, illis tribuimus facultatem. Quã tùm autem ad Epiſcopale miniſterium ſpe cialiter pertinet, etiam nulla eis ſit licentia contingendi, ſicut nos cum ſancta ſynodo

B iam decreuiſſe conſtat. Item Clemens: *Clem. Pa. epiſto. 1. ad Iacobum.*

Clerici & laici, qui non obediunt Epiſcopis, in fames efficiuntur.

SI autẽ vobis Epiſcopis non obedierint omnes Presbyteri, & reliqui clerici, omnesque principes tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi, non ſolùm infames, ſed etiam extorres à regno Dei, & conſortio fidelium, & à liminibus ſanctę Dei eccleſię alieni erunt. Item Pe *Clem. epiſ. 1. ad Iacobum.*

C trus in ordinatione Clementis:

In Chriſtum peccat, qui veritatis Doctorem contriſtat.

QVicunque contriſtauerit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & patrem omnium exacerbat Deum: propter quod & vita carebit æterna. Item Ambroſius in libro de Officiis: *Ca. 24. li. 2*

Simulata virtutum affectione obedientia Episcopo non denegetur. A

SI quis verò non obediat Episcopo, sese extollere atque exaltare desiderans, quærens etiam obumbrare merita Episcopi, simulata affectione doctrinæ, aut humilitatis, aut misericordię: is à vero deuius superbit: quoniam veritatis ea regula est, vt nihil facias commendandi tui causa, quò minor alius fiat: neque si quid boni operis habeas, id ad deformationem alterius B & vituperationem exerceas. Non defendas improbum, & sancta indigno committenda non arbitreris. Neque iterum arguas & impugnes, cuius crimen non deprehenderis. Item Antherius Papa:

Episcopus Hispania. *Episcopo non obediens, Dæmonum ore discerpitur.*

ABsit, vt quicquam siniſtrum de his arbitremur, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos Christiani sumus: qui C claues regni cælorum habentes, ante iudicij diem iudicant. In veteri quidem le-

Deut. 17 ge habetur: Quicunque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiectâ, contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spirituali animaduersione

trun

A truncatur, aut eiectus de eccleſia rapido ore Dęmonum diſcerpitur. Item Petrus in ordinatione Clementis:

Clemẽs epiſto.1.ad Iacobum fratrem Domini.

Quibus Papa eſt inimicus, his nec loq debemus.

SI inimicus eſt iſte Clemens alicui pro- actibus ſuis, vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, &c. vt ſuprà in tractatu ordinandorũ, vbi agitur de obedientiâ minorũ erga maiores. Item Fabianus Epiſ.

Fab. Pap. epiſt.1.

Excõmunicatus eſt, q excõmunicatis cõmunicat.

B SIcut Apoſtoli ſtatuerunt, dicentes, cũ excõmunicatis non eſt communicandũ: & ſi quis cum excõmunicato, auerſando* regulas, ſcienter ſaltẽ, in domo ſimul locutus fuerit, vel orauerit, ille communione priuetur. Item Calliſtus Papa:

* *auertendo.*

Iuo Carn. lib.5.de ſenten.exc.ex eodem refert.

De eodem.

EXcõmunicatos quoſcũque à Sacerdotibus nullus recipiat ante vtriuſq; partis examinationem iuſtam: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo cõ-

C municet: nec aue eis dicat: quia quicunque in his vel aliis prohibitis ſcienter excõmunicatis cõmunicauerint, iuxta Apoſtolorũ inſtitutionem, & ipſi ſimili excommunicationi ſubiacebunt. Item Iſidorus:

De eodem.

CVm excommunicato neque orare, neque loqui (niſi quæ ad eandem ex-

commu

communicationem pertinent) nec vesci li- A
cet. Si quis enim cum eo aut palàm, aut ab-
sconsè locutus fuerit, statim cum eo com-
munem excommunicationis cõtrahet pœ-
Ca. 73. con. Carth. 4. nam. Item ex concilio Carthaginiensi:

De eodem.

QVi communicauerit, vel orauerit, cũ excommunicato, si laicus est, excommunicetur: si clericus, deponatur. Item ex decreto Honorij Papæ:

Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palàm & publicè annuntientur. B

CVræ sit omnibus Episcopis, excõmunicatorũ omnino nomina tam Episcopis vicinis, quàm suis parœcianis, pariter indicare, eaque in celebri loco posita præ foribus ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcare: quatenus in vtraque diligentia excommunicatis vbique ecclesiasticus aditus excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur. Verùm hoc de nominatim excõmunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pœnã dupliciter subimus, & dum reatũ incurrimus, & dũ sentẽtia notamur. Vnde Hiero. in li b. Iudicũ: C

Orige. Homilia 3. ad cap. 2. Iudicum.

Duobus modis aliquis Satanæ traditur.

AVdi denique Apostolum dicentem de eo, qui peccauerat: Tradidi (inquit) huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis,

2. pars. 1. Cor. 5. b

A carnis, vt ſaluus fiat ſpiritus eius in die Domini. Vides ergo, quia & quomodò, non ſolũ per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquẽtes in manus inimicorũ, ſed etiã per eos, qui eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent non ſolũ ſoluendi, ſed etiam ligandi. Traduntur autem peccatores in interitum carnis, cũ pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparantur. Et (vt mihi videtur) dupliciter etiã nũc traduntur homines de eccleſia in poteſtatem Zabuli: vno modo,
B quo ſuperius diximus, cũ delictũ eius manifeſtum fit eccleſiæ, & de eccleſia per Sacerdotem pellitur, vt notatus ab omnibus erubeſcat, & cõuerſo eueniat ei illud, quod ſequitur, vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Alio verò modo, quis traditus eſt Zabulo, cùm peccatũ eius non eſt manifeſtũ hominibus, Deus autẽ, qui videt in abſcondito, perſpiciens eius mentem & animum eius vitiis ac paſsionibus ſeruientẽ, &
C in corde eius non ſe diligi, ſed aut auaritiã, aut libidinem, aut iactantiam, vel alia huiuſmodi: iſtũ talẽ Dominus tradit Satanæ. Quomodo autem tradit eum Satanæ? Diſcedit à mẽte eius & auertit ſe, & refugit à cogitationibus eius malis & deſideriis eius indignis, & relinquit domum cordis eius vacuam.

Cùm

Cùm ergo per sententiã quis nominatus fuerit, cũ eo communicare non debemus. Cũ autẽ solo reatu occultę excõmunicationis cõtraxerit pœnã, nõ est ab eius cõmunione cessandũ. Vnde Dominus in euangelio tũc demũ peccatorẽ dixit habẽdum, sicut Ethnicum & Publicanũ, cũ ecclesiã audire contempserit. Apostolus quoque non ait, Si quis frater est fornicator, sed si quis frater nominatur fornicator, &c. sententiæ nominationem intelligẽs. Hinc etiam Vrbanus Guilimũdo Episcopo. Sanè quod super Richardo. Require in causa, Quidã Episcopus in hæresim lapsus. Hinc etiã Christus in Euangelio zizania dixit esse toleranda vsque ad messem. Hinc etiam Hieronymus in eũdem librum Iudicum:

A

Mat. 18. c

2. Cor. 5. d

B

Mat. 13 d

Orige. Homil. 21. ad capi. 15. Iosue.

Mali à bonis penitus separari non possunt.

NOlite recedere à Domino vsq; in hodiernum diẽ: hoc est, donec seculum stat. Ostẽdat ergo mihi quomodo Hiebusæus, donec seculum stat, habitet cũ filiis Iuda in Hierusalem: quippe cùm nec ipsi quidem filij Iuda habitent in Hierusalem. Ideo ergo nec istud verum esse poterit, ꝙ Hiebusæi cum Iudæis in Hierusalem habitent: quando nec ipsi quidẽ habitant in ea. Sed nos intelligimus hoc spiritualiter, assumentes Euangelij parabolã quæ dicit de zi

C

A de zizaniis: Sinite vtraque creſcere: ne for *Mat. 13. d*
tè volẽtes eradicare zizania, eradicetis ſi-
mul cum ipſis & triticũ. Et infrà: Audi er- *Ioſ. 15. g*
go ſcripturã dicentẽ, quia nõ potuerũt filij
Iuda diſperdere Hiebuſæos: ſed habitaue-
runt cum ipſis vſque in hodiernum diẽ in
Hieruſalem. Vnde deprecor vos qui fideles
eſtis, vt ita vitam veſtram & conuerſatio-
nem ſeruetis, ne in aliquo vel ipſi ſcandalũ
patiamini, vel alijs ſcandalum faciatis: ſed
ſit vobis ſummo ſtudio, ſummęque caute-
B læ, ne quis in hanc ſanctorum cõgregatio-
nẽ pollutus introëat, ne quis Hiebuſęus ha
bitet in vobis. Vides enim, quia dicit ſcri- *Ibidem.*
ptura, quòd non potuerunt eiicere filij Iu-
da Hiebuſæos de Hieruſalẽ. Hiebuſęus au-
tem interpretatur conculcatio. Eſto ergo,
quia nõ poſſumus eiicere iſtos, qui nos cõ-
culcant, eos quos ſaltem poſſumus, quorũ
peccata manifeſta ſunt, eiiciamus. Vbi
enim peccatũ manifeſtũ nõ eſt, eiicere de
C eccleſia neminẽ poſſumus: ne fortè eradi-
cantes zizania, eradicemus cũ illis & triti
cum. Mouet tamen me, quod dixit, quia nõ
potuerũt eiicere Hiebuſæos, id eſt, eos qui
interpretãtur cõculcatio: & ideo videamus
qui ſunt in eccleſia cõculcantes, illi ſine du
bio, de quibus Dominus dicebat in Euan-
gelio: Nolite mittere ſanctũ canibus, neq; *Mat.*
margar

margaritas ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos. Iste est ergo Hiebusæus, id est cõculcatio, qui indignè audiũt verbũ Dei, & cùm audierint, neque, vt infideles discedunt, neque permanent vt fideles: sed percepta mysteriorum notitia, & fidei nostræ secretioribus perscrutatis, conuersi postmodum impugnant nos, & contradictionibus suis corda nostra dirumpunt, cõculcantes verbi dominici margaritas, & ornamẽta fidei maculãtes. De istis ergo dicitur, quia nõ potuerũt filij Iuda eiicere Hiebusęũ de Hierusalẽ vsque in hodiernũ diẽ. A B

Item idem super duodecim Prophetas:

Porcis & canibus sancta non sunt cõmittẽda.

QVãdo ergo vir ecclesiasticus, & prudens, atque intelligens multas impietates in ea quæ vocatur domus Dei esse cognouerit, & non solùm multas, sed etiã fortes, & quæ opprimere possint iustitiã, & intãtum doctorum rabiem processisse, vt accipiant pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes deuitent in portis, & audire contemnant: taceat in illo tempore, ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos, qui conuersi conculcent eas: & imitetur Hieremiã dicentem, Solus sedebam, quia amaritudine C

Hier.15.d

A dine repletus eram. Item Ioan. Chryſo. in epiſtola ad Hebræos: *Chryſ. Ho. 25. ad cap. 11. epiſtola ad Hebra.*

Cum Pagano comedere, ſed cum excommunicato minimè licet.

AD mẽſam quippe Paganorũ ſi volueris ire, ſine vlla prohibitione permittimus. Si enim quis frater nominatur inter vos, (fratrẽ in hoc loco omnem fidelẽ ſimpliciter intellige, nõ monachum tantũ. quid autẽ eſt, quod fraternitatẽ vocat, niſi lauacrum regenerationis, quod facit
B poſſe vocari Deũ patrẽ?) ſi quis (inquit) *1. Cor. 5. d* nominatus fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cũ huiuſmodi, neque cibum ſumere debetis. Cùm autem de Paganis ageret, non ita: ſed ſi quis vos vocauerit ex *Luc. 10. b* infidelibus, Paganos ſignificans, & vultis ire, omne quod apponitur vobis comedite: ſi quis frater nominatur ebrioſus, &c. O quanta integritas, nos nõ ſolùm nõ fugimus ebrioſos: ſed etiã imus ad eos,
C participantes cũ eis. Euidenter itaque ex præmiſsis apparet quòd eorũ cõmunionẽ vitare non cogimur, qui ſententia notati nõ ſunt: ſed ipſius ſententię notatio multipliciter intelligitur. Aliquando enim arcetur quis à liminibus eccleſiæ, & à communione corporis & ſanguinis Chriſti, vel teſte conſcięntia, iuxta illud Apoſtoli, Probet *1. Cor. 11. b*

se homo,& sic de pane illo edat,& de cali- A
ce bibat:quia qui indignè manducat & bi-
bit,iudicium sibi manducat & bibit. Item
illud Prosperi,Facilius sibi Deum placa-
bunt,&c.require infrà causa xxxiij.Malefi
ciis impeditus,quæst.j.de pœnitentia.Vel
sententia ecclesiastica: sicut pœnitentes,
quibus tempore præfinito beneficium re-
conciliationis impẽditur. Hæc sententia
excommunicatio vocatur,quia à commu-
nione corporis & sanguinis Christi nota-
tũ prohibet:sicut & Adã ab esu ligni vitæ B
Genes.3. excõmunicatus est Domino dicẽte, Vide-
te ne fortè sumatis de ligno vitæ. qua sen-
tentia nõ separatur quis à cõsortio fideliũ.
Est & alia sententia, quæ anathema voca-
tur,qua quisque separatur à consortio fi-
delium,de qua suprà:Cum excõmunicatis
nolite communicare. Hanc distinctionẽ
licet cuique aduertere ex autoritate Ioan-
nis Papæ,Engeltrudã vxorẽ Bosonis, &c.
require supra in causa, Quidã Episcopus C
à propria sede deiectus. Itẽ ex autoritate
eiusdẽ:Si quis domũ Dei violauerit, &c.
require infrà in causa xvij.Quidã Presby
ter infirmitate grauatus. Item ex autori-
tate Syluestri Papæ,præsenti decreto cen-
semus,&c.require suprà in causa, In infa-
mia cuiusdam Episcopi.Iuxta igitur hanc

distin

A diſtinctionem intelligenda eſt illa autoritas Innocētij, Si quis ſuadēte Diabolo, &c. vt infrà cauſa, Quidā Presbyter, vt iuxta etymologiam vocabuli, anathēmati, id eſt ſeparationi ſubiaceat, qui in edictum illud inciderit, qui à corpore & ſanguine Chriſti, & ab ingreſſu eccleſiæ ſe alienum facit, qui impias manus in clericum iniicere auſus fuerit: qui etiam à nullo Epiſcoporum abſolui, id eſt more pœnitentium reconciliari poterit, niſi primùm Apoſtolico con
B ſpectui ſe repræſentare curauerit. Illud autem Petri de Clemente, Si inimicus eſt iſte Clemens, &c. de ſententia notatis intelligēdum eſt: ſicut & illud Vrbani, Quibus Epiſcopi non communicant, &c. vt infrà in eadē cauſa. Cæterùm falſum eſſet illud Varenſis concilij ſecundi, ſi tantum Epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouit. Item & illud, Placuit, vt ſi quādo Epiſcopus, &c. require ſuprà in cauſa, Duo for
C nicatores & infamia notati, &c. Item Gregorius clero, & populo Salonitano: *Grego. epi. 48. ſeu ca. 148. li. 5.*

Commucicare non licet his, qui excommunicatus communicant.

ROgo & moneo, ne cuiquā Sacerdoti ſuprà ſcripto Maximo cōmunicanti, cōtra animā ſuā quiſquam veſtrū cōmunicare præſumat. Itē ex cōcilio Toletano j.

Nullus clericorum, vel laicorum, ad domum excommunicati accedat. A

6 SI quis laicus abstinetur, ad domũ eius vel clericorum, vel religiosorum nullus accedat: similiter & clericus si abstinetur, à clericis deuitetur. Si quis verò cum illo colloqui aut conuiuari fuerit deprehẽsus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertinet ad eos clericos, qui eiusdem Episcopi sunt, & ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, siue laico quolibet, sive clerico. Sed hoc specialiter in his, qui excõmunicatis nominatim communicãt. Vnde infra Vrbanus, Sanè quòd super Richardo, &c. infrà, causa, Quidã Episcopus in hęresim lapsus. Item Nicolaus Papa in c. excellentissimus rex Carolus, infrà circa finem huius causę. Item Vrbanus Papa: *Sententia pastoris timẽda est, licet iniustè liget.* B

3. pars.

Vrba. Pa. 3. scribens omnibus Episcopis.

QVibus Episcopi non communicant, nõ communicetis: & quos eiecerint, non recipiatis: valde enim est timenda sentia Episcopi, licet iniustè liget. Item ex octaua synodo: C

Excommunicationis contrahit pœnam, qui excommunicatis communicat.

SI quis frater aut palàm, aut absconsè, cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione, statim cũ eo excomm

A communicationis contrahit pœnã. Item ex concilio Carthaginienſi ſecundo: *Cap. 7. con. Cartha. 2.*

De eodem.

QVi merito facinorum ſuorum ab eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo Epiſcopo, vel Presbytero, vel clerico fuerint in communione ſuſcepti, etiam ipſe pari cũ eis crimine teneatur obnoxius, refugiens ſui Epiſcopi regulare iudicium. Item ex concilio Carthaginienſi quarto: *Cap. 66.*

Qui ſententiam Epiſcopi putat eſſe iniuſtam,
B *recurrat ad ſynodum.*

CLericus, qui Epiſcopi diſtrictionem circa ſe putat iniuſtam, recurrat ad ſynodum. Item Ioannes Chryſoſtomus ſuper epiſtolam ad Hebræos: *Homili. 4. ad capit. 2. epiſtolæ ad Hebraos.*

Vincula eccleſiaſtica non ſunt contemnenda.

NEmo contemnat eccleſiaſtica vincula. Non enim homo eſt qui ligat, ſed Chriſtus, qui hãc pòteſtatẽ dedit, & domi nos fecit homines tanti honoris. Item
C Augu. de verbis Apoſtoli, ſermone lxviij.

Satanæ traditur, qui ab eccleſia excõmunicatur.

OMnis Chriſtianus dilectiſsimi, qui à Sacerdotibus excommunicatur, Sata næ traditur. quomodo? quia ſcilicet extra eccleſiã Diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chri ſtus: ac per hoc quaſi Diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica communione remouetur. *1. Cor. 5. b*

Vnde illos, quos tunc Apoſtolus Satanæ A
eſſe traditos prædicat, excõmunicatos à ſe
Aug. tra. 27. ad cap. 6. Ioannis. eſſe demonſtrat. Item ſuper Ioannem.

De eodem.

NIhil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius: ſi non eſt membrum eius, non vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autẽ
Rom. 8. b (inquit Apoſtolus) ſpiritum Dei non habet, hic non eſt eius. Item Hieronymus:
Matt. 16. c Quorum dimiſeritis peccata, &c. id eſt, B
quibus eccleſiam interdiceritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis ia-
Cap. 22. nua regni cæleſtis clauſa erit. Item ex concilio Mileuitano:

Vicini Epiſcopi audiant eos, qui de iudiciis Epiſcoporum ſuorum queruntur. *Palea.*

PResbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores clerici, ſi in cauſis, quas habuerint, de iudiciis ſuorũ Epiſcoporum conqueſti fuerint, vicini eos Epiſcopi audiant, & in- C
ter eos quicquid eſt definiant, adhibiti ab eis ex conſenſu ſuorum Epiſcoporũ. quòd ſi ab eis prouocãdum putauerint, non prouocẽt, niſi ad Africana concilia, vel ad Primates ſuarum prouinciarum. Ad tranſmarina autem qui putauerint appellandum, à nullo intra Africam, in communione ſuſci-

A sufcipiantur. Item ex concilio Carthagi- *Cap.28.*
nienſi quarto:

Iniuſta Epiſcoporũ dãnatio irrita eſſe cẽſetur.

IRritam eſſe & iniuſtam Epiſcoporum damnationem cenſemus, & idcirco à ſynodo retractandam. Item ex concilio *Cap.12.*
Carthaginienſi quinto:

Qui cauſæ ſuæ adeſſe, & innocẽtiã ſuã aſſerere voluerit, intra annum excõicationis hoc faciat.

RVrſus cõſtitutum eſt, vt quotiens cle-
ricis conuictis vel confeſsis in aliquo
B crimine, vel propter vtilitatẽ eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter eccleſiæ opprobrium, aut inſolentem inſultationem hæreticorum atque gentilium, ſi fortè cauſę adeſſe voluerint, & innocentiã ſuam aſſerere: intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annũ cauſam ſuam purgare cõtempſerint, nulla eorum vox penitus audiatur. Itẽ Gelaſius. *Iuo Carn. lib.5. in fine id refert.*

Audientiam ſuam negat, qui excommunica-
C *tionis ſuæ cauſam agere intra annum differt.*

QVicunque intra anni ſpatium ciuiliter, ſiue publicè cauſam ſuam coram ſuis excõmunicatoribus nõ peregerint, ipſi ſibi aditum audientiæ clauſiſſe videantur. Quòd ſi obſtinato animo ſine communione defuncti fuerint, nos eorum cauſam iuxta Beati Leonis prædeceſſoris noſtri ſen-

tentiam diuino iudicio reseruãtes, quibus viuis non communicauimus, nec mortuis communicare debemus. A

Palea.

QVi verò excommunicato scienter cõmunicauerit, & amodo, saltem in domo, simul orauerit, atque latebras, quò minùs ad satisfactionem perducatur, præbuerit: donec ab Episcopo excommunicatore pœnitentiam accipiat, corporis & sanguinis Domini communione priuatum se esse cognoscat. Item ex concilio Ilerdensi: B

Cap. 10.

Tardius recipiatur ad veniam, qui Sacerdote iubente ecclesiam exire contemnit.

QVi iubẽte Sacerdote pro qualicunq; culpa ab ecclesia exire cõtempserit, pro noxa cõtumeliæ tardiùs recipiatur ad veniam. Sed quæritur si ante dãnati absolutionẽ Episcopum mori cõtigerit, vtrùm damnatus postea valeat absolui. De his ita statutum est in concilio Epanensi:

Iuo libr. 5. id refert de hæreticis post.

A successore soluatur, qui post mortem Episcopi remanet ligatus. C

SI Episcopus ante damnati absolutionẽ obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori licebit absoluere. Præmissis autoritatibus, quibus iniustæ sententiæ vsque ad examinationem vtriusque partis parêre iubemur, ita respondetur. Grẽgorius

A rius non dicit, ſententiam iniuſtè latam eſſe ſeruandam, ſed timendam: ſic & Vrbanus. Timenda eſt ergo, id eſt, non ex ſuperbia contemnenda. Reliquæ verò autoritates de excommunicatis loquuntur, qui vel vocati ad ſynodum venire contempſerũt, vel calliditatibus aduerſantium occurrere neſcientes, iniuſtam ſententiam à iudice reportauerunt: vel qui neglectu ſuæ vitæ ſiniſtram de ſe opinionem naſci permittẽtes, ſententiam in ſe exceperunt. Hos ſiquidem
B ſolos excommunicationis ſententia ferire licet. Vnde in Meldenſi concilio:

Quibus culpis exigentibus aliquis ſit communione priuandus.

Iuo Carn. li. 5. de ſenten. excommu. idem refert.

NEmo Epiſcoporũ quemlibet, ſine certa & manifeſta peccati cauſa, communione priuet eccleſiaſtica. Sub anathemate autem, ſine conſcientia Archiepiſcopi, aut Coëpiſcoporum, nullũ præſumat ponere, niſi vnde canonica docet autoritas: quia
C anathema æternæ eſt mortis damnatio: & non niſi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerunt corrigi. Item ex concilio Aruernenſi:

Pro paruis & leuibus cauſis, nullus communione priuetur.

NVllus Sacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro paruis & leuibus

causis à communione suspendat, prẽter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri ab ecclesia iusserunt committentes. Item ex concilio Triburiensi: A

Iuo li.5. de sentent. ex com. similiter refert.

Pro his tribus criminibus, quilibet communione priuetur.

CErtum est, pro his tribus criminibus aliquem excõmunicari debere: cùm ad synodum canonicè vocatus venire contemnit: aut si, postquam illuc venerit, sacerdotalibus respuit obedire prẽceptis: aut si ante finitam causæ suæ examinationem à synodo abire præsumit. De his inquam & huiusmodi præmissæ autoritates loquũtur, non de iniustè suspensis. Quòd autem iniustæ sententiæ parendũ non sit, multis autoritatibus probatur: quarum prima est illa Hieronymi super Matthæũ, lib. tertio: B

4. pars.

Ad ca. 16. Matthæi in coment.

Sententia pastoris reum vel innocentem non constituit vel facit.

QVomodo Sacerdos mundum leprosum nõ facit, sic Episcopus, vel Presbyter nõ alligat eos, qui insontes sunt: nec soluit noxios: sed pro officio suo, cùm peccatorum varitates audierit, scit qui ligandus sit, qui soluendus. Item Augustinus super Matthæum: C

Palea.

RIdiculum est, vt eum mundum esse dicamus, qui vinculis peccatorum suorum

A rum ligatus eſt, propter hoc ſolùm, quòd Epiſcopus dicitur habere huiuſmodi potestatem, vt ſoluti ab eo, ſoluti ſint in cælo, & ligati in terris, ligati ſint in cælo. Sit ergo irreprehenſibilis, qui alterum ligat, aut ſoluit. Item Gelaſius Papa Epiſcopis Orientalibus de damnatione Dioſcori:

Non eſt petenda abſolutio, cùm iniquè fertur ſententia.

CVi eſt illata ſententia, deponat errorem, & vacua eſt. ſed ſi iniuſta eſt, tan
B tò curare eam non debet, quātò apud Deū & eius eccleſiam, neminem poteſt grauare iniqua ſententia. Ita ergo ea ſe nō abſolui deſideret, qua ſe nullatenus perſpicit obligatū. Item Auguſtinus de ſummo bono:

Deus non nocet, nec nocere aliquem patitur iniuſtè.

SEcundum catholicam fidē nec Dei naturæ nocere quiſquam poteſt, nec natura Dei iniuſtè nocere cuiquam poteſt, nec
C nocere iniuſtè patitur quenquā. Qui enim nocet (vt Apoſtolus ait) recipiet hoc, quod nocuit. Idem de verbis Domini: *Coloſ. 3. d*

Iniuſta vincula dirumpet iuſtitia.

COepiſti habere fratrem tuum, tanquā publicanum. Ligas illum in terra: ſed vt iuſtè alliges, vide. Nam iniuſta vincula dirumpit iuſtitia. Quē ſolueris, inquit, in terra, *Augu. ſer. 16. ſecūdū Matthæū. Mat. 16.*

Lib.2 Aug. terra, ſolutus erit in cælo. Idem de ſermone Domini in monte: A

Temeritas iudicandi, non ei qui iudicatur, ſed iudici nocet.

TEmerarium iudicium plerunq; nihil nocet ei, de quo temere iudicatur. ei autẽ qui temere iudicat, ipſa temeritas neceſſe eſt vt noceat. Idem ad clerũ Hippo. *Epiſt.157.*

Non obeſt homini iniuſta ſententia.

QVid obeſt homini, quòd ex illa tabula vult eum delere humana ignorantia, ſi de libro viuẽtium non deleat iniqua B conſcientia? Idem ad Secundinum Manichæum: *De eodem.*

SEnti de Auguſtino, quicquid libet: ſolame in oculis Dei conſcientia non accuſet. Item Gregorius Conſtantino Mediolanenſi Archiepiſcopo: *Gre. epiſto. 14. ſeu cap. 178. li. 6.*

Quos conſcientia iuſtificat, aliorum maledicta non timeant.

IN cunctis, quæ in hac vita aduerſa proueniunt, ſola eſt (ſicut noſtis) omnipotẽ C tis Dei diſtrictio penſanda, atque ad cor proprium ſemper recurrendum, vt nullius ibi lingua implicet, vbi conſcientia non accuſat. Quem enim conſcientia defendit, liber eſt inter accuſationes: & liber ſine accuſatione eſſe non poteſt, ſi ſola, quæ interius addicit, conſcientia accuſet. De veſtra igitur

A igitur ſanctitate, abſit à Chriſtianorum iudicio, ea quæ maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicunq; modulo ſuſpicionis adduci: quia & ſacri eloquij teſtimoniũ tenemus, vt mala maiorum, cùm forſitan dicuntur, niſi probata credi non debeant, ſed citius probata vlciſci. Hoc igitur dixi, vt nimię leuitatis, eſſe oſtenderem, ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quæ probari non poſsint. Vnde ſanctitas veſtra debet mentem ſuam à ma-
B ledicorum hominum rumoribus atque obtrectationibus diſiungere: & ſola, quę æternæ vitæ ſunt, atque ad vtilitatem ſubditorum proficiunt, cogitare. Vnde Auguſtinus in Pſal. xxxvij.

*Fruſtra aſpernatur * ab homine, quem Deus iuſtificat.* * *damnatur.*

ETſi ad tẽpus damnaris ab homine, etſi dixerit ſentẽtiã Proconſul in Cypriano, aliud eſt ſella terrena, aliud eſt tribunal
C cæleſte: ab inferiori accipit ſententiã, à ſuperiore coronam. Idem in Pſal. xxviij. *Augu. ad verſũ Pſa. 37. Quoniã in te ſperaui.*

CVſtodi intus innocentiam tuam: vbi nemo opprimit cauſam tuam: præualebit in te falſum teſtimonium, ſed apud homines. Nunquid apud Deum valebit, vbi cauſa tua dicẽda eſt? Quãdo Deus erit iudex, alius teſtis, quàm cõſcientia tua, nõ erit.

erit. Inter iustum iudicem & cõscientiam tuam noli timere nisi causam tuam. Item Gregorius Papa: A

Epistol. 45. libro 8 ad Palladiũ Presbyterum.

Non hominum linguas, sed conscientias curare debemus.

INter verba laudantium, siue vituperantium, ad mentem semper recurrendum est: & si non in ea inuenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam tristitiam generare debet: & rursum si non in ea inuenitur malum, quod de nobis homines loquũtur, in magnam debemus lætitiam prosilire. B

Quid enim, si non omnes laudant, & cõscientia liberos nos esse demonstret? Habemus Paulum dicentem, Gloria nostra hęc est, testimonium conscientiæ nostræ. Iob quoq; dicit, Ecce in cælo testis meus. Si ergo est nobis testis in cælo, testis in corde: dimittamus stultos foris loqui, quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciũt, nisi quòd in puluerẽ sufflant, & in oculos suos terram excitãt: vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant? Vocandi tamẽ etiã sunt ipsi, & tranquillè admonendi: eisque satisfieri modis omnibus debet: scientes quid de Iudęis Veritas dicit, Ne fortè scandalizemus eos. Si autẽ satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationẽ, quã aspicias in Euange-

2. Cor. 1. c

Iob 16.

C

Mat. 17. d

lio.

A lio. Cùm enim Domino dictũ fuiſſet, Scis quia audito hoc verbo ſcãdalizati ſunt Iudæi? reſpondit, Sinite illos: cęci ſunt, & duces cæcorum. Paulus quoq; Apoſtolus admonet, dicens: Si fieri poteſt (quod ex vobis eſt) cũ omnibus hominibus pacẽ habentes dicturus, cum omnibus pacem habeamus, hoc difficile eſſe perſpiciens, præmiſit, ſi fieri poteſt: & ſubiunxit, quod fieri poteſt, cùm dicit, quod ex vobis eſt: quia ſi nos in mente charitatẽ erga odientes ſeruare cupimus: etſi illi nobiſcum pacem nõ habent, nos tamen cum illis ſine dubio habemus. Hoc inter eos obſeruandum eſt, qui parati ſunt ſuſpicari, quod non vident: parati ſemper reprehendere, nũquàm imitari. Apud alios autem cõſcientia eſt neceſſaria nobis, fama illis. Vnde Auguſtinus: Rom. 12. d

B *Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria.*

C NOn ſunt audiendi, ſiue viri ſancti, ſiue fœminæ, qui quando reprehendũtur in aliqua negligentia, per quã fit vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitã longè abeſſe ſciunt: dicunt, coram Deo ſufficere ſibi conſcientiam: exiſtimationẽ hominum nõ ſolùm impudenter, verùm etiã crudeliter contemnentes, cùm occidant animas aliorum, ſiue blaſphemantium viam

viam Dei, quibus secũdum suam suspicionem, quasi turpis, quæ casta est, displicet vita sanctorum: vel etiam cum excusatione imitantium non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam suam custodit, sibi bene facit: quisquis autem etiã famam, & in aliis est misericors. Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra. Item Hieronymus super epistolam Pauli ad Philemonem:

A

Ad locũ, Gratias ago Deo meo.

Apud Deum maledicitur, qui moribus dissonam profert sententiam. B

SI quis dixerit iustum iniustum, & iniustum iustum, abominabilis est vterque apud Deum. Similiter qui sanctũ dicit nõ sanctum & rursus non sanctum asserit sanctũ, abominabilis est apud Deum. Idem:

Hieronym. ibidẽ paulò superius.

Christum violat, qui sanctum non sanctum, vel non sanctum sanctum esse crediderit.

SI quis hominẽ qui sanctus non est, sanctum esse crediderit, & Dei eum iunxerit societati, Christum violat, cuius membra sumus. Et infrà: Omnes credentes, secundum Apostolum, Christi corpus efficimur. Qui in Christi corpore errat & labitur, asserens membrum eius esse sanctum, cùm non sit, vel non esse sanctum, cùm sit: vide quali crimine obnoxius fiat. Esaias

C

Ro. 12. b

enim

A enim dicit: Væ his, qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Dulce puto eſſe ſanctimoniam, amarum quod ſanctimoniæ contrarium eſt. Item Eſaias: *Eſa.5.*

Æternum væ maledictionis inueniet, qui bonos malos, & malos bonos dixerit.

VAe qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras. Propterea captiuus ductus eſt populos meus: quia non habuit ſciẽ *Eſa.5.c*

B tiam: & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum, abſque vllo termino: & deſcendẽrũt fortes eius, & populus eius, & ſublimes glorioſiq́ue eius ad eum. Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimiũ deprimẽtur, & exaltabitur Dominus in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia. Item Greg. in Homilia xxvij.

C *Ligandi ſoluendiq́; poteſtate ſe priuat, qui hanc iniuſtè exercet.* *Greg. Homilia 26. Euangeliorum.*

IPſe ligandi atque ſoluendi poteſtate ſe priuat, qui hanc pro ſuis voluptatibus, & non ſubditorum moribus, exercet. Idẽ *Grego. ibi.*

De eodem.

IVdicare dignè de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia vel

Greg.paulò inferius. gratiam sequuntur. Idem: A

Non est vera præsidentis absolutio, nisi sequatur arbitrium interni iudicis.

TVnc vera est absolutio præsidentis, cũ interni sequitur arbitrium iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat. hoc videlicet demõstrãs, quia priùs Dominus mortuum suscitauit
f Ioan.11. f & viuificauit, dicens, Lazare veni foras, & postmodum is, qui viuus fuerat egressus, à discipulis est solutus, sicut scriptum est.

Simplicius Ta.epist.2 Idem in Regesto: B

Priuilegio meretur exui, qui eodem abutitur.

PRiuilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Idem:

Grego.epi. 9.lib.2

Is, in quem canonica non fertur sententia, pœnam non debet ferre canonicam.

NOn debet is pœnam sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonica prolata sententia. Ex his datur intelligi, ꝙ iniusta sententia nullum alligat C apud Deum, nec apud ecclesiam eius aliquis grauatur iniqua sententia: sicut ex Gelasij c. habetur. Nõ ergo ab eius communione abstinendum est, nec ei ab officio cessandum, in quem cognoscitur in qua prolata sententia. Cur ergo capitula Carthaginiensis & Africani, atque aliorum cõciliorum

prohi

A prohibent iniuſtè damnatum in communione recipi ante iudicij examinationẽ? cur & illud in cõcilio Maguntinenſi ſtatutũ eſt? *Cap. 27. cõc. Toletani 4.*

Qui damnatur à ſynodo, quo modo in ſecunda innocens reparetur.

EPiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, à gradu ſuo iniuſtè deiectus, ſi in ſecunda ſynodo innocens inueniatur, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus Epiſcoporũ. Si Epiſcopus eſt, orarium & baculum, &
B annulum. Si Presbyter eſt orarium & planetam. Si Diaconus, orarium & albam. Si Subdiaconus, patinam & calicẽ. Sic & reli qui gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ cùm ordinarẽtur, perceperant. Si ergo iniuſtè deiecti, nec etiam per Epiſcopos reparari poſſunt, niſi de manibus eorum recipiant, quæ amiſerant, quomodo ſua autoritate cuique licet iniuſtè ligatis communicare, & eis non petita abſolutione ſua celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſen-
C tire? Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ſententia aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta verò ex ordine & cauſa: aliquãdo eſt iuſta ex animo & cauſa, ſed non ex ordine: aliquando iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa. Cùm autem ex cauſa iniuſta fuerit, aliquando nullum in *5. pars.*

eo omnino qui accusatur delictũ est, quod A
sit damnatione dignum. aliquando non est
in eo illud, supra quod fertur sententia: sed
ex alio nominandus est. Ex animo est iniu-
sta sententia, cùm aliquis seruata integrita
te iudiciarij ordinis, in adulterum vel in
quemlibet criminosum non amore iusti-
tiæ, sed liuore odij, vel pretio aut fauore
aduersariorum inductus, sententiam pro-
Iacobi 1 fert. Vnde Beda super epistolam Iacobi
ait: Ita enim vir iustitiam Dei non opera-
tur: quia qui iratus in aliquem sententiam B
profert, etsi ille, quantum ad se, iustam re-
portet sententiam: iste tamen, qui non
amore iustitiæ, sed liuore odij, in eum sen-
tentiam dedit, iustitiam Dei, in quem per-
turbatio nõ cadit, non imitatur. Itẽ Greg.

Sententia iustitiæ non est pro præmio ferenda.

QVi rectè iudicat, & præmium remu-
nerationis expectat, fraudem in Deũ
perpetrat: quia iustitiam, quam gratis im-
partiri debuit, acceptione pecuniæ ven-
didit. Bonis malè vtuntur, qui pro tempo C
rali lucro iustè iudicant. tales quippe ad ve
ritatem non iustitiæ defensio, sed amor
præmij prouocat: quibus si spes nummi
subtrahitur, confestim à iustitiæ confessio
ne recedunt. Acceptio nummorum, præua
ricatio veritatis est. Vnde & pro iusto dici-

tur:

A tur: Qui excutit manus ſuas ab omni mu- *Eſa. 33.c*
nere, iſte in excelſis habitabit. Idem *Greg. epi.*
Mauricio Imperatori:. *12.lib.8 ad*
Guidiſcal
In præpoſitorũ operibus ſibi totũ ratio vendicet. *cũ Ducem*
Cãpania.

ILla præpoſitorum ſolicitudo vtilis eſt, illa eſt cautela laudabilis, in qua totum ratio agit,& furor ſibi nihil vendicat. Reſtringẽda ſub ratione poteſtas eſt,nec quid agendum priùs,quàm concitata ad trãquillitatem mens redeat.nam commotionis tempore iuſtum putat omne,quod fecerit.

B Item Ambroſ.de ſancto Ioſeph:

Grauiter delinquit,qui ex ira ſententiã profert. *Ambr. ca.*
13. libro de
IRa ſæpe etiam innocentes ad crimen ad- *Ioſeph.*
ducit: quia dũ iuſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coërcere peccata, grauiora committimus. Ideo Apoſtolus ait: Non vos vindicantes, chariſsimi: ſed da- *Rom.12. d*
te locum iræ. hoc eſt, declinemus eam, ne nos illa corripiat. Vnde Dominus Ieſus, *Luc.9.a*
mittens ad euangelizandum diſcipulos,mi
ſit eos ſine auro,ſine argento,ſine pecunia,
C ſine virga,vt incentiua litis,& inſtrumenta eriperet vltionis. Item ex lib.Eccleſiaſticæ hiſtoriæ:

Ratio debet corrigere,quod furore promulgatum eſt.

CVm apud Theſſalonicam ſeditio eſſet exorta,& quidã vir ex militaribus

impetu fuisset populi furentis extinctus: A
Theodosius repẽtini nuntij atrocitate suc
census, ad ludos circenses inuitari populũ,
eique ex improuiso circunfundi milites, at
que obtruncare passim, prout quisque oc-
curriſſet gladio, iubet, & vindictam dare
non crimini, sed furori. Ob hoc cùm à Sa-
cerdotibus Italiæ redargueretur, agnouit
delictum, culpamque cum lachrymis pro-
fessus, publicam pœnitentiam in totius ec-
clesiæ conspectu egit, & in hoc sibi tempus
adscriptum, absque regali fastigio patien- B
ter impleuit. Quibus omnibus illud quo-
que mirabiliter adiecit, leges sanxit in po-
sterum, vt sententiæ Principum super ani-
maduersione prolatæ, in diem xxx. ab exe-
cutoribus differrentur, quò locus misери-
cordiæ, vel, si res tulisset, pœnitentiæ non
periret. Item Gregorius:

In dictandis sententijs rectores nullo furore ducantur.

SVmmopere præcauendum est, ne recto C
res ecclesię, & qui publica iudicia exer-
cent, in dictandis sententiis nullatenus le-
uitate aut furore ducti sint præcipites: sed
causis priùs diligenter ventilatis, cùm res,
quæ ignorabatur, ad notitiam pleniter ve
nerit, tunc diuina & humana lex resoluа-
tur, & tunc secundum quod ibi constitu-

tum

A tum eſt, remota perſonarum acceptione, definitiua proferatur ſententia. Hinc eſt, quòd Moyſes querelas populi ſemper ad Dominum, tabernaculum ingreſſus, referebat: & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat: nimirum nos inſtruens, vt non ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino, condemnationis & iuſtificationis ſententiam proferamus. Item Auguſtinus ad Macedonium: *Exo. 32. g* *Epiſt. 54*

Iuſtum iudicium vendi non poteſt.

B NOn licet iudicivẽdere iuſtum iudiciũ, etſi liceat Aduocato vendere iuſtum patrocinium, & Iuriſconſulto rectum conſilium. Item Iſidorus: *De eodem.*

PAuper, dum non habet quod offerat in iudicio, nõ ſolùm audiri contemnitur, ſed etiam cõtra veritatem opprimitur. Citò violatur auro iuſtitia, nullamq; reus pertimeſcit culpam, quam redimere nummis exiſtimat. Huic itaque ſententiæ, quę nõ amore iuſtitiæ, ſed ex alia qualibet cauſa C fertur in quenquam, humiliter obediendũ eſt. Vnde in Niceno concilio: *Cap. 5.*

Non recipiantur ab alijs, qui ſuorum Epiſcoporum contrahunt offenſam.

SEruetur iſta ſententia, vt hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiratur ſanè,

ne fortè qui ex aliqua indignatione animi, aut contemptione, aut qualibet tali commotione ſtomachi Epiſcopi ſui, abſtenti ſunt: vt ita demũ hi qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum meritò cõtraxerunt offenſas, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, quouſque Epiſcopo ſuo viſum fuerit humaniorem circa eos ferre ſententiam. Item: Sententia eſt iniuſta ex ordine, quando non ſeruato iudiciali ordine quilibet pro ſua culpa damnatur. Vnde Greg. ſcribit Conſtantino Mediolanenſi Epiſcopo: A B

Greg. epiſ. 30. libri.

Res dubia non diffiniatur certa ſententia.

GRaue ſatis eſt & indecens, vt in re dubia certa detur ſententia. Item Auguſt. in lib. de Pœnitentia:

Cap. 3. li. de pœnitẽtia medicina.

Non credantur, quæ certis indicijs non demonſtrantur.

QVamuis vera ſint quædam, tamen iudici non ſunt credenda, niſi certis indiciis demonſtrentur. Item Damaſus Papa: C

Dama. epiſtola ſexta

Antequam examinẽtur, aliqui nõ iudicẽtur.

EOrum qui accuſantur cauſas diſcutere non licet, priùs quàm canonicè vocati ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veritatem, & intelligat quæ ei obiiciuntur. Quod & per ſapiẽtiam

A tiam Salomonis dicitur: Antequã scrute- *Eccle.19. c*
ris non reprehendas. Intellige prius, & tũc increpa. Antequam audias, non reprehendas. Et licet apertissima sit contrariorum reprehensio, vẽruntamẽ oportet ab his qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari. Item ex octaua synodo:

Qui falsum de alio profert, & is qui crimina credit, uterque reus est.

NOn solùm ille reus est, qui falsum de
B alio profert: sed etiam is, qui aurẽ citò criminibus præbet. Cùm ergo senten *6. pars.*
tia ex ordine iniusta est, nec tunc ab ea recedendum est: quia etiam, antequam sentẽtia daretur in eum, pro qualitate sui reatus ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, vt adulter sententiam pro sacrilegio reportet, cuius reatum in conscientia nõ habet. Hæc sentẽtia etsi iniusta sit, quia nõ est in eo crimen, super quod lata est sententia: tamen iustè ab eo reportata est, quia
C ex reatu adulterij iam diu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc casu intelligenda est illa autoritas Gregorij, Sententia pastoris, &c. Iustam sententiam vocat, quando crimen subest, super quod fertur: iniustam, quando illud non subest: quæ tamen timenda vel seruanda est: quia ex alio iandudum damnandus erat: vnde

cùm præmisisset Gregor. Vtrùm iustè, an iniustè obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timẽda est: subsecutus adiecit, Ne is qui subest, & cùm iniustè forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absoluere indiscretè timeat, vel ligare. Is autẽ, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniustè: nec pastoris sui iudicium temerè reprehendat: ne etsi iniustè ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa quæ non erat, fiat. Aliquando nullum subest crimen, & tamen vel odio iudicis vel factione inimicorum oppositam sibi sententiam damnationis in se excipit. A B

Vnde Gregorius ait:

Quot modis humanum iudicium peruertitur.

QVatuor modis humanum iudicium peruertitur: timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus: cupiditate, dum præmio alicuius animum corrumpimus: odio, dum contra quẽlibet aduersarium molimur: amore, dum amico vel propinquo contendimus præstare auxilium. Quàm verò graue sit, vel odio, vel amicitia, vel metu, vel munere, vel quolibet modo iudicium peruertere, Augustinus testatur, dicens: C

De his qui aliquo modo iudicium peruertũt.

Qui

A QVicunque aut consanguinitate, aut amicitia, seu hostili odio, vel inimicitiis in iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi, qui est iustitia: & fructum illius vertit in damnationis amaritudinem.

Idem ad Casulanum:

De his qui metu potestatis veritatem occultãt.

QVisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. Et post pauca: Vterque reus
B est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse nõ vult, & iste nocere desiderat. Idem in eodem:

De eodem.

NEmo peritorum aut prudentium putet, quòd minus sit periculum in verbis lingua mentiendo, quàm manibus, sanguinem fundendo. Melius est autem pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione beneficium. Item Pelagius Beni- *Pel. Pa. 2*
C gno Archiepiscopo: *De eodem.*

VNicuique prouidendũ est, ne aliquẽ in iustè prosequatur, iudicet vel puniat, ne Iesum persequatur. * Hic quoque, qui veritatem pro pecunia negat, vel falsum testimonium contra aliquem dicit, Deum negare vel vendere probatur. Vnde Beda super Marcum: **al. sic quoque.* *Beda ad cap. 14. Marci.*

Qui

Qui falsum testimonium dicunt, & veritatẽ pecunia negant, sceleris Iudæ participes sunt. A

Mat.26.a ABiit Iudas ad summos Sacerdotes, & constituerũt ei pecuniam se daturos. Multi hodie scelus Iudæ, qui Deum ac magistrum dominũque suum pecunia vendidit, velut immane & nefarium exhorrent: nec tamen cauent. nam cùm pro muneribus falsum contra aliquem testimonium dicunt, profectò quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecunia vendunt. Ipse B
Ioan.14.a enim dixit: Ego sum veritas. Cùm societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste
1.Ioã.4.c cõmaculant, Deũ produnt: quia Deus charitas est. Qui ergo charitatis & veritatis iussa spernunt, Deum vtique, qui charitas est & veritas, prodũt: maximè cũ nõ infirmitate vel ignorãtia peccãt, sed in similitudinẽ Iudę opportunitatẽ quærũt, qualiter arbitris absentibus mẽdacio veritatem, & virtutẽ crimine mutent. Item Hierony.

Christum negat, qui peruersis se socium facit. C

EXistimant quidam in eo tantũ Deum negari, si in persecutione quis à Gentibus comprehensus se confiteri renuerit esse Christianũ. Ecce Apostolus in omnibus quæ peruersa sunt factis Deũ asserit negari. Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negat̃ per insipiẽtiam

A tiam sapiẽtia: per iniquitatem iustitia: per mendaciũ veritas: per turpitudinẽ sanctitas: per imbecillitatem animi fortitudo. Quotiensçunque vincimur à vitiis atque peccatis, totiens Deum negamus: & econtrario, quotiens bonum quid agimus, Deũ confitemur. Nec arbitrandum est, in die iudicij illos tantùm à Dei filio esse denegãdos, qui in martyrio Christum negauerũt: sed & illos omnes quorũ opere vel sermone, vel cogitatione, Christus negatus ne-
B gat, vel confessus confitetur. De hac puto confessione, de qua discipulis præcepit, dicens: Eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. *Act. 1. A*

Item Augustinus: *Tract. 115. ad cap. 18. Ioannis.*

Qui Christianum se negat, Christum negare conuincitur.

NOn solùm abnegat Christum, qui dicit eum non esse Christũ, sed ille etiã qui, cùm sit, negat se esse Christianum. Do
C minus enim non ait Petro: Discipulum meum te esse negabis. Negauit ergo Christũ, cùm se negauit esse eius discipulum. Quid autem aliud isto modo, quã se negauit esse Christianũ? Idem timendo mortẽ carnis tuæ, mortẽ dabis animæ tuæ. Quãta enim vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christũ: An Apostolus Pe- *Luc. 22. A*

trus

trus (sicut eum quidã fauore peruerso excu A
sare nituntur Christũ nõ negauit, quia in-
terrogatus ab ancilla, hominem se nescire
Hom. 25. in respondit? Itẽ Ioannes Chrysostomus:
Matthæũ. *Veritatem prodit, non solùm qui pro veritate mendacium loquitur, sed etiam qui veritatem non liberè prædicat.*

Mat. 10. c NOlite timere eos, qui occidunt corpus, ne fortè propter timorem mortis non liberè dicatis quod audistis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in
aure soli audistis. Sicut enim ex his verbis B
ostenditur, non solùm ille proditor est veritatis, qui transgrediẽs veritatem, palàm pro veritate mendacium loquitur: sed etiã ille, qui non liberè veritatem pronuntiat, quam liberè pronuntiare oportet: aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit, proditor est veritatis. Nam sicut Sacerdos debitor est, vt veritatem, quam audiuit à Deo, liberè prædicet: sic laicus debitor est, vt veritatem, quam C
audiuit à Sacerdotibus, probatam quidem in scripturis, defendat fiducialiter: quod si
Rom. 10. b non fecerit, prodit veritatem. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Hæc sententia potius iudicem lædit, quàm eum, in quem temerè fertur. Vnde Augustinus ait:

Iniuèst

A *Iniustè aliquem anathematizans, sibi non aliis nocet.*

ILlud planè non temerè dixerim, quòd si quisquam fidelium fuerit anathematizatus iniustè, potius ei oberit, qui facit, quã qui hanc patitur iniuriam Spiritus enim sanctus, habitans in sanctis, per quem quisque ligatur aut soluitur, immeritam nulli ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus nostris: quæ non agit perperã. Pax ecclesiæ dimittit pecca-
B ta: & ab ecclesiæ pace alienus tenet peccata non secundũ arbitriũ hominũ, sed secundum arbitrium Dei. Petra tenet, petra dimittit: columba tenet, columba dimittit.

Item Salomõ: Sicut auis in incertũ volãs, & passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum venit super eum, qui misit illud. *Pro. 26.a*

Item Gregor. in Homilia xxvj. *Grego. Ho. 26. Euan.*

Cuius vita officio nõ cõgruit, alios ligatus soluit.

C PLerunque cõtingit, vt iudicis locum teneat, cuius ad locũ vita minimè concordat: ac sæpe agitur, vt vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatus soluat: sæpe in soluendis ac ligandis subditis suæ voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur. Vnde fit, vt ipse ligandi aut soluendi potestate se priuet. Et infrà: Sępe fit, vt erga quẽlibet proximũ odio vel gratia

mouca

moueatur pastor. Iudicare autem dignè de A
Ezec.13.d subditis, &c. Vnde rectè per Prophetam dicitur: Morificabant animas, quæ non moriuntur: & viuificabant animas, quæ non viuũt. Non morientem quippe morificat, qui iustum damnat: & non victurum viuificare nititur, qui reum à supplicio soluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi ac soluendi potestas exercenda. Vnde videndum est, quæ culpa præcesserit, & quæ sit pœnitentia secuta post culpam: vt quos omnipotens Deus per cõpũctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio, &c. Et infrà: Ex qua consideratione intuendum est, quòd illos nos debemus per pastoralem autoritatem soluere, quos autorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam viuificare. Et infrà: Veniat itaque foràs mortuus, id est, culpam confiteatur peccator. Venientem verò foràs soluant discipuli: quia pastores ecclesiæ ei debent pœnam amouere, quam meruit, qui non erubuit confiteri, quod fecit. B C

Hæc de solutionis ordine breuiter diximus, vt sub magno moderamine pastores ecclesiæ vel soluere debeant, vel ligare.

Epist. 1. ad Benedictũ Episcopũ. Item Callistus Papa:

Viribus caret sententia iniustè prolata.

In

A INiuſtum iudicium, & definitio iniuſta, regio metu & iuſſu aut cuiuſcunque Epiſcopi, aut potentis à iudicibus ordinata vel facta, non valeat. Homini religioſo parũ eſſe debet, inimicitias aliorum non exercere, aut augere malè loquendo, niſi etiam eas extinguere factis, bene loquendo ſtuduerit. Melior eſt in malis factis humilis confeſsio, quàm in bonis ſuperba gloriatio. Item Aug. ſuper Pſalmum cij.

Ad versũ, Faciẽs misericordias Dominus.

Præmium meretur, qui iniuſtè maledicitur.

B QVi iuſtus eſt, & iniuſtè maledicitur, præmium illi redditur. Hic etſi, vt dictum eſt, nõ teneatur ligatus apud Deũ, ſententiæ tamen parêre debet, ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate conſcientiæ abſolutus tenebatur. Idem eſt, quando contra æquitatem ſententia fertur: veluti quando ſubditi non poſſunt cogi ad malum, ſcientes obedientiam non eſſe ſeruandam Prælatis in rebus illicitis.

7. part.

Vnde etiam Eutychianus Papa ait:

C *Non eſt obediendum Epiſcopo, qui pro hæreticis miſſam canere iubet.*

SI quis Epiſcopus aut Abbas Presbytero aut monacho ſuo iuſſerit miſſas pro hæreticis cantare, non licet: non enim expedit obedire eis. Item Auguſtinus:

Præceptis non obedire, multotiens expedit.

NOn ſemper malum eſt, non obedire præcepto. Cũ dominus iubet ea quæ ſunt contraria Deo, tunc ei obediendum non eſt. Item Hiero. in epiſtola ad Epheſ. A

Capit. 6. ad locum, Serui obedite dominis.

De eodem.

SI dominus ea iubet, quæ non ſunt aduerſa ſanctis ſcripturis, ſubiiciatur domino ſeruus. ſi verò cõtraria præcipit, magis obediat ſpiritus, quã corporis, domino. Et infrà: Si bonũ eſt, quod præcipit Imperator, iubentis exequere voluntatem. Si malũ, reſponde, Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus. Hoc ipſum & de ſeruis apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filiis apud patres: quòd in illis tantùm debeant dominis & viris parentibusque eſſe ſubiecti, quæ contra Dei mandata non ſunt. Item Ambroſius: B

Non ſunt audiendi, qui contra Deum aliquid iubent.

IVlianus Imperator, quamuis eſſet apoſtata, habuit tamẽ ſub ſe Chriſtianos milites: quibus cùm dicebat, producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebant ei. Cùm autem diceret eis, Producite arma in Chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem cæli. Item Fabianus Papa:

Epi. 2. omnibus Epiſcopis.

Non iubet aliquid iniuſtum, qui Deum timere probatur.

Qui

A QVi omnipotentem Deũ metuit, nec contra Euangeliũ, nec cõtra Apoſtolos, nec cõtra Prophetas vel ſanctorũ patrũ inſtituta agere aliquid vllo modo conſentit. Itẽ Nicol. Papa Lothario Regi: *Nico.1.*

Et qui peccat, & qui peccanti conſentit, vterque reus eſt.

IT a corporis tui cedere motibus conſenſiſti, & relaxatis voluptatum habenis temetipſum in lacũ miſerię, & in lutum fæcis prohibitũ deieciſti, vt qui poſitus fue-
B ras in gubernatione populorum, effectus ſis ruina multorum. Probat hoc Teugaldi & Guntarij dudum Epiſcoporum legitimus caſus, qui pro eo, quòd te minimè cõpetenter erudierunt: quinimmo quia præuaricationem tuam tegere argumẽtis ſuis, & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibuſdam exquiſitis adinuentionibus æquitatem obruere ſtuduerunt: noſtra ſunt Apoſtolica depoſiti autoritate, & ab omni Epiſcopatus regimine regulariter
C ſequeſtrati. Item Auguſtinus: *Serm.6.de verbis Domini.*

De eodem.

QVi reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Sed quid ſi illud iubeatur, quod nõ debeas facere? hic ſanè cõtẽne poteſtatem. ipſos humanarũ legũ gradus aduerte: ſi aliquid iuſſerit curator, faciendũ *Ro.13.a*

est: non tamen, si contrà Proconsul iubeat. A
Non vtique contemnis potestatem: sed eli
gis maiori seruire: nec hinc debet minor
irasci, si maior prælatus est. Rursus si ipse
Consul aliquid iubeat, & aliud iubeat Im-
perator: vel si aliud iubeat Imperator, &
aliud Deus, quid iudicatis? Maior potestas
Deus: da veniam ô Imperator. tu carcerẽ,
ille gehennam minatur. Hic iam tibi assu-
menda est fides tua, tanquam scutum, in
quo possis omnia ignea iacula inimici ex-
tinguere. Idem Donatistis: B

Epi. 50. ad Bonif.

De eodem.

IMperatores si in errore essent (quod ab-
sit) & pro errore suo contra veritatem le
ges darent, per quas iusti probarentur &
coronarentur: non tamen faciendum est,
quod illi iubent: quia Deus prohibet: sicut
iusserat Nabuchodonosor, vt aurea statua
adoraretur, quod qui facere noluerũt, Deo
talia prohibenti placuerunt. Quando autẽ
Imperatores veritatem tenent, & pro ipsa C
contra errorẽ iubent: hoc quisquis contẽ-
pserit, ipse sibi iudicium acquirit. nã inter
homines pœnas luit, & apud Deũ frontẽ
non habebit: quia hoc facere noluit, quod

Dan. 3. ei per cor Regis ipsa Veritas iusserit. Sicut
& ipse Nabuchodonosor post miracula sa
lutis triũ puerorũ cõmotus atque mutatus

pro

A pro veritate contra errorem edictum propoſuit, vt quicunque blaſphemarent Deũ Sidrac, Miſac, & Abdenago: in interitum irent, & domus eorum in diſperſionem. Et non vultis, quòd aliquid tale iubeant contra vos Imperatores Chriſtiani, cùm ſciãt à vobis, in illis quos rebaptizatis, Chriſtũ exſufflari. Idẽ in Pſalmis. Iulianus extitit infidelis Imperator, nónne extitit apoſtata iniquus & idololatra? Milites Chriſtiani ſeruierũt Imperatori infideli: vbi ve
B niebãt ad cauſam Chriſti: nõ agnoſcebant niſi illũ, qui in cælo erat. Quãdo volebat, vt idola colerẽt, & thurificarẽt, præponebãt illi Deũ. Quando autẽ dicebat, Producite aciem, ite contra illã gentẽ, ſtatim obtemperabant, & diſtinguebãt dominũ ęter num à domino tẽporali. Itẽ Gregorius: *Greg. cap. 12. lib. 35. in Iob.*

Per obedientiam bonum deſerere, malum verò nunquàm facere licet.

C OVid ergo mirum, ſi peccator homo obedientiæ in præſentis vitæ breuitate ſe ſubiicit, quãdo hanc mediator Dei & hominum tenuit, & tenẽdam præcepit: & cùm obedientes remunerat, non relinquit? Sciendum tamen eſt, nunquã per obedientiam malum fieri: aliquãdo autem per obedientiam debet bonum, quod agitur, intermitti. Neque enim in paradiſo arbor *1. Tim. 2. a*

mala extitit, quam Deus homini ne contingeret interdixit: sed vt melius per obedientiæ meritum homo bene conditus creſceret, dignum fuerat, vt etiam à bono prohiberetur: quatenus tantò verius, hoc quod ageret, virtus eſſet, quantò & à bono ceſſans autori ſuo ſe ſubditum & humilem exhiberet. Item Iſidorus: A

Apud Deum maledicitur, qui peccantibus conſentit.

QVi conſentit peccantibus, & defendit alium delinquentem: maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione ſeueriſsima. Hinc etiam quidam ſanctiſsimus pater ait: Si quis peccantem defendit, acrius quàm ille qui peccauit, coërceatur. Hinc & alius pater ait: Si quis alterius errori conſentit, ſciat ſe cum illo ſimili modo culpabilem iudicandum. B

Idem Iſidorus.

Non eſt obediendũ, quod cõtra Deũ præcipitur.

Leuit. 19. a SI is qui præeſt, fecerit, aut cuiquã quod à Domino prohibitum eſt, facere iuſſerit: vel quod præceptum eſt, præterierit, aut præterire mandauerit, ſancti Pauli Apoſtoli ſententia ei ingerenda eſt dicentis, Etiamſi nos aut Angelus de cælo euangelizauerit vobis, præterquam quod vobis euãgelizauimus, anathema ſit. Idem: C

Gala. 1. a

Si quis

A Si quis prohibet vobis, quod à Domino præceptum est, vel rursus imperat fieri, quod Dominus prohibet : execrabilis sit omnibus, qui diligunt Deum. Item: Is qui præest, si præter voluntatem, vel præter quod in sanctis scripturis euidẽter præcipitur, vel dicit aliquid vel imperat, tanquam falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur. Cùm ergo subditi excommunicãtur ideo, quia ad malum cogi non possunt, tunc sententiæ non est obediendum : quia
B iuxta illud Gelasij, Nec apud Deum, nec apud ecclesiam eius, quenquam grauat iniqua sententia. Quòd autem suprà communicantes excommunicatis, de ecclesia abiici iubentur: non de quolibet modo cõmunicantibus intelligendum est. Vnde Nicolaus Papa scribit Igmaro * Rhemorum Archiepiscopo: *s. pars.*

De his, qui cum excõmunicatis communicãt.

C EXcellẽtissimus Rex Carolus, Apostolatum nostrum consuluit, quid agendum sit de his, qui communicant cũ his, qui cũ Engeltruda sæpe damnata communicant fœmina: quoniam eam cũ communicatoribus suis & fautoribus pari vinculo anathematis cõstat esse adstrictã. Quapropter nũc beatitudini tuę iniũgimus, vt super hoc nostra autoritate fretus, curã de

* *Ignaro. Nicol. 1. suo id refert. libr. 5. de sentent. excõmuni.*

his sumere studeas,& quia docta diuinitus A
sanctitas tua valde nouit, aliud esse ex ne-
cessitate,aliud ex ignorantia, atque aliud
quod de studio delinquitur,istudque poste
rius duobus prioribus strictius esse punien
dum:idcirco solerter inuigilet, & cauta di
strictione singulorũ modos diiudicet:qua
tenus qui ex necessitate aut ignorantia de-
linquunt,autoritate nostra per te absoluã-
tur: si tamen ipsa eorum ignorantia vel ne
cessitas vera,& non simulata extiterit, vel B
non ex voluntate processerit:quia(vt bene
nosti)sunt plerique, qui possunt quidem,
Psal.35. sed nolunt recta noscere. Vnde Psalmista
de huiusmodi ait:Noluerunt quidem intel
ligere,vt bene agerent.Illos autem,qui stu
dio suo obligantur, & contemptu interdi-
cta nostra postponunt,non nisi digna satis
factione præueniente, volumus à te pror-
Iuo ibidẽ habet libr. 5.de licita & illi. sus absolui. Item Gregorius vij.

De his, qui sine culpa cum excommunicatis communicant. C

QVoniam multos,peccatis nostris exi
gentibus, pro causa excommunica-
tionis perire quotidie cernimus, partim
ignorantia,partim nimia simplicitate,par
tim timore, partim etiam ex necessitate:
deuicti misericordia,anathematis senten-
tiam ad tempus,prout possumus,tempera

mur.

A mus. Apoſtolica itaque autoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus, videlicet vxores, filios, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia, necnon ruſticos, & ſeruientes, necnõ & omnes alios, qui nõ adeò curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera perpetrentur: & eos qui ignoranter excommunicatis communicant, ſiue illos qui communicant cũ illis, qui excõmunicatis communicãt Qui cunque autem orator, ſiue peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum de-
B uenerit, & ibi nõ poſsit emere, vel non habeat, vnde emat, ab excõmunicatis accipiẽ di licẽtiã damus. Et ſi qs excõmunicatis in ſuſtẽtationẽ, nõ ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa, dare aliqd voluerit, non phibemus.

Itẽ Bonifacius Martyr Zachariæ Papæ:

De Bonifacio, qui excommunicatis à Pſeudoẽpiſcopis ſe non communicaturum iurauit.

ANteceſſor prædeceſſoris noſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me
C indignum ordinauit, & ad prędicandũ verbum Dei Germanicis gẽtibus miſit, ſacramento me adſtrinxit, vt Canonicis, & iuſtis Epiſcopis, & Presbyteris in verbo & facto & conſenſu adſtipulator & adiutor fierẽ. hoc autẽ cũ diuina gratia implere ſtudui. falſos autẽ Sacerdotes, hypocritas, & ſeductores populorũ vel corrigerẽ ad viã

salutis, vel declinarem, & abstinerem à cõ munione ipsorum. quod ex parte seruaui, & ex parte custodire & implere nõ potui. Sed & spiritualiter impleui sacramẽtum: quia in consensum & in consilium eorum non venit anima mea. Corporaliter autem omnino ab eis abstinere nõ potui. dũ enim venissem ad principem Francorũ, cogente ecclesiarũ necessitate, non tales reperi quales volui: sed tamen in sancta communione corporis Christi illis non cõmunicaui. A

Zach. Bonifacio Episcopo.

Itẽ Zacharias papa Bonifacio Martyri: *Excommunicatus non cõmunicat, qui eis animo non consentit.* B

QVòd prædecessor beatæ memoriæ Gregorius huius sedis Apostolicæ Præsul, dum ad prædicandum verbũ Euãgelij tuam misisset fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis, verbo pollicitationis illam voluit antè esse munitã, ita vt orthodoxos Episcopos, Presbyteros, vel quoscunque reperire potuisses in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, & eis communicares: quod & factum est: si quos verò seductores Episcopos, aut Pseudopresbyteros à recto fidei tramite deuiare reperisses, nulla tibi cũ eis esset communio: quod te Deo solatiante, vsque ad præsens spiritualiter C

seruasse

A seruasse cõfessus es, vel si omnino per principalem & humanum fauorem gentis Frã corum, dum ad eos accessisses corporaliter, abstinere non potuisti, cogente ecclesiarum Dei necessitate: attamen in eorum cõsilio & communionis consensu anima tua non est coinquinata. itaque propter hoc q̃ cũ eis cõuersatus es, nõ consentiens iniquitati eorũ, nullũ tibi est detrimentum corã Deo. Excommunicationis autem forma & modus atque reconciliationis hæc est. 9. part.

B *Modus & forma excommunicationis.*

DEbent xij. Sacerdotes Episcopum circunstare, & lucernas ardentes in manibus tenere: quas in conclusione anathematis vel excommunicationis, proiicere debent in terram, & conculcare pedibus. Deinde epistola per parœcias mittatur cõtinens excommunicatorũ nomina, & causam excommunicationis. Item ex concilio Aurasiaco: *De eodem.*

C CAnonica instituta & sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiarũ Dei violatores autoritate Dei & iudicio Sanctiſpiritus à gremio sanctæ matris ecclesiæ, & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscãt, & ecclesiæ Dei satisfaciant. Item ex eodem:

Modus reconciliationis excommunicatorum

& solu-

& ſolennitas. A

CVm aliquis vel excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus veniam poſtulat, & emẽdationem promittit: Epiſcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas eccleſiæ venire debet, & xij. Presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circunſtare debent: & ſi ille terræ proſtratus veniam poſtulat, & de futuris cautelã ſpondet, tunc Epiſcopus apprehenſa manu eius dextera, in eccleſiã illum introducat, & communioni Chriſtianæ reddat, & ſeptem Pſalmos pœnitentiales decantet, & cum iſtis precibus, Kyrie eleeſon, & Pater noſter, Saluum fac ſeruum tuum. Oratio: Præſta quæſumus Domine, huic famulo tuo dignum pœnitentię fructũ, vt eccleſię tuæ ſanctæ, à cuius integritate deuiauerat peccando, admiſſorum veniã conſequẽdo, reddatur innoxius. Per, &c. Presbyteris verò, qui excõmunicati ſacrum miniſteriũ contingere præſumunt, quæ pœnitentia ſit imponenda, Ioannes viij. clero & ordini Salonitano ſcribens, diffinit dicens: B

10. pars.

C

Iuo Carn. idẽ refert lib. 5. de ſen ten. excõ.

Quæ ſit pœnitentia Sacerdotum, qui excommunicati ſacrum miniſterium contingere præſumunt.

DD illis Presbyteris, qui tempore ſanctiſsimi prędeceſſoris noſtri domini Papæ

A Papæ Nicolai excommunicati ſacrum mi
niſterium contingere præſumpſerunt, ipſi
in ſe damnationis (ſicut Canones ſtatue-
runt) ſententiam intulerunt, tamẽ quia mi
ſeratio Apoſtolica veniam ſolet præſtare
correctis, ob multitudinem miſericordiæ
illius hanc indulgẽtiam exhibemus, vt ſan
cta cõmunione ſaginati, ſtudeãt tribus an-
nis cõtinuis per hebdomadã omni tẽpore,
ij.& iiij.& vj.feria à vino & à carne peni-
tus ieiunare, & vltrà lugenda nequaquã cõ
B mittere. Qui autem excommunicatis com
municant, pro modo peccati pœnitentiæ
modum accipiant. Vnde Vrbanus ij. Ge
nebaldo Conſtantien. Epiſcopo:

Iuo ibidẽ refert.

*Pro modo peccati puniantur, qui excommu-
nicatis communicant.*

SAnctis quippe Canonibus cautum con
ſtat, vt qui cum excommunicatis com-
municauerit, excommunicetur. Ipſius ta-
men pœnitentiæ atq; abſolutionis modos
eo moderamine decernimus, vt quicunq;
C ſeu ignorantia, ſeu timore ſeu neceſsitate
cuiuſquam negotij maximi & maximè ne
ceſſarij, eorum ſe conuictu & ſalutatione,
oratione, oſculatione contaminauerit, cũ
minoris pœnitentiæ medicina, ſocietatis
noſtræ participationem ſortiantur. Eos
verò, qui aut ſponteneè, aut negligenter
incide

inciderint, sub ea volumus disciplinę coër A
citione suscipi, vt cæteris metus incutiatur.

CAVSA XII.

VIDAM clerici propria relinquere volũt: de suis & ecclesiæ rebus testamentum conficiunt: de rebus ecclesiæ nonnulla largiuntur. Modò primùm
1 quæritur, vtrùm li- B
2 ceat clericis proprium habere. Secundò, an res ecclesiæ, quæ ab eis datæ sunt, possint constare aliqua firmitate eis, qui eas
3 acceperunt. Tertiò, si ante tempus ordinationis suæ, qui nihil habere videbãtur, & post ordinationẽ aliqua inuenisse noscũtur: an possint ea relinquere quibus voluerint, an non. Quartò, si de suis & eccle-
4 siæ rebus aliqua acquisisse noscuntur, an vtrique communiter, an singulariter eccle C
siæ vel Sacerdotij iure proueniant.

Quintò, an testamenta liceat eis con-
5 ficere.

QVAESTIO I.

Vtrùm liceat clericis proprium habere.

Clericos

A CLERICOS nihil posſidere debere, multis autoritatibus iubetur. Ait enim Toletanũ cõcil. *Cap. 24. cõ. Tole. 4.* *Impuberes & adoleſcẽtes in vno cõclaui manẽtes probatiſſimo ſeniori deputẽtur.*

OMnis ætas ab adoleſcentia in malum prona eſt. nihil incertius, quàm vita adoleſcentium. Ob hoc conſtituere oportuit, vt ſi qui impuberes aut adoleſcentes in clero exiſtunt, omnes in vno conclaui commaneant, vt lubricæ ætatis annos nõ
B in luxuria, ſed in diſciplinis eccleſiaſticis agant, deputati probatiſsimo ſeniori, quẽ & magiſtrum doctrinæ, & teſtem vitæ habeãt. Quòd ſi aliqui ex his pupilli exiſtũt, Sacerdotali tutela foueãtur: vt et vita eorũ à criminibus intacta ſit, & res eorũ ab iniuria impiorũ. Qui autẽ his præceptis reſultauerint, monaſterio deputentur, vt vagãtes animæ & ſuperbæ ſeueriori regula diſtringãtur. Item Clemens in epiſtola iiij. *Clemẽs epiſtola 5.*

C *Omnibus clericis communis eſt vita ſeruanda.*

DIlectiſsimis fratribus & condiſcipulis Hieroſolymis cum chariſsimo fratre Iacobo & coëpiſcopo habitãtibus Clemens Epiſcopus. Cõmunis vita omnibus, fratres, neceſſaria eſt, & maximè his, qui Deo irreprehẽſibiliter militare cupiũt, & vitã Apoſtolorũ, eorumq; diſcipulorum, imitari

imitari volunt. Communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mũdo, omnibus esse hominibus debuit: sed per iniquitatẽ alius hoc dixit esse suum, & alius istud: & sic inter mortales facta est diuisio. Deniq; quidam Græcorum sapiẽtissimus, hæc ita sciens esse communia debere, ait amicorũ esse communia omnia. In omnibus autem sunt sine dubio & cõiuges: & sicut, inquit, nõ potest diuidi aër, neque splendor solis: ita nec reliqua, quæ communiter omnibus data sunt ad habendum, diuidi non debere, sed habenda esse communia. Vnde & Dominus per Prophetam loquitur, dicẽs: *Psal.132.* Ecce quàm bonum & quàm iucũdum, &c.

Istius enim consuetudinis more retẽto, etiam Apostoli, eorumque discipuli, (vt prædictum est) vnà nobiscum & vobiscũ communem vitam duxerunt. Vt enim be- *Act.4.f* ne nostis, erat multitudinis eorũ cor vnũ, & anima vna: nec quisquam eorũ, aut nostrum, de his quæ possidebant, aliquid suũ esse dicebat: sed omnia nobis & illis erant communia: nec quisquam egens erat inter eos. Omnes verò, qui domos vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res quas habebant, offerebant, ponentes ante pedes Apostolorum: sicut nobiscum quidam vestrum

cogno

A cognouerunt & viderũt: & diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat. Ananias au *Ibidẽ 5. a*
tẽ vir auſterus, & Saphira vxor eius, quia mentiti ſunt Apoſtolis de pretio agrorum ſuorum, quos vendiderant, nobis præſentibus in conſpectu omnium circunſtantium à conſpectu Apoſtolorum, propter peccatũ eorum & mendaciũ, quod fecerunt, mortui delati ſunt ambo. Cætera, quæ de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione, nec demonſtratione digna ſunt. Qua
B propter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis & exemplis Apoſtolorum obedire præcipimus: quia hi, qui eorum mandata poſtponunt, non ſolùm rei, ſed etiã Dei, extorres fiunt: quæ non ſolùm vobis cauenda, ſed omnibus prædicanda ſunt. Vnde cõſilium dantes, veſtram prudentiam hortamur, vt ab Apoſtolicis regulis non recedatis: ſed communem vitam ducentes, & ſcripturas ſacras rectè intelligentes, quę bene nouiſtis adimplere ſatagatis. Item Eu
C genius Papa, & Leo nonus:

Iuxta eccleſiã clericorũ clauſtra cõſtituantur.

NEceſſaria etenim res exiſtit, vt iuxta eccleſiã clauſtra conſtituantur, in quibus clerici diſciplinis eccleſiaſticis vacent. Itaque omnibus vnum ſit refectorium ac dormitorium, ſeu cæteræ officinæ ad vſus

clericorum necessariæ. Ministri verò post Epiſcopum ſuper eos eligãtur, quorum vita atque doctrina illos potius exornet, quã dehonestét. Nec in atrio eccleſiæ alia ædificia, niſi clericorum ponantur. Vnde Nicolaus Papa: A

De vita clericorũ.

Nec in atrio eccleſiæ, niſi clericorum ædificia ponantur.

NVlla ædificia in atrio eccleſiæ ponatur, niſi tantùm clericorum. Item Hieronymus ad Nepotianum:

Clericus nihil ſeculare poſſideat. B

CLericus, qui Chriſti ſeruit eccleſiæ, interpretetur primùm vocabulum ſuũ: & nominis diffinitione prolata, nitatur eſſe, quod dicitur. Si enim κλῆρος Græcè, Latinè ſors appellatur: propterea clerici dicuntur, quia de ſorte Domini ſunt: vel quia ipſe Dominus ſors, id eſt, pars clericorum eſt: & quia vel ipſe pars Domini eſt, vel Dominum partem habet, talẽ ſe exhibere debet, vt ipſe poſſideat Dominum, & ipſe poſſideatur à Domino. Qui Dominũ poſſidet, & cum Propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extra Dominũ habere poteſt. Quòd ſi quidpiam aliud habuerit, præter Dominum, pars eius nõ erit Dominus: verbi gratia, ſi aurum, ſi argentum, ſeu poſſeſſiones, ſi variam ſuppellectilem: cum iſtis C

Pſalm. 15.

part

A partibus non dignatur Dominus fieri pars eius. Si autem ego pars Domini ſum, & funiculus hæreditatis eius, nõ accipio partes inter cæteras tribus, ſed quaſi Leuita & Sacerdos, viuo de decimis, & altari ſeruiens, altaris oblatione ſuſtentor: habẽs victũ & veſtitũ, his cõtentus ero, & nudã crucẽ nudus ſequor. Itẽ Ambroſius de fuga ſeculi: *Ambr. c. 2 lib. de fuga ſeculi.*

Nihil, præter Deum, debet curare, qui in eius ſortem eligitur.

B CVi portio Deus eſt, nihil debet curare, niſi Deum: ne alterius impediatur neceſsitatis munere. Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic noſtro officio decerpitur. Hæc enim vera eſt ſacerdotis fuga, abdicatio domeſticorum, & quędam alienatio chariſsimorum: vt ſuis ſe abneget, qui ſeruire Deo elegerit. Item Hieronymus ad quendã ſuũ Leuitam de duobus generibus hominum:

Clericis & Deo deuotis nec cauſas agere, nec aliquid proprium habere licet.

C DVo ſunt genera Chriſtianorum. eſt autem vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi & orationi, ab omni ſtrepitu temporaliũ ceſſare conuenit: vt ſunt clerici & Deo deuoti, videlicet conuerſi. κλῆρος enim Græcè, Latinè ſors: inde huiuſmodi homines

vocántur clerici, id est sorte electi. Omnes enim Deus in suos elegit. Hi nanque sunt, Reges, id est se & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ ecclesię in signum regni, quod in Christo expectatur. Ratio verò capitis est, temporalium omnium depositio. Illi enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habẽtes, debẽt habere omnia cõmunia. Aliud verò genus est Christianorũ, vt sunt laici. Λαὸς enim Græcè, est populus Latinè. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. nihil enim miserius est, quàm propter nũmum Deum contemnere. His concessum est vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes super altaria apponere, decimas reddere: & ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint. Item Gregorius Augustino Anglorũ episcopo:

A

1. Tim. 6. b

B

Gre. cap. 1. responsionũ ad Augu.

C

Clerici nihil proprium possideant.

QVia tua fraternitas monasterij regulis erudita, seorsum non debet fieri à clericis suis in ecclesia Anglorum, quæ autore Deo, nuper ad fidem perducta est, hanc debet instituere conuersationem, quę in initio fuit patribus nostris: in quibus nullus

A nullus eorum ex his quę poſsidebat, proprium habebat: ſed erant illis omnia communia. Si qui verò ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe non poſſunt continere, ſortiri vxores debent, & ſtipendia ſua accipere exterius: quia & de eiſdē partibus nouimus ſcriptum, quòd diuidebant, prout cuique opus erat. De eorum quoque ſtipendio cogitandum atque prouidēdum eſt, & ſub eccleſiaſtica regula ſunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis Pſal
B mis inuigilēt, & ab omnibus cor & linguā illicitis & corpus, Deo autore, conſeruent. Communiter autem viuentibus iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia, à nobis quid erit loquendum? cùm omne quod ſupereſt neceſsitatibus, in cauſis piis ac religioſis erogandum eſt, domino magiſtro omnibus dicente, Quod ſupereſt, date elee moſynam, & omnia munda ſunt vobis.

Ca. 2. eiuſd.

Luc. 11. f

C Itē Vrbanus Papa omnibus catholicis:

Clericis omnia communia eſſe debent.

SCimus vos non ignorare, quòd hactenus vita communis inter omnes Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maximè inter eos, qui in ſortem Domini ſunt electi, id eſt clericos, ſicut in Actibus Apoſtolorū legitur: Multitudinis autē

Vrbanus 1. ad omnes Epiſcopos.

Act. 4. f

credentium erat cor vnum, & anima vna: A
nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suũ esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Et infrà: Quicunque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat: sed hoc quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat: ne damnationem, sed præmium sibi acquirat: quoniã melius est non vouere, quàm votum, prout melius potest, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui votũ B
fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt: quàm illi, qui sine voto aut fide mortui sunt, & tamẽ bona egerunt opera. Itẽ Augustin. in sermone de communi vita clericorum:

Ecclesi. 5. A

Augu. ser. 52. ad fratres in eremo.

De eodem.

NOlo vt aliquis de vobis inueniat malè viuendi occasionẽ. Prouidemus enim bona (vt ait Apostolus) non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Propter C
nos conscientia nostra nobis necessaria est: propter vos fama nostra non polluit, sed pollere debet in vobis. Duæ res sunt conscientia, & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui confidens conscientiæ, negligit famam, crudelis est. Et infrà: Nulli liceat in societate nostra habere al

Rom. 12. d 2. Cor. 8. d

A re aliquid proprium: ſed ſi fortè aliqui habent, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. Et poſt pauca: Enthecam habere non licet. Non eſt Epiſcoporum ſeruare aurum, & à ſe reuocare mendicantis manum. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, vt plures triſtes relinquamus, quiá quod dare omnibus poſſumus, non habemus. Non habeamus ergo enthecam. Et infrà: Qui habuerit proprium, vel
B habere voluerit, & de proprio viuere, & contra præcepta iſta facere, parum eſt vt dicam non mecum manebit: ſed nec clericus erit. Dixeram enim, & ſcio me dixiſſe, vt ſi nollent ſuſcipere etiam ſocialem vitam mecum, illis non tollerem clericatum, ſed ſeorſum manerent, ſeorſum viuerent. Malui enim habere cæcos vel claudos, quàm plangere mortuos. Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo er-
C go quicunque voluiſſet extra manere, & de ſuo viuere, non tollerem clericatum ei: ita modò, quia placuit eis, Deo propitio, hæc ſocialis vita, quiſquis cum hypocriſi vixerit, quiſqs inuentus fuerit habens propriũ, nõ illi permitto vt inde faciat teſtamentũ: ſed delebo eum de tabula clericorum. Itẽ: Qui nõ vult mecũ manere, & in cõmuni vi

uere, habeat libertatem: sed videat, vtrùm habere possit felicitatis hęreditatẽ. Idẽ:

Aug. epist. 109. ad monachas.

Non licet habere proprium his, qui suis renuntiant, & communiter viuere spondent.

NOn dicatis vos aliqd habere propriũ: sed sint vobis omnia communia. Et infrà: Quicunque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occultè literas ab aliquo, vel quodlibet munus accipiat, si hoc vltro cõfitetur, parcatur illi, & oretur pro eo: si autem deprehenditur atque conuincitur, secundum arbitrium Presbyteri vel Præpositi grauius emendetur. Et infrà: Cũ huius nostrę cõgregationis fratres, non solùm facultatibus, sed volũtatibus propriis in ipsa ordinis susceptione renũtiauerint, & semper promissam obedientiam penitus aliorum potestati & imperiis in Christo & pro Christo subdiderint: certum est, eos nihil habere, possidere, dare, vel accipere sine superioris licentia debere. Quòd si propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit, primò quidem Priori insinuetur, & sic suscipiatur, si ipse mandauerit: de quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod Priori placuerit.

Aug. trac. 50. ad ca. 12. Ioannis.

Idem: *De eodem.*

EXemplum Domini accipite cõuersantis in terra. Quare habuit loculos, cui

Angel

A Angeli ministrabant, nisi qa ecclesia ipsius loculos habitura erat? Quare furem admisit, nisi vt eius ecclesia fures cùm patitur toleret? Item Prosper:

Prosper c. 9. lib. 2. de contempla tiua vita.

Ecclesiarum Præpositi rerum dispensatores efficiuntur earum.

EXpedit facultates ecclesiæ possidere, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ sunt, sed cõmunes ecclesię facultates: & ideo quisqs omnibus, quæ habuit, dimissis, aut venditis, fit
B rei suæ contemptor, cũ Præpositus factus fuerit ecclesiæ, omnium quæ habet ecclesia, efficitur dispensator. Denique Sanctus Paulinus (vt ipsi melius nostis) ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogauit: sed cùm factus esset Episcopus, non cõtempsit ecclesiæ facultates, sed fidelissimè dispẽsauit. Quo facto satis ostẽditur, & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfe
C ctionis posse ecclesiæ facultates (quæ sunt profectò communes) possideri. Quid sanctus Hilarius? nónne ipse omnia sua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen cùm merito suæ perfectionis fieret ecclesiæ Arelatensis Episcopus, quæ illa tũc habebat ecclesia, non solũ possidebat, sed etiam, acceptis fidelium

numerosis hereditatibus, ampliauit. Itaque homines, tam secularium, quàm diuinarũ literarum, sine ambiguitate doctissimi, si scirent res ecclesiæ debere contemni, nunquam eas debuerant suscipere, qui omnia reliquerant. Item Gregorius Felici Episcopo de Acropoli:

Epist. 29. libri 2.

Diaconi vel quælibet religiosæ personæ regularem vitam ducere cogantur.

QVoniam Velina, Buxentina, & Brandina ecclesiæ tibi in vicino sunt constitutæ, propterea fraternitati tuæ earum solenniter operam visitationis iniũgimus, illud præ omnibus commonentes, vt vbicunque præfatarum ecclesiarum, siue diœcesium, vel Diaconi, vel religiosæ personæ inuentæ fuerint, districtè ac canonicè viuant. Item Melchiades Papa:

Id habetur tit. de primit. ecclesia. & munificentia Constãtini Imperatoris.

Quare in primitiua ecclesia prædia vẽdebãtur.

FVturam ecclesiam Apostoli in gentibus præuidebant: idcirco prædia in Iudæa minimè sunt adepti: sed pretia tantum modo ad fouendos egentes. At verò cùm inter turbines & aduersa mundi succresceret ecclesia, ad hoc vsque peruenit, vt non solùm gentes, sed etiam Romani Principes, qui totius orbis monarchiam tenebãt, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent: è quibus vir religiosissimus

Con

A Conſtantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, dedit licentiam per vniuerſum orbẽ ſub ſuo degentibus imperio, non ſolùm fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricãdi eccleſias, & prædia conſtituit tribuẽda. Denique idem præfatus Princeps donaria immenſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis Beati Petri inſtituit, adeò vt ſedẽ imperialem relinqueret, & Beato Petro, ſucceſſoribuſque ſuis profuturam concederet. Idem verò pręſidens ſanctę ſynodo,
B quæ apud Nicæam congregata eſt, cùm querelam quorundam clericorum cõſpiceret coram ſe deferẽdam, ait: Vos à nemine iudicari poteſtis: quia ſolius Dei iudicio reſeruamini: Dij etenim vocati eſtis: & *Exo. 22. Pſal. 81.* idcirco nõ poteſtis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore & deinceps viri religioſi non ſolùm poſſeſsiones & prędia quæ poſsidebãt, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas in
C ſuis fundis in honorẽ ſanctorũ Martyrum per ciuitates ac monaſteria innũmera, in quibus cœtus Domino ſeruientiũ conueniret. Item Vrbanus Papa: *Vrba. 1. ad omnes Epiſcopos.*

Quare prædia fidelium hodie ab eccleſia non alienentur.

VIdentes autem ſummi Sacerdotes, & alij, atque Leuitæ, & reliqui fideles

plus

plus vtilitatis posse conferre, si hæreditates & agros, quos vendebãt, ecclesiis, quibus præsidebant Episcopi, traderent, eò q̃ ex sumptibus eorũ tam præsentibus, quã futuris temporibus, plura & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam ducentibus, quàm ex pretio ipsorũ: cœperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesijs tradere, & ex sumptibus earum viuere. Ipsæ verò res in ditione singularum parœciarũ Episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant, & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus: è quibus Episcopi & fideles dispẽsatores eorum, omnibus communi vita degere volentibus ministrare cũcta necessaria debẽt, prout melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. Ipsæ enim res fidelium, oblationes appellantur, quæ à fidelibus Domino offeruntur. Memoratis ergo augmentationibus intantum ecclesię, in quibus Episcopi præsident, Domino adminiculante creuerunt, & in tantis maxima pars earũ abũdat rebus, vt nullus sit in eis communẽ vitam gerens indigens, sed omnia necessaria ab Episcopo suisque ministris percipiat. Ideo si aliquis extiterit modernis aut futuris tẽporibus, qui hæc auellere nitatur: iam

A

B

C

dicta

A dicta damnatione feriatur. Item Augu. *Aug. capi. 15. de mendacio.*

De eodem

HAbebat Dominus loculos, à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſsitatibus, & aliis indigẽtibus tribuebat. Tũc primũ eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta, & vt intelligeremus quod præcepit nõ eſſe cogitãdũ de craſtino, nõ ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis: ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, & propter inopię timorẽ iuſtitia deſe- *Ioan. 13. c*

B ratur. His omnibus autoritatibus claret, *8. part.* ꝙ clericis nullo modo licet habere quid proprium: quod ſi habuerint, non clerici erũt. non tamẽ clericatus eis tollendus eſt.

Vnde Auguſtinus ait in eodẽ ſermone: *Auguſt. in ſerm. 52. ad fratres in eremo.*

Clericatus non tollatur eis, qui volunt habere aliquid proprium.

CErtè ego ſum, qui ſtatueram nullum ordinare clericũ, niſi qui mecũ vellet manere, aut ſi vellet à propoſito recedere, rectè illi clericatum tollerem: ecce in con-

C ſpectu Dei & veſtro, muto conſilium: qui volunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus & eccleſia eius, maneant vbi volunt, & vbi poſſunt: non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas. malum enim eſſe quis neſciat? malum eſt cadere à propoſito: ſed peius eſt ſimulare

propo

propositum. Et post pauca: Si non seruat sanctitatem foris, dimidius cecidit. si verò intus habuerit simulationẽ, totus cecidit: nolo vt habeat necessitatem simulãdi. scio quomodo homines amant clericatum. nemini eum tollo nolẽti mecum communiter viuere. Econtra sunt aliæ autoritates, quibus conceditur propria habere, non solùm aliis, sed etiam Episcopis. Vnde in concilio Agathensi legitur: A

Cap. 48.

De rebus propriis, vel acquisitis, Episcopi hæredibus suis derelinquant. B

EPiscopi de rebus propriis vel acquisitis, vel quicqd de proprio habẽt, hęredibus suis, si voluerint, derelinquãt. Quicquid verò de prouisione suę ecclesię fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus, omnia in iure ecclesiæ reseruare censuimus. Itẽ ex cõcilio Martini Papæ:

Capi. 15. synodorũ collectarũ à Martino Epis. Bra.

De eodem. C

MAnifesta autem debent esse, quæ ad ecclesiam pertinẽt, his qui circa Episcopos sunt Presbyteris & Diaconis, vt si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res ecclesiæ nullo modo possint minui & perire. Neque res propriæ Episcopi importunitatem patiantur pro rebus ecclesiæ, vt nec ecclesia damnum incurrat, nec Episcopus in suis rebus pro rebus ecclesię, proscri

A proscribatur: Idem statutum est in Canonibus Apostolorum, vbi legitur: Cap. 40.

De eodem.

SInt manifestæ res propriæ Episcopi (si tamen habeat res proprias) & manifestæ dominicæ, vt potestatẽ habeat de propriis rebus Episcopus moriens, sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere: ne sub occasione ecclesiasticarum rerum, ea quæ Episcopi esse probãtur, interdicãtur. Fortasis enim aut vxorem habet, aut filios,
B aut propinquos, aut seruos: & iustum est hoc apud Deum & homines, vt nec ecclesia patiatur detrimentum ignorantia rerũ Pontificis, nec Episcopus vel eius propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causis incidant, qui ad eum pertinent, mortisque eius iniuriis infamentur.

Item in eisdem Canonibus: Cap. 41.

Ex rebus ecclesiæ Episcopus si indiget sibi & suis necessaria sumat.

C EX his autem, quibus Episcopus indiget, si tamen indiget, in suas necessitates & peregrinorum fratrum vsus & ipse percipiat, vt nihil ei omnino possit deesse, lex enim Dei præcipit, vt qui altario de- 1. Cor. 9. b
seruiunt, pascantur de ipso. Item ex concilio Antiocheno, cap. xxxv. Cap. 25.

Res ecclesiasticas Episcopus dispensẽt.

Episc

EPiſcopus eccleſiaſticarum rerũ habeat A
poteſtatem ad diſpẽſandũ erga omnes
qui indigent, cum ſumma reuerentia & ti-
more Dei. Participet autem & ipſe, quibus
indiget, ſi tamen indiget, tam in ſuis, quã
in fratrum, qui ab eo recipiuntur, neceſſa-
riis vſibus profuturis: ita, vt nulla qualibet
occaſione fraudentur, iuxta ſanctum Apo
1. Tim. 6. b. ſtolũ ſic dicentẽ: Habentes victũ & veſti-
tũ, his contenti ſumus. Quòd ſi contentus
his minimè fuerit, cõuertat autẽ res eccle-
ſiæ in ſuos domeſticos vſus, & eius com- B
moda, vel agrorum fructus, non cum Preſ
byterorum Diaconorumque conſcientia
pertractet, ſed horum poteſtatem domeſti
cis, aut propinquis, aut fratribus, filiisque
ſuis committat, vt per huiuſmodi perſo-
nas occultè res lædantur eccleſiæ: ſynodo
prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem
& aliter accuſatur Epiſcopus, aut Presby-
teri, qui cũ ipſo ſunt, & ea quę pertinẽt ad
eccleſiam vel ex agris, vel ex alia qualibet
eccleſiaſtica facultate, ſibimet vſurpẽt, ita C
vt ex hoc pauperes affligãtur, criminatio-
nibus verò & blaſphemiis tam ſermo prę-
dicationis, quàm hi qui diſpenſant, taliter
exponantur: & hoc oportet corrigi, ſancta
ſynodo id quod condecet comprobante.

Cap. 41. Item ex Canonibus Apoſtolorum.

Res

A *Res eccleſiæ ſunt in Epiſcopi poteſtate.*

PRæcipimus, vt in poteſtate ſua res eccleſiæ Epſcopus habeat. Si enim animæ hominũ pretioſiores illi creditę ſunt, multò magis oportet eum curam de pecuniis agere: ita vt poteſtate eius indigentibus omnia diſpenſentur per Presbyteros & Diaconos: & cum timore & omni ſolicitudine miniſtrentur. Ex his autẽ, quibus indiget, &c. vt ſuprà. Cùm ergo in cõcilio Agathenſi, & Martini Papæ, & Canoni-
B bus Apoſtolorũ dicatur, ſint manifeſtę res propriæ Epiſcopi: cùm in eiſdem Canonibus, & in concilio Antiocheno præcipiatur, vt Epiſcopus participet res eccleſiæ, ſi tamẽ indiget: nónne patenter oſtẽditur, ꝙ Epiſcopus habeat liberè propria? Dicendo enim, ſi indiget rebus eccleſiæ, notat eum habere propria, quæ fortè ſuis neceſsitatibus non ſufficiunt. Quomodo ergo clericus, ſi proprium habere voluerit, clericus
C non erit? & Epiſcopus habens propria, non ſolùm non deſinit eſſe Epiſcopus: verùm etiam cunctas eccleſiaſticas facultates in ſua iubetur habere poteſtate. Sed notandum eſt, Epiſcopos Orientales vxores habere & filios: quoſdam autem ex noſtris partibus cum in laicatu ſiue in minoribus ordinibus conſtituti habeant vxores & fi-

lios: ſiue morte vxoris interueniente, ſiue continentia pari voto ſeruata, ad ſacros ordines accedere: his omnibus conceditur habere propria ad ſuos & ſuorũ vſus. Qui autem ab infantia ſacrę militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere propria: quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis, niſi fortè retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant, quod fieri poſſe Proſper teſtatur, dicens: A

Proſper ca. 12. libr. 2. de vita contẽplatiua.

De his, qui tam infirmi ſunt, vt ſuis rebus renuntiare non poßint. B

ILli autẽ, qui tam infirmi ſunt, vt poſſeſſionibus ſuis renuntiare non poſsint, ſi ea, quæ accepturi erant, diſpenſatori relinquunt, nihil habentibus conferenda: ſine peccato poſsident ſua: quia & ipſi quodãmodo ſua relinquunt, quando propriis cõtenti rebus, nihil eorum quæ labori vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt. De rebus verò eccleſiæ quæritur, an liceat eas per præbendas diuidi: vt annuos reditus quiſque ſibi ſpecialiter vendicet? Hoc non poſſe fieri, argumento & autoritate probatur. Clerici ſucceſſores eorum ſunt, de quibus dicitur, Multitudinis enim credentiũ erat cor vnum, & anima vna. Neceſſe eſt ergo, vt eorum ſequantur vitam, quorum in eccleſia gradum adminiſtrant. Non C

Actor. 4. f

ergo

A ergo aliquid proprium sibi vendicabunt, sed erunt eis omnia communia. Item Vrbanus Papa ait: *Vrba.1.epi. ad omnes Episcopos.*

Res ecclesiæ quasi cõmunes Episcopus dispẽset.

REs ecclesiæ non quasi propriæ, sed vt communes & domino oblatæ, cum summo timore non in alios, quàm in prę-fatos vsus, sunt fideliter dispensandæ.

Item ex synodo habita Romæ ab Eugenio Papa:

Non liceat Episcopo res ecclesiarum in pro-
B *prios vsus conuertere.*

NVlli Episcoporum liceat res mobiles aut immobiles de subiectis plebibus aliisque piis locis, in proprios vsus habere: ne maiores enormiter locupletentur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens, canonica autoritate coarctatus existat. Si ergo res ecclesiæ non quasi propriæ, sed quasi communes habẽdæ sunt: cùm de cõmuni nullus dicat, hoc
C meum est: nec de rebus ecclesiæ, hæc est mea, potest aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium, sed erant illis omnia communia. His ita respondetur: Sicut perfectione charitatis manente, secundum discretionem ecclesiarum, distributio fit ecclesiasticarum facultatum, dum

aliis possessiones huius ecclesiæ ad dispen A
sandum committũtur: ex quibus, licet res
ecclesię omnibus debeant esse communes,
primùm tamen sibi & suæ ecclesiæ deser-
uientibus necessaria Episcopus subminis-
tret: reliqua quæ supersunt fidelium vsi-
bus ministraturus: ita & præbendæ eccle-
siarum, eadem charitate manente, piè & re
ligiosè possunt distribui: nec tunc rebus ec
clesiæ, vt propriis, sed vt communibus vti
litatibus deseruituris: vt ex his quę sibi as-
signata sunt, primùm sibi necessaria perci- B
piat: siqua verò suis necesitatibus super-
sunt, in communes vsus ecclesię expendat.

Vnde Augustinus ad Bonifacium:

De eodem.

SI priuatũ possidemus, quod nobis suf-
ficiat non illa nostra sunt: quorum pro-
curationem quodammodo gerimus, non
proprietatem nobis vsurpatione damnabi
li vendicemus. Ostensum est, quomodo
liceat clericis habere proprium, & quomo C
do non. Item quomodo res ecclesiæ per
præbendas diuidi possint.

QVAESTIO II.

An res ecclesię, quę ab eis datę sunt possint constare aliqua firmitate eis, qui eas acceperũt.

NVNC

NVNC queritur, si Sacerdotes aliqua de rebus ecclesiæ dedisse noscuntur, an his qui eas acceperunt, aliqua firmitate cõstabũt? cùm res ecclesiæ nullo modo distrahi possint, & distractæ possideri multis autoritatibus prohibeantur. Ait enim Stephanus Papa: *Anacletus Pa. epist. 1. id habet.*

Ecclesiæ pecuniam auferens, velut homicida damnatur.

B QVi Christi pecunias & ecclesiæ aufert, fraudat & rapit, vt homicida, in conspectu iudicis deputabitur. Item Pelagius Hostilio Episcopo:

Quicquid de sacratis vasis vel ministeriis à quolibet clerico vsurpatum fuerit, ecclesiæ restituatur.

AVgustino nostræ sedis notario suggerẽte, didicimus, ꝙ ei dilectio tua directis apicibus indicasset, quosdam de clero tuo, & maximè parœciarũ ad te pertinẽtiũ

C nõ pauca sacrata vasa, vel ministeria, distraxisse: & aliqua huiusmodi perpetrasse, quę à religioso aliena sunt proposito. Charitatẽ verò tuã, vt hoc cõpetẽti solicitudine debeat insequi vel vlcisci, nostrę pręceptionis autoritate volumus cõmuniri: qua de re præsentibus mãdamus affatibus, vt cõpetẽti viuacitatis instãtia qcquid de sacra-

tis vasis vel ministeriis à quolibet clerico A
rum vsurpatum vel distractum fuisse com
pereris, sine cuiusquam moræ interuentu
exigere non dimittas, & ecclesiasticis vsi-
bus reformare. Item Bonifacius Papa:

*Quicquid Domino consecratur, ad ius perti-
net Sacerdotis.*

NVlli liceat ignorare, omne quod Do-
mino consecratur, siue fuerit homo,
siue animal, siue ager, vel quicquid semel
fuerit consecratum, sanctum sanctorũ erit B
Domino, & ad ius pertinet Sacerdotum.
Propter qđ inexcusabilis erit omnis, qui
quæ à Domino, & ecclesia, cui cõpetunt,
aufert, vastat, & inuadit vel eripit: & vsq;
ad emendationem, ecclesiæque satisfactio
nem, vt sacrilegus, iudicetur: & si emẽdare
noluerit, excõmunicetur. Item Gre. vij.

*Excommunicationi subiaceat qui ecclesiasti-
ca prædia inuadit.*

QVicunque militum, vel cuiuscunque
ordinis vel professionis persona, prę C
dia ecclesiastica à quocunque Rege seu se-
culari Principe, vel ab Episcopis inuitis
seu Abbatibus, aut aliquibus ecclesiarum
rectoribus susceperit, vel inuaserit, vel eo-
rum consensu tenuerit: nisi eadem prædia
ecclesiis restituerit, excõmunicationi sub-
Epist. 2. iaceat. Item Pius Papa:

Sacri

Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia ecclesiastica vexat.

PRædia diuinis vsibus tradita, quidam humanis vsibus applicant: & Deo nostro, cui tradita sunt, ea subtrahunt, vt sibi inseruiant. Quapropter ab omnibus illius vsurpationis contumelia depellenda est: ne prædia vsibus secretorum cælestium dicata, à quibusdã irruentibus vexentur. Quod si quis præsumpserit, vt sacrilegus iudicetur. Item Anacletus Papa: *Ana. epist. prima.*

B *De eodem.*

QVi abstulerit patri aut matri aliquid, dicitque hoc peccatum non esse, homicidij particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit: mater verò nostra ecclesia est, quæ nos in baptismo regenerauit. Ergo qui Christi pecunias & ecclesiæ rapit vel fraudat, homicida est.

Item Ioan. Papa iij. *Io. 1. epi. 1. ad Zacha. Archiepis.*

Quadruplũ restituat, qui res ecclesiæ inuadit.

C IN antiquis ecclesiæ statutis decretũ est, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus: sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde in Euangelio scriptũ est, Quòd si aliquid defraudaui, reddo quadruplum: & in legibus seculi cautum habetur, Qui rem surripit alienam, &c. vt infra in autoritate Eusebij. Item Gregorius *Luc. 19. b*

Epistol.33. libro 4. seu cap.77. ad Constantiam reginam Galliæ: A

Protenore secularium legum puniantur invasores rerum ecclesiasticarum.

CVm deuotissimam dominam sciã de cælesti vita atq; remedio animæ suæ sedulò cogitare, culpam me committere vehementer existimo, si ea quæ pro timore Dei omnipotentis sunt suggerẽda, siluero, & te sanctissimam de ecclesiastica pace sedulò nõ commonuero. Nimis me Iuliani fratris & Coëpiscopi nostri proclamatio nuper contristauit, maximè cùm villę suę, B id est, ecclesiæ à nequissimis prædonibus sunt deprædatæ, atque nocturnis incẽdiis more furum combustæ: & dum iidem maligni iuxta nostri prædecessoris Bonifacij decreta pro violata immunitate illud emẽdare noluerunt, dum & seculi leges hæc eadem ita se habere voluerunt, lege vulgari teste, in qua sic scribitur. Si quis manu armata vsque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciẽdum venerit: ille qui C prior est, pro illicita præsumptione componat solidos nongentos: sequaces verò eius vnusquisque solidos lxxx. Si verò incendium fecerint, sibi nouies tantum componant. Si verò prædam fecerint, in quadruplum restituant. Idem:

De eodem.

Si se

A SI seculi leges talem iustitiã habere voluerunt, lex diuina cur inferior esse debebit? cùm in ipsius Veritatis præsentia à Zachæo collaudatum sit, vt si aliquid defraudaret, in quadruplum restitueret. Et quia summum in rebus bonum est iustitiã colere, ac sua cuique iura seruare: & in subiectos nón sinere quod potestatis est fieri, sed quod æquũ est custodire (quod & vos diligere, & omnino confidimus studere) ea propter excellentiæ vestræ mense Nouembrio præsentis anni, secunda indictione Petrum fratrẽ & Coëpiscopum nostrũ à gremio sanctæ Romanæ ecclesiæ transmittemus, vt fratribus eiusdem prouinciæ in vnum congregatis, immunitas violata & prẹsumptio & sacrilegium canonica au toritate & vestra regia dignitate talem ter minum accipiãt, ne posthac membra Diaboli filij nequam in sancta ecclesia (te etiã ibi regnante) talia præsumant. Item Eusebius Papa: *Luc. 19. b* *Euse. epi. 2. ad Ægyptios.*

C *Ecclesiæ res surripiens in decuplum restituat, quod abstulit.*

IN legibus seculi cautum habetur: Qui rẽ surripit alienam, illi cui res direpta est, in decuplum, quæ sublata sunt, restituat. & in lege diuina legitur: Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. *Deut. 27. c*

Talia ergo non præsumãtur absque vltione: nõ hæc exerceantur absq; damnatione. Proinde si quis ecclesiasticas oblationes, & quod Deo cõsecratum est, rapuerit, vel cõsenserit facientibus, vt sacrilegus diiudicetur, & damnum in quadruplũ restituat, & canonicè pœniteat. Contrà Greg. scribit Augu. Anglorum Episcopo de his qui furtim auferunt aliquid de ecclesia: A

Gre. cap. 1. responsionũ ad Augu.

Sine augmento sibi ablata ecclesiam recipere oportet.

FRaternitas tua ex persona furis pensare potest qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia furtũ perpetrant: & sunt alij qui hac in re ex inopia delinquunt. Vnde necesse est, vt quidã damnis, quidam verò verberibus corrigãtur: & cùm paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehẽnæ ignibus tradatur. Addis etiam, quo augmento ea quæ furto de ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, vt ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærere. Verùm illud Eusebij de legum seueritate, istud Gregorij de ecclesiastica mansuetudine dictum intelligitur. Item Deus dedit Episcopo Mediolanensi: B C

Non

A *Non ſunt alienanda in Epiſcopatu acquiſita.*

REs in Epiſcopatu acquiſita Sacerdotibus nulla eſt alienandi licentia. Item ex vj. ſynodo vniuerſali:

Vaſa ſacra, niſi pro redemptione captiuorum, non ſunt alienanda.

APoſtolicos & paternos Canones renouans, hæc ſancta & venerabilis ſynodus diffinit, neminem prorſus Epiſcopum vendere vel vtcunq; alienare cimelia * & vaſa ſacrata, excepta cauſa olim ab antiB quis Canonibus ordinata, videlicet pro redemptione captiuorum: ſed non tradere ſalaria eccleſiarum in emphyteutica pacta: nec alias ruſticas poſſeſsiones venundare, ac per hoc eccleſiaſticos reditus lædere, quos ad propriã vtilitatẽ, & ob eſcam pauperũ, & peregrinorũ ſuſtentationẽ eſſe decernimus. Et paulò pòſt: Quiſquis autem poſt hanc diffinitionem noſtram cõtrariũ quid huic ſanctę ſedi ac vniuerſali ſynodo C agere tentauerit, deponatur, vt præuaricator diuinarum rerum & præceptorum, caſſata videlicet omnino quæ facta eſt in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, ab Epiſcopo vẽditione, vel emphyteutica traditione, vel alia qualibet alienatione cimeliorũ, & ſalariorũ locorũ. Qui verò ceperit aut emerit aliqd ex prædictis cimeliis vel ſalariis, & nõ reſtitue

* κειμήλια *Græcè theſauri dicũtur, opes, pecuniæ repoſitæ, inſtrumenta pretioſa, aurea vaſa, clinodia. inde Cimeliarchus, C. de agri. & cen. l. litibus, li. xi.*

restituerit ecclesiæ iterũ quę ecclesiæ sunt, vel non reddiderit ad incidendum chartã venditionis vel emphyteuseos, sit anathema, vsque dum fecerit, quod ab hac sancta & vniuersali synodo confirmatum est. Si autem Episcopus conuictus fuerit construxisse monasterium de ecclesiasticis reditibus, tradat eidẽ ecclesię ipsum monasteriũ. A

Grego.epi. 25.seu cap. 199.lib.6.

Itẽ Grego. Domino Episcopo Messano:

Pro redemptione captiuorum sacra vasa non prohibentur alienari.

ET sacrorum Canonum & legalia statu ta permittunt, ministeria ecclesiæ pro captiuorum esse redemptione vendenda. B

Idem Demetrio & Valeriano clericis Firmianis: *

** Firmanis. Grego.li.7. epist.14.*

Res ecclesiæ licitè impenduntur pro redemptione captiuorum.

SAcrorũ Canonũ statuta, & legalis permittit autoritas, licitè res ecclesiasticas in redẽptionẽ captiuorũ impendi. Et ideo, qa edocti à vobis sumus, ante annos scilicet xviij. Fauiũ* Episcopũ ecclesię Firmianę*, xj. libras argẽti de eadẽ ecclesia p redẽptione vestra, ac patris vestri Pasini, fratris & Coëpiscopi nostri, tũc verò clerici, necnõ matris vestræ, hostibus impẽdisse, atq; ex hoc quãdam formidinem vos habere, ne hoc quod datũ est, à vobis quolibet C

**al.Fabiũ. al. Famũ. * Firmana.*

tempo

A tẽpore repetatur: huius prȩcepti autoritate ſuſpicionem veſtram præuidimus auferendam, conſtituentes nullam vos exinde hæredesque veſtros quolibet tempore repetitionis moleſtiam ſuſtinere, nec à quoquã vobis aliquam obiici quęſtionem. Idem: *Grego. epi. 35. lib. 6. ad Dominum Epiſcopũ. 2. pars.*

Res eccleſiæ deſolatæ, non præponuntur captiuis.

SIcut omnino graue eſt, fruſtra eccleſiaſtica miniſteria venundare, ſic iterum culpa eſt imminente huiuſmodi neceſsitate res maximè deſolatæ eccleſiæ captiuis

B ſuis præponere, & in eorum redemptione ceſſare. Quæ verò pœnitentia huiuſmodi inuaſoribus atque prædonibus, qui vaſa ſacra & reliqua diuino cultui dedicata ſunt pollutis manibus arripuerint, & quaſi profana contrectant, ſit indicenda, Nicolaus *Nico. 1.* Papa definit, ſcribens Frontario Archiepiſcopo Burdigalenſi:

Inuaſoribus rerum eccleſiaſticarum quæ pœnitentia ſit imponenda.

C DE viro nefando, Burgando nomine, qui rabie inſana commotus diabolicis ſe irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera & cõpita inſidians vobis, in veſtræ eccleſiæ villa vnà cum clericis veſtris manentibus, & populum ſalubribus inſtruere dogmatum monitis decertãtibus, paneque ſpiritualis verbi

verbi vacua hominum corda reficiẽtibus, atque laudabile propriæ ſalutis deſideriũ habentibus, ſancta Apoſtolorum Petri & Pauli limina viſitare : collectis malitiæ ſuę ſequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias inuaſiones & deprædationes violẽtas inferre dæmoniaco auſu præſumpſerit: & vt epiſtolæ veſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraque dominici corporis & ſanguinis vaſa, inſuper & ſanctũ chriſma pollutis arripere manibus, quaſi vilia, & ad vſum cõmunem apta præſumpſerit: dilectio nos veſtra cõſuluit, ſi ipſe vel qui cũ eo in tã impio & iniquo ſcelere fuerũt, ad pœnitentiam quandoq; gratia tacti diuina venire voluerint: quò eos pœnitentię vinculo conſtringatis, noſtrę inſtitutionis cenſuram expoſcere curaſtis: de quibus (ſi tamen ita eſt) iubemus, cùm ad pœnitentiam quandoq; reuerti acceleraverint, vno anno extra eccleſiam Dei conſiſtere, cuius ſacratiſsima vaſa extra ritum fidei Chriſtianæ diripiendo auferre non dubitauerant: ſecundo verò anno ante fores eccleſię ſine communione maneant: tertio verò anno eccleſiam Dei ingrediantur: & inter audientes adſtent ſine oblatione, nõ mãducãtes carnẽ, neque bibentes vinum, pręter natiuitatis & reſurrectionis dominicæ dies.

A

B

C

Quar

Quarto præterea anno (ſi his prioribus tri
ous annis eorum fructuoſus fuerit pœnitẽ
iæ labor) cõmunioni fidelium reſtituan
ur: totaq; mentis intentione ſpondentes
talia ſe vlterius nũquàm facturos, corpus
& ſanguinem Domini ſuſcipere merean-
tur: & vſque ad ſeptimum annum tribus
in hebdomada diebus ſine eſu carnium &
vini potatione maneant pœnitentes. Itẽ
in concilio Leonis Papæ quarto:

Res eccleſiæ Epiſcopus vſurpare vel alienare non præſumat.

MOnemus & irrefragabiliter affirma- 3. pars.
mus, vt nullus Epiſcoporũ, vel Sacer
dotũ rẽ tituli ſui vſurpare pręſumat: ſed ne
q; ſalariũ à Chriſtianis ſanctis locis oblatũ
cauſa amicitię, vel timoris, aut muneris p-
tẽtet auferre: ne eccleſia Dei ad nihilũ redi
gaẽ. Quod qui facere pręſumpſerit, Epiſco
pus vel Sacerdos, canonicã ſine dubio ſub
eat vltionẽ: & qd' eccleſiæ iniuſtè ablatum
C eſt, reddere cõpellatur, ita vt deinceps nul-
las vires pro his ad litigandũ vel poſsiden
dũ habere poſsit. Itẽ ex hiſtoria Euſebij
Epiſcopi Cæſarienſis, capite duodecimo:

Epiſcopo vel Abbati res eccleſiæ alienare non licet.

QVisquis Epiſcopus vel Abbas de ſa-
lariis Epiſcopi vel monaſterij tranſ-
ferre

ferre quicquam in principum manus, vel etiam alij personæ conferre voluerit: irritum sit quod datum esse constiterit, secundum Canonem sanctorum Apostolorum, qui dicit: Omnium ecclesiasticarum rerũ Episcopus habeat solicitudinem, & dispenset eas, tanquam Deo contemplante. Non liceat autem ei fraudare quicquã ex illis, vel cognatis propriis dare, quæ Dei sunt. Quòd si pauperes fuerint, vt pauperibus largiatur: sed non sub horũ occasione, quæ sunt ecclesiæ, defraudentur. Quòd si calliditate vsus, excusationem prætẽderit Episcopus, damnum facere, & nihil ad profectum agrum vel locũ existere: nec sic principibus tribuatur ager vel locus, sed clericis vel agricultoribus. Quòd si calliditate vsus fuerit princeps, & vel à colono vel à clero agrum emerit, sit irrita venditio, & restituatur Episcopo, vel monasterio. Episcopus vel Abbas hoc faciens, abiiciatur, tanquam qui dispersit, quæ non collegit. A B C

In synodo cap. 4. Item Symmachus Papa:

Prædia ecclesiæ non liceat Papæ alienare.

NOn liceat Papæ prædiũ ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate: nec in vsumfructũ rura dare, nisi tantummodo domos, quę in quibuslibet vrbibus non modica impẽsa sustentantur. Qua

lege

A lege omnes custodes adstringãtur, vt donator, accẽsator, vẽditor honorẽ perdat: & q̃ subscripserit, anathema sit, cũ eo q̃ dedit, vel qui recepit, nisi restituatur. Liceat etiã q̃buslibet ecclesiasticis personis cõtradicere, & cũ fructibus alienata reposcere. quod nõ solũmodo in Apostolica cõseruãdũ est ecclesia: verùm etiã vniuersis ecclesijs per prouincias quidẽ dicitur id cõuenire. Itẽ: *In synodo Romana. Cap. 6*

Qui res ecclesiasticas vendit, ad altare non audeat accedere.

B INdignè ad altare Domini properare permittitur, qui res ecclesiasticas audet inuadere, aut iniustè possidere, aut iniqua vel iniusta defensione in eis perdurare: de quibus debet esse tanta prouisio, vt vindictam admonitio præcedat, & res vsurpatas iniustè qui abstulit, aut iniustè ablatas qui retinet, æquitate patrocinante legibus restituat. Quòd si neglexerit, & necessitas cõpulerit, demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. Valde enim
C iniquum & ingens sacrilegium est, vt quæcunque vel pro remedio peccatorum, vel pro salute ac requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit: ab his quibus maximè seruari conuenit, id est, Christianis & Deum timentibus hominibus in aliud

transferri vel conuerti permittatur. Propterea qui hæc non prouiderit, & aliter quàm scriptum est, prædia ecclesiæ tradita petierit vel acceperit, aut possederit, nisi se citò correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur, sitq; accipienti, vel donãti, vel possidenti anathema, & institutæ pœnæ contubernium assiduum: nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas, sine aliqua pietatis consideratione, dispergit. Item Nicolaus Papa Adoni Viennensi Archiepiscopo: A B

Excommunicentur, qui Principum autoritate res inuadunt ecclesiæ

DE rebus, quæ semel Deo contributæ atque dicatæ sunt, & postea sub occasione concessionis Principum à quibusdã inuaduntur atque diripiuntur, sancimus vt prius consulatis Principem ad resecandam tam præsumptiuam factionem: & cognoscẽdum, vtrùm illius sit concessio, an inuasoris præsumptio. Quòd si principis inordinata fuerit largitio, & ipse Princeps sit pro emendatione redarguendus. Si autem inuasoris declaratur præsumptio, vsquè ad emendationem excommunicationis sit vindicta coërcendus. Item Gelasius Iu- C

stino

A ſtino Archidiacono,& Fauſtino defenſori:

De rebus eccleſiæ non eſt aliquid alienandum.

VObis enim & famæ veſtræ conſulendum duximus,vt Pontificis veſtri loco vobiſcum ab eodẽ aliquis ſubrogetur, qui eius nomine pariter vniuerſa diſponat: quatenus omnia prædia ad veſtrũ reuocetis ſtudium:nec cuiquam clerico pro portione ſua aliquod ſolũ eccleſiæ putetis eſſe deputandum,ne per incuriam & negligentiam minuatur:ſed omnẽ pẽſionis ſummã
B ex omnibus prædiis ruſticis vrbanisq; collectam ad Antiſtitem deferatis.Ex qua tamẽ collectione habeatur ratio,quid ad cauſas vel expenſas accedentium neceſsitatum opus eſſe perſpicitur, & de medio ſequeſtretur,& quatuor portiones, videlicet vel de fidelium oblatione,vel de hac fiant modis omnibus penſione,ita vt vnam ſibi tollat Antiſtes,aliam clericis pro ſuo iudicio & electione diſpertiat, tertiam pauperibus ſub omni conſcientia faciat erogari,
C fabricis verò quartam,quæ cõpetit ad ordinationẽ Pontificis,erogatione veſtra decernimus eſſe pẽſandam. Si quid fortè ſub annua remanebit expenſa, electo idoneo ab vtraque parte cuſtode tradatur enthecis,vt ſi maior emerſerit fabrica, ſit ſubſidio quod ex diuerſi temporis diligentia

potuerit custodiri: aut certè ematur pos- A
sessio, quæ vtilitates respiciat communes.

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni Episcopis

Diuini muneris participatione priuetur, qui ecclesiastica priuilegia calcat.

*al. qui & humanis.

QVi & diuinis *& humanis legibus inciuili damnatione calcatis, & reuerentia religionis abiecta, vel ecclesiastica priuilegia calcare contendunt, vel vbilibet in pauperum prosilire dispendium, nec huiusmodi, saltem commoniti, conuictique, B
nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta resarcire: meritò diuini muneris participatione sunt priuandi: & huius perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuêre despectui. Cælestinus verò Presbyter fratris & Coëpiscopi nostri Sereni, qui cõtra Põtificale iudiciũ, contraque Apostolicæ sedis mandatũ prorumpens, suprà dictis communionem sacram ministrare præsumpsit: cùm non po- C
tuerit ignorare sententiam proprij Sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico repellatur: vt nullus ecclesiæ ministrorum contra Pontificalia instituta venire contẽdat. Idem eisdem: *De eodem.*

VVlteranæ ecclesiæ actus vel patrimonium quod hactenus cõperimus destitutum

A tutũ,& poſt dãnationẽ Euchariſti,quo fue
rat deprauãte diſperſum,curę veſtrę decre
uimus eſſe delegãdũ:vt diligẽtia (qua vos
pro vtilitatibus eccleſiæ exiſtimamus eſſe
vigilantes)prędia culturę reſtituatis anti-
quę,& reuocetis,ſi qua ſunt vẽdita aut do-
nata mãcipia.Poſſeſsiones etiã,quas ab Eu
mãtio & Opilone epiſcopis,vel cęteris quo
uis iure videritis teneri,quia cõtra cõſtitu-
ta ſynodi ab Epiſcopis prędia alienari nul-
lo potuerũt cõmento,nihilò minùs reuocẽ
B tur.Sit emptoribus ad eum recurſus, qui
præſumpſit aliquid de eccleſiæ rebus il-
licita venditione diſtrahere: ita vt penſio-
nes annuas ad Pontificem deferatis , cui
priuilegia ſua integra conuenit omni ra-
tione ſeruari, vt eius diſpenſatione por-
tiones proueniant conſuetæ:ita vt portio-
nem quartam quæ ad eos pertinet, ſua
Pontifex ordinatione diſtribuat , prout
cuiuſque locum meritumque cognoſcit.
Pariter etiã ex fidelium oblatione facien-
C dum eſt, vt clericis quartam partem ero-
get pro conſideratione ſuæ electionis An-
tiſtes.Fabricarum etiam portio Epiſcopo
ſciente & diſponente, veſtra erogatione
pendatur:quatenus nihil penitus in detri-
mentum alicuius rei patiamini generari.

Idem clero & ordini & plebi Brunduſij.

Redituum & oblationum duæ portiones cleri cis committantur. A

COncesso vobis, quem petistis, Antisti te fratre iam & Coëpiscopo meo Iuliano, necessarium fuit, eodē ad ecclesiam suam mox remisso, ad vos nostra scripta pariter destinari, quibus agnoscere tis, eidē fuisse præceptū, ne vnquam ordinationes præsumat illicitas. Et infrà: Reditus & oblationes fidelium in quatuor partes diui dat: quarum vnam Episcopus sibiipsi retineat: alteram clericis pro officiorum suo- B rum sedulitate distribuat: fabricis tertia, quartam pauperibus & peregrinis habeat fideliter erogandam. Quarum rationem diuino est redditurus examini. Idem:

Gelas. Pa. l. c. 29. epis. ad Episcopos per Lucaniam & Brutiam.

De oblationibus fidelium quot portiones fiāt, & quæ cuique proueniat.

QVatuor autem, tam de reditu, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudū rationabiliter est decretum) conuenit fieri C portiones: quarum vna sit Pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta est fabricis applicanda. De quibus, sicut Sacerdotis interierit, integram ministris ecclesiæ memoratam dispendere quantitatē: sic clericus vltra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea

verò

A verò, quæ ecclesiasticis restaurandis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorũ deceat instauratio sanctorum manifesta: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum Præsul impendia his sacris ædibus deputata conuertat. Ipsam nihilò minùs adscriptã pauperibus portionem, quanquam diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur: tamen iuxta hoc quod scriptum est, Vt videant opera vestra bona, & glori- *Matth.5.*
B ficent Patrem vestrũ, qui in cælis est: oportet etiam præsenti testificatione prędicari, commendari, & bonæ famæ præconiis non taceri. quapropter nec clericorum quispiam, &c. Itẽ Simplicius Papa Flo- *Simplicius epist.3.*
rentino & Equitio Episcopis:

De reditibus oblationum & redituum ecclesiæ quatuor portiones Presbytero dispensandæ credantur.

C DE reditibus ecclesiæ vel oblatione fidelium, sola Episcopis ex his vna portio remittatur: duæ ecclesiasticis fabricis & erogationi pauperum profuturæ à Presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur: vltima clericis pro singulorũ meritis diuidatur. Et infrà: Cui, id est, Gaudentio Episcopo specialiter hoc præcipimus, vt tres illas portiones, quas triẽnio sibi tantũ

dicitur vendicasse, restituat. Item Grego A
Epis. 11. li. 3 rius Maximiano Episcopo Syracusano.

De reditibus ecclesiæ etiam nouiter quæsitis, quarta pars clericis erogetur.

COgnouimus de reditibus ecclesiæ nouiter acquisitis, ad Canonicam dispositionem quartarum minimè prouenire, sed Episcopos locorum distribuere tantũmodo quartam antiquorum redituum, nũc verò quæsita suis vsibus retinere. Quã rem prauam, subintroductamque consuetudinem, fraternitas tua viuaciter emenda B
re festinet: vt siue de præteritis reditibus, siue de his quæ obuenient, vel obuenientibus, quartæ secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum nanq; est, vnam eandemque ecclesię substantiam
Greg. in re spõsione ad primã interrogationem Augustini. duplici quodammodo iure censeri. Idem Augustino Episcopo Anglorum:

De stipendio ecclesia quatuor debent fieri portiones.

MOs est Apostolice sedis ordinato Epi C
scopo præcepta tradere, vt de omni stipendio, quod accedit, quatuor debeant fieri portiones: vna videlicet Episcopo & familiæ eius propter hospitalitatem atque susceptionem: alia clero, tertia verò paupe ribus, quarta ecclesiis reparandis. Item ex concilio Toletano. *De eodem.* *Palea.*

Sanct

A SAncimus omnibus Epiſcopis curã laicorũ eis inſtare, vt ſi quos in fide Chriſti inuenerint, nimio affectu diligant: & inſuper confirmamus, vt ſi aliqua ab ipſis accipiant dona, ſtatim in quatuor diuidant partes, ita vt prima pars ſecundum Apoſtolorum præcepta titulorum, necnon cœmeteriorum reſtaurationibus diligẽter attribuatur, ſecunda clericis, tertia cunctis pauperibus, quarta verò aduenis. Item ex concilio Agathenſi: *Cap. 23.*

B *Omnes Presbyteri per iuſſionem Epiſcopi res eccleſiæ diſpenſare ſtudeant.*

STatuimus (quod Epiſcopi omnes iubent) vt ciuitatenſes, ſiue diœceſani, Presbyteri, vel clerici, rem eccleſiæ ſaluo iure eccleſię, ſicut permiſerint Epiſcopi, teneant: vendere autem aut donare penitus non præſumant. Quod ſi fecerint, & facta venditio non valebit, & de facultatibus, ſi quas habent proprias, indemnem eccleſiã reddant, & communione priuentur. Itẽ ex eodem concilio: *5. pars.*

C *Cap. 26.*

De clericis, qui documẽta eccleſiæ ſupprimũt, aut aduerſarijs impendunt.

SI quis de clericis documenta, quibus eccleſiæ poſſeſsio firmatur, aut ſupprimere, aut negare, aut aduerſariis fortaſſe tradere damnanda & punienda obſtinatione

præsumpserit, quicquid per absentiam do A
cumentorum damni ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddat, & commu nione priuetur. Hi autem, qui in damno ec clesiæ impiè solicitati à traditoribus aliquid susceperint, superiori sententia te-
Cap. 11. neantur. Item ex eodem:

Episcopus hæredem non habens, non alium, quàm ecclesiam hæredem instituat.

EPiscopus, qui filios aut nepotes non habuerit, alium quàm ecclesiam non re- B
linquat hæredem. Si quid de ecclesia non in ecclesiæ causa, aut necessitate præsumpserit, quod distraxit, aut donauit, irritũ habeatur. Qui verò filios habet, de bonis quæ reliquit, ab heredibus eius indẽnitati-
Cap. 49 bus ecclesiæ cõsulatur. Item ex eodem:

Qui in clero constituti sunt, de rebus ecclesiæ nihil alienare præsumant.

DIaconi vel Presbyteri in parœcia constituti, de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel do C
nare: quia res ecclesiæ sacratæ Deo esse nosc untur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ (vt superius comprehensum est) alienare præsumant. Quod si fecerint, conuicti in concilio & ab honore depositi, de suo proprio aliud tantum restituant, quantum vili fuerint præ-

A sumpsisse. Libertos etiam, quos Sacerdotes vel Diaconos de ecclesia Christi sibi commissa facere volunt, actus ecclesiæ prosequi iubemus: quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium. Item ex eodem: Cap. 11.

De possessione ecclesiastici iuris quicquid à Presbytero distrahitur, inane habeatur & vacuū.

QVicquid parœciarum Presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur & vacuum vendi-
B catione comparantis, & actione venden-tis. Item Vrbanus Papa:

Alienationes factæ ab intrusis & ordinationes, sine consensu clericorum, irritæ sunt.

ALienationes omnium per intrusionē seu canonicè electorum, sub Episcopi nomine aut Abbatis, qui secundum ecclesiæ suę vsum consecrandus est, alienationes, dico quocunque modo factas, necnon & ordinationes personarum ab eisdē
C sine communi consensu clericorum ecclesiæ, siue per simoniam itidem factas, irritas iudicamus. Illud etiā per omnia interdicimus, vt nullus clericus prębendā suā, seu beneficium aliquod ecclesiasticum, aliquo modo alienare præsumat, quod si presumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & vltioni canonicæ subiacebit.

Item

Cap. 16. Item ex concilio Ilerdensi: A

Episcopo defuncto, vel adhuc in supremis agẽte, de rebus ecclesiæ nihil est vsurpandum.

HAec huius placiti constitutione inter nos cẽsura placuit custodiri, vt de defuncto Antistite, vel etiam adhuc in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradúsve sit, quicquam de domo eius præsumat, vel de vtilitate, quæ instrumenti domus esse noscitur, id est, mobilis & immobilis rei ecclesiasticæ, conetur inuadere, nihil furto, nihil dolo supprimens, auferens, atque abscõdens. Sed is, cui domus cõmissa est subiunctis sibi vno vel duobus fidelissimis, omnia vsque ad tempus substituendi Pontificis debet conseruare: & his, qui in domo inueniuntur clericis consuetam alimoniam ministrare. Substitutus autem Antistes susceptæ sedis commoda ordinabit, velut Deus imperabit, vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit disciplinæ & charitati prædecessoris sui fideliter paruisse. Quòd si quisquam post hæc cuiuslibet ordinis (vt superius dictum est) clericus, quacunque occasione vel de omni facultate quidpiam probatus fuerit abstuliſse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegij prolixiori anathemate cõdẽnetur, & vix ei peregrina cõmu- B C

nio

A nio concedatur: quia durum est, vt hi quos constat in seruitio Domini cum primę sedis Antistite desudasse, ab his qui suarum rerum incubatores, vel vtilitatibus seruiẽtes atque vacantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crucientur. Item ex concilio Toletano iiij. Cap. 66.

Episcopi, qui nihil ecclesiæ conferunt, famulos eius libertate non donent.

ET si illi, qui nulla ex rebus suis pauperibus Christi distribuunt, æterni iudi-
B cis voce condemnabuntur in futuro: quanto magis hi, qui auferũt pauperibus, quod non dederunt? Quapropter Episcopi, qui nihil ex suo proprio ecclesiæ Christi compensauerunt, hanc diuinam sententiã metuant, & liberos ex familia ecclesiæ ad cõdemnationem suam facere non præsumãt. Impium enim est, vt qui res suas ecclesiæ Christi non contulerit, damnum inferat, & ius ecclesiæ alienare contendat. Tales
C igitur liberos successor Episcopus absque vlla oppositione ad ius ecclesiæ reuocabit: quia eos non æquitas, sed improbitas absoluit. Item ex concilio Aurelianensi:

De clericis, qui documenta ecclesiæ supprimũt, aut negant, aut aliis damnabiliter tradunt.

SI quis de clericis documẽta, quibus ecclesiæ possessio firma tenetur, aut supprimere

primere, aut negare, aut auertere, aut fortasse tradere damnabili & punienda obstinatione præsumpserit: quicquid pro absentia documentorum damni ecclesiæ illatum est, de propriis facultatibus reddat. A

Ca. 23. concil. Aurelia. 3

Item ex eodem:

Ministris ecclesiæ de rebus eiusdem ecclesiæ absque Episcopi permissu nihil alienare licet.

ABbatibus, Presbyteris, aliisque ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio deditis, alienare & obligare, absque permissu & subscriptione Episcopi, nihil liceat. Quòd si præsumpserint, degradẽtur communione concessa: & quod temere alienatũ est, ordinatione Episcopi reuocetur. B

Cap. 15.

Item ex synodo Ancyritana.

Res ecclesiæ, quæ absente Episcopo distrahuntur, ad ius ecclesiasticum reuocentur.

SI qua de rebus ecclesiæ, cùm Episcopus non adest, Presbyteri vendiderint, placuit rescisso contractu ad ius ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem erit Episcopi constitutum, si pretium debeat recipi, nécne: propterea quòd sæpe contingit, distractarum rerum reditus ampliorem summam pro accepto pretio reddi. C

Cap. 22.

Item ex concilio Chalcedonensi:

Post mortem Episcopi, res ad eum pertinentes clerici non rapiant.

Non

A NOn liceat clericis, post mortẽ Episcopi sui rapere res pertinentes ad eum: sicuti præcedentibus regulis constitutum habetur. Si verò hoc fecerint, periclitari se nouerint à proprio gradu. Item ex concilio Mediomatricis:

Rescindantur precariæ & commutationes ab inuasoribus factæ.

PRecariæ, & cõmutationes tempore viduatarum ecclesiarum factæ ab his qui loca Episcoporum occupauerant, re-
B scindantur: & cũ autoritate ecclesiastica, vel ciuili, si faciendæ sunt, fiant. Item Greg. Maximiano Syracusano Episcopo: *Epistol. 11. lib. 3.*

Pro labore inuentarij nihil accipiant œconomi de rebus ecclesiæ.

CHaritatem tuam commonere curauimus, vt si quispiam Episcoporum de hac luce migrauerit, vel (quod absit) pro
C suis fuerit remotus excessibus: conuenientibus œconomis, cunctisque clericis prioribus, atque in sui præsentia inuentarium ecclesiæ rerum facientibus, omnia quę reperta fuerint, subtiliter describantur, nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædã, aut aliud quolibet, de rebus, quasi pro faciendi inuentarij labore tollatur. Visitatores ecclesiarum, clericique eorum qui cum ipsis non per suæ ciuitatis parœcias

fatigan

fatigantur, aliquid laboris sui capiant, te disponente, subsidij. Iustum nanque est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. Item ex concilio Vrbani Papę in Aruernia celebrato: A

Excommunicentur laici, qui morientium clericorum audent bona diripere.

DE laicis quæstio facta est, qui morientibus Episcopis, siue aliis clericis, res defunctorum inuasas ecclesiæ pauperibusque surripiunt. Contra quos commune totius concilij anathema prolatum est, ipso Papa huiusmodi sententiã promulgãte: Si quis post interdicti præsentis cognitionẽ Episcoporũ, seu Presbyterorum, aut aliorum clericorũ res inuaserit, vsque ad satisfactionem excommunicetur. Episcoporũ verò deficientiũ res per Archipresbyterorum, seu Archidiaconorũ manus, aut secundũ mortuorum iudiciũ, pro ipsorũ salute in eleemosynas dispẽsentur, aut successori qui futurus est, reseruẽtur. Idipsum de Presbyterorũ, seu clericorũ aliorũ rebus per Episcopũ, vel suprà dictas personas, aut cui deficientes cõmiserint, fiat. Si quis autem aduersus ista præsumpserit, anathema sit. Item Innocentius Papa secũdus: B C

Iuo Carno. refert li. 8.

De eodem.

Illud

A ILlud quod in sacro Chalcedonensi cõcilio institutum est, irrefragabiliter obseruari præcipimus, vt videlicet decedentiũ bona Episcoporũ à nullo omnino hominũ diripiantur: sed ad opus ecclesię & successoris sui in libera œconomi, & clericorum permaneant potestate. Si quis autem amodò hoc attentare præsumpserit, excõmunicationi subiaceat. Qui verò morientium Episcoporum presbyterorum, vel clericorum bona rapuerint, simili sententiæ
B subiaceant. Hoc non solùm de laicis, verùm etiam de Metropolitanis, & quibuslibet aliis clericis, intelligendum est: sicut in sexta synodo legitur:

Res Episcopi morientis Metropolitano non liceat inuadere.

NOn liceat alicui Metropolitano, moriente Episcopo qui sub eo est, aut res suas, aut ecclesiæ suæ auferre: sed sint sub custodia clericorum ecclesiæ defuncti Epi
C scopi, vsque dum alius ordinetur Episcopus. Si verò clerici in ecclesia non fuerint, tunc Metropolitanus illibata omnia Episcopo, qui ibi ordinabitur, reddat. Sicut autem res ecclesię nulli vsurpare licet, ita ecclesiæ aliena inuadere non permittitur.

Epistol. 43. libro 2. ad Bonifacium Episcopũ.

Vnde Gregorius:

Alienam ecclesiam non licet inuadere.

SIcut ecclesia proprias res amittere non debet, ita etiam rapacitatis ardore alienas inuadere non oportet. His omnibus autoritatibus perspicuè monstratur, quòd nulli Sacerdotum res ecclesiasticas alicui tradere licet, & ille qui de manu Sacerdotis facultates ecclesiæ acceperit, nullo iure eas vendicare poterit: sed potius cogetur restituere, quod illicitè accepit. Sed notandum est, quòd quibusdam causis exigentibus res ecclesiæ distrahi possunt. Causa enim necessitatis cum consilio clericorum vel vt meliora prospiciant, res ecclesiæ à Sacerdotibus distrahi possunt. Vnde in Africano concilio legitur. A B

Nisi causa necessitatis, nec Episcopo liceat rem ecclesiæ suæ vsurpare.

NOn habenti necessitatem, nec Episcopo licet matricis ecclesiæ, rem sui tituli rapere vel vsurpare. Item ex concilio Carthaginiensi:

Vide capi. 4. conc. Carthagi. 5.

Nec Presbyteri ignorantibus Episcopis, nec Episcopi ignorante concilio rem ecclesiæ vendãt. C

PLacuit, vt Presbyteri non vadant rem ecclesiæ, vbi sunt constituti, nescientibus Episcopis suis: quomodo nec Episcopis liceat vẽdere prędia ecclesię incõsulto cõcilio, vel cuncto Presbyterio, sine vlla necessitate. Itẽ ex epistola Leonis Papæ

vniuer

A vniuersis Episcopis per Siciliã cõstitutis.

Nisi vt meliora prospiciat, rem ecclesiæ non licet distrahere Episcopo.

SIne exceptione decernimus, ne quis Episcopus de rebus ecclesiæ suæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere audeat, nisi fortè aliquid horũ faciat vt meliora prospiciat, & cum totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium profuturum ecclesiæ. Et infrà: Episcopus rebus ecclesiæ, tanquam com-
B mẽdatis, nõ tanquà propriis, vtatur. Irrita enim Episcoporũ venditio, & cõmutatio rei ecclesiasticæ erit absque omniũ cõniuentia & subscriptione clericorũ. Item: Domus vrbium, vel castrorum, quę ecclesiæ plus incõmodi, quã vtilitatis afferunt, licet rectoribus ecclesiarum (sicut in superiori capitulo Symmachi, Nõ liceat Papæ, &c. continetur) vẽdere, vel cõmutare. *Cap. 32. concil. Car. 4.*

Item sicut in Agathẽ. concilio legitur: *Cap. 45.*

De eodem.

C TErrulas, aut vineolas exiguas, & ecclesiæ minùs vtiles, aut lõgè positas, paruas, Episcopus sine consilio fratrũ (si necessitas fuerit) distrahẽdi habeat potestatem. Seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non possunt, similiter Episcopis distrahere licet. Vnde in eodẽ cõci. legitur: *6. loco.* *Cap. 16.*

Alienentur fugitiui, qui teneri non possunt. A

FVgitiui domos suos aut familiam deferentes, qui etiãsi reuocati fuerint, teneri nõ possunt, simili ratione ab Episcopis, si voluerint, aut si meruerint distrahãtur. Item ex cõcilio apud Tansiatũ, ca. ij.

Palea.

INiustum videtur & ineptum, vt mancipia, quæ fideles viri, seu fœminę, pro redemptione animæ suæ Deo & sanctis eius consecrauerint, cuiuscunque muneris pretio, vel cõmunicationis cõmercio, iterũ in B
secularẽ seruitutẽ redigãtur, cũ Canonica autoritas seruos fugitiuos tantũmodo distrahi permittat. Et ideo omnes rectores ecclesiarũ summopere caueãt ne vnius eleemosyna, alterius peccatũ fiat. & est absurdũ, vt ab ecclesiastica dignitate seruus de-
9. part. cedẽs, humanæ obnoxius sit seruituti. Itẽ si rectores ecclesiæ de rebus propriis tãtũdẽ ecclesię restituere voluerint, ecclesiasticas facultates liberè dare possunt: & cõsta
C
bunt his, quibus datę fuerint, perpetua firCap. 49. mitate. Vnde in Agathẽ. cõcilio legitur:

Alienatio de rebus ecclesiæ quomodo rata esse poterit.

SI quis qualibet conditione de rebus ecclesiæ aliquid alienare pręsumpserit, si de suo proprio tantùm ecclesiæ contulerit,

A rit, quãtùm viſus eſt abſtuliſſe, tum demũ illud ſtare licebit. Item ſi ſeruos eccleſiæ libertate Epiſcopus donauerit: ea quæ in manumiſsione data illis fuerint, perpetua firmitate tenebunt: ſi tamen quantitatem Canonibus præfixam, data non exceſſerint. Vnde in eodẽ concilio legitur: *1. pars.* *Cap. 1.*

De eodem.

SI quos de ſeruis eccleſiæ benemeritos ſibi Epiſcopus libertate donauerit, collatam libertatem à ſucceſſoribus placuit
B cuſtodiri, cum hoc quod manumiſſor eis in libertatem contulerit. Quod tamen iubemus xx. ſolidorum numerũ & modũ in terrula vel vineola vel hoſpitiolo tenere. Quòd ſi amplius datũ fuerit, poſt manumiſſoris mortem eccleſiæ reuocetur. Sed notandum eſt, quòd ſerui eccleſiarum manumitti non poſſunt, non retento eccleſiaſtico patrocinio, niſi fortè manumiſſor duos eiuſdem meriti & eiuſdem peculij ec
C cleſiæ conferre voluerit. Vnde in concilio Toletano iiij. legitur: *Cap. 67.*

De Epiſcopo, qui non retento patrocinio, ſeruos eccleſiæ manumittit.

EPiſcopus, qui mancipium iuris eccleſiæ non retento eccleſiaſtico patrocinio manumitti deſiderat, duo meriti eiuſdem & peculij, coram cõcilio eccleſiæ, cui

præeminet, per commutationem, subscribentibus Sacerdotibus, offerat, vt rata & iusta inueniatur diffinitio commutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocinio ecclesię concedere poterit: quia eũ, quẽ libertati tradere dispoſuerit, iam iuri proprio acquisiuit. Huiusmodi autem liberto aduersus ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi ac testificandi degenetur licentia. quòd si præsumpserit, placet, vt stante commutatione in seruitutem propriæ ecclesiæ reuocetur, cui nocere conatur. Libertus enim nisi venia impetrata, patronum in ius vocare nõ permittitur. Vnde in ij. lib. Digestorum, titu. de in ius vocãdo: Si sine venia edicti impetrata, libertus patronum in ius vocauerit, ex querela patroni vel suprà dictam pœnam, id est, l. aureos det, vel à Prefecto vrbis, quasi inofficiosus, castigetur, si inopia dinoscitur laborare. Si verò à collegio quis manumissus fuerit, non singulis, sed vniuersitati reuerentiam debet. Vnde in eodem lib. titu. eodem: Qui manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate, singulos in ius vocabit. Nam non est libertus eorum: sed reipublicæ honorem habere debet. Et si aduersus rempublicam, vel vniuersitatem velit experiri, veniam edicti petere debet

A

B

C

Titulo 4. l. 2.

L. 10. eiusdem tit.

A debet, quamuis actorem eorum constitutum in ius sit vocaturus. Si verò ingenuum Princeps fecit, patrono reuerẽtiam non debet. In criminali verò causa si libertus patronum in ius vocauerit, caput eius & fortunas petiturus, ante litis exordium capite puniendus est. Crimẽ verò læsæ maiestatis excipitur, vel si patronam illicito serui concubitu vti deprehenderit: quo casu etiam seruo, cum munere libertatis, dominam accusare permittitur: sicut C. lib. *Tit. 11. libr.*
B ix. titu. de mulieribus quæ seruis propriis *9. Codicis.*
commiscentur, Imperator Iustinianus cõstituisse legitur. Si qua cum seruo suo occultè rem habere detegitur, capitali sententiæ subiugetur, tradendo ignibus verbere, sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit officio copia nuntiandi, sit etiam seruo licentia deferendi: cui libertas probato crimine dabitur. In patronos etiam testificari nõ possunt, nisi in quibusdam casibus, in quibus etiam serui in do-
C minos torqueri, liberti in patronos iubentur. Vnde in libro eodem Codicis, tit. de *Tit. 4. l. 1.*
quæstionibus, Imperatores Antoninus & Seuerus:

De eodem.

QVæstionem de seruis contra dominos haberi nõ oportet, exceptis adulterij criminibus. Item fraudati census ac-

cusationibus,& crimine maiestatis, quod ad salutem Principis pertinet. In cæteris autem, quãquàm secundum ea quæ seruus contra dominum dixerit, iudicaturi sentẽtiam formare non debeant, tamen si aliis quoque probationibus fides veritatis inue stigetur, præscriptionis inuidia euanescit. In pecuniariis verò causis ex inopia proba tionum seruos contra dominum posse in- *li.2.eiusdẽ.* terrogari, manifestum est. Idem: A

INsolitum est & graue exẽplo, audiri seruos aduersus tutores vel matrem dominorum suorum, nisi vbi tutelæ agatur. Si verò libertus sua autoritate à patrocinio ecclesiæ recesserit, si admonitus redire contempserit, in seruitutem reuocabitur. B

Cap.70.sen ei. Toletani 4. VNde in eodem concilio legitur:

De libertis ecclesiæ, qui ab eius patrocinio discedunt.

LIberti ecclesiæ, qui ab eius patrocinio discedentes quibuscũq; personis adhęserint, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit, qui per * inobedientiæ contemptum ingrati actione tenentur. Item ex conci. Hispalensi: C

** obedientia.*

Cap.8.con. Spalẽsis 2.

Reuocentur in seruitutem ecclesiarum liberti, qui contra eius libertatem superbiunt.

OCtaua discussio agitata est de quodã Elisęph ex familia Agabiensis ecclesiæ,

A clesiæ, qui ab Episcopo suo traditus libertati, de libertate confestim ad contumacię morbum transiliit, sicque per superbiam non solùm eiusdem Episcopi malis vel insidiosis artibus salutem lædere voluit, sed etiam patronam ecclesiam, libertatis immemor, prædamnauit. Aduersus quem ingrati actio Canonum & legum autoritate iustè dirigitur: scilicet vt immeritæ libertatis damno mulctatus, ad seruitutis nexũ coactus reuocetur. Talium enim status, qui
B contra Episcopum suum vel patronã ecclesiam nituntur, decidi potius, quàm conseruari, cõuenit: vt quorum libertas pernicio sa est, sit salutifera seruitus: & qui superbire voluerunt adepta libertate, proditi discant obedire subiecti. Item ex concilio Toletano quarto: *Cap. 6. con. Toletani 3.*

A patrocinio non discedant ecclesiæ liberti, ad sacros ordines promoti.

C DE libertis autẽ hæc prȩcipit sancta synodus, vt si q Presbyteri, vel Diaconi ab Episcopis facti sunt, secũdũ modũ, quo Canones antiqui dãt licentiã, sint liberi, & tamẽ à patrocinio ecclesiȩ tã ipsi, quàm ab eis pgeniti, nõ recedãt. Ab aliis quoq; libertati traditi, & ecclesiis cõmẽdati, patrocinio Episcopi colligantur, & ne cuiquã donentur, hoc à Principe Episcopus postulet.

9. pars. Ne verò longinquitate temporis obscu A
retur conditio originis, tempore suæ ma-
numissionis scribant liberti professionẽ,
qua se profiteantur de familia esse eccleſię,
& ab eius obsequio se nũquam recessuros.

Cap. 9. con. Tolet. 6. Vnde in eodem concilio legitur:
Professionem suæ conditionis liberti ecclesiæ faciant.

LOnginquitate sæpe fit tẽporis, vt non pateat conditio originis. Vnde iã decretum est in anteriori vniuersalis concilij Canone, vt professionem suam liberti B
ecclesiæ debeant facere, qua profiteantur se & de familia ecclesiæ esse, & eius obsequium nunquàm relicturos. Vnde his quo que nos adiicimus, vt quotiens cursum vi tæ Sacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit, mox cùm successor eius aduenerit, omnes liberti ecclesiæ, vel ab eis proge niti, chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi, qui substituitur, Pontifici publicare, & professionẽ in cõspectu eccleſię C
renouare: quatenus status sui vigorẽ & illi obtineant, & obedientia eorum ecclesia nõ careat. Si autem scripturas libertatis suæ intra annum ordinationis noui sui Pontifi cis manifestare contempserint, aut professiones renouare noluerint, vacuę & inanes chartulæ ipsæ remaneãt, & illi origini suę

redditi,

A redditi, sint perpetuò serui. Item ex eodē: *Cap. 69. cō-ci. Tolet. 4.*

Nec liberti, nec eorum posteri, à patrocinio discedant ecclesiæ.

LIberti ecclesię (quia nunquàm eorum moritur patrona) à patrocinio ecclesiæ nunquàm discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores Canones decreuerunt: ac ne fortè libertas eorum in futura prole non pateat, ipsaque posteritas sese ab ecclesiæ patrocinio non subtrahat, ne cesse est, vt tam iidem liberti, quàm ab eis
B geniti, professionem Episcopo faciāt, per quam ex familia ecclesiæ libertos se esse fateantur, eiusque patrocinium non relinquant, sed iuxta virtutem suam obsequiū ei vel obedientiam præbeant. Pro remuneratione impensi obsequij res ecclesiasticæ vtiliter possunt donari. Vnde in Toleta- *Cap. 36.* no concilio quarto legitur:

Quæ de rebus ecclesiæ in remunerationē obsequij præstantur, rata permaneant.

C QVicunq; suffragio cuiuslibet aliquid ecclesiasticæ vtilitatis prouiderint, & pro eo quodcunque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos absoluere oportebit: ita vt ad cōcilium cōprouinciale deferatur, vt eorū conniuentia cōfirmetur: quia (sicut Paulus ait) dignus est mercenarius mercede sua. *1. Tim. 5.*

Item

Epis. 18. li. 2. ad Theodorum.

Item Gregorius: A

Serui ecclesiarũ in eorum dominium trãsferri possunt qui ecclesiasticis vtilitatibus deseruiunt.

ECclesiasticis vtilitatibus desudantes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere: vt qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subiiciũt, dignè nostris prouisionibus consolẽtur. Quia igitur Theodorum virum eloquentissimum consiliarium nostrum mancipiorũ cognouimus ministerio destitutũ, ideo puerum B nomine Acosinum natione Siculum iuri dominioque suo dari tradiq; præcipimus: quem quoniam ex nostra autoritate iam possidet, huius necesse fuit scripti, pro futuri temporis testimonio, ac robore largitatis autoritate fulciri: quatenus, Domino protegente, securè eum semper sine vllius retractationis suspicione vt dominus valeat possidere. Miserationis quoque intuitu serui ecclesiarum libertati donari pos-

Epist. 112. lib. 5. sunt. Vnde Grego. Montano & Thomæ: C

Miserationis & pietatis intuitu serui ecclesiarum possunt manumitti.

CVm redemptor noster totius cõditor creaturæ ad hoc propitiatus humanã voluerit carnem adsumere, vt diuinitatis suæ gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo seruitutis, pristinæ nos restitue

ret li

A ret libertati: salubriter agitur, si homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium iugo substituit seruitutis, in ea qua nati fuerant, manumittentis beneficio libertate reddantur. Atque ideo pietatis intuitu, & huius rei consideratione permoti, nos Montanum & Thomam famulos sanctæ Romanæ ecclesiæ (cui Deo autore deseruimus) liberos ex hac die, ciuesq; Romanos efficimus, omneque vestrum vobis relaxamus seruitutis peculium. Hanc autẽ
B manumissionis paginam Paterio notario scribendam dictauimus, & propria manu, vnà cum tribus Presbyteris prioribus, & tribus Diaconis, pro plenissima firmitate subscripsimus, vobisque tradimus. Actum in vrbe Romana. Item serui ecclesiarum publicis angariis non debent fatigari. Vn *Cap. an-* de in concilio Toletano tertio legitur:

Serui ecclesiarum publicis angariis non fatigentur.

C Ecclesiarum seruos, & Episcoporum, vel Presbyterorum, vel omnium clericorum, à iudicibus vel exactoribus publicis in diuersis angariis fatigari dolemus: propter quod omne cõcilium à pietate glorioſissimi Domini nostri poscit, vt tales vsus deinceps inhibeat: sed serui suprà dictorum officiorum in eorum vsibus, vel

ecclesiæ

ecclesię laborent. Si quis verò iudicum vel actorum clericũ, aut seruũ clerici vel ecclesiæ, in publicis ac priuatis negotiis occupare voluerit, à cõmunione ecclesiastica, cui impedimentũ facit, efficiatur extraneus. A

Item pro alimonia pauperũ, pro redemptione captiuorũ res sacras distrahi licet.

Capite 28. lib. 2. Vnde Ambrosius ait in libro de Officiis:

Res sacræ quibus ex causis alienari debeant.

AVrum ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire, quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum auri atque argẽti de templo Domini Assyrij sustulerunt? Nónne melius conflat Sacerdos pro alimonia pauperum, si aliqua subsidia desunt, quàm si sacrilegus contaminat & asportat hostis? Nónne dicturus est Dominus, Cur passus es tot inopes fame mori? Certè habebas aurum, vnde ministrasses alimoniam. Cur tot captiui in captiuitatẽ ducti, nec redempti, ab hoste occisi sunt? melius fuerat, vt vasa viuentium seruares, quàm metallorum. His non potes responsum referre. Quid enim dices? Timui, ne templo Dei ornatus deesset? Respondet: Aurum sacramenta non quærunt: neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacrorum, redemptio captiuorum est. Et B C

A est. Et verè illa sunt vasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte: ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est. Et post pauca: Nemo potest dicere, cur pauper viuit? nemo potest queri, quia captiui redempti sunt. nemo potest accusare, quia templum Dei est ædificatũ: nemo potest indignari, quia humandis fideliũ reliquiis spatia laxata sunt. nemo potest dolere, qa in sepulchris Christianorum, requies defunctorum est. In his
B tribus generibus vasa ecclesiæ etiã initiata confringere, conflare, vendere licet. Opus est, vt de ecclesia mystici poculi forma non exeat: nec ad vsus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ideo primùm intra ecclesiam quæsita sunt vasa, quæ initiata non essent, deinde comminuta: postremò conflata per minutas erogationes dispensata egentibus captiuorumq; pretiis profecerunt. Quòd si desunt noua,
C & quæ nequaquam initiata videantur, & in huiusmodi, quos suprà dixi, vsus omnia arbitror piè posse conuerti. Item Hieronymus ad Nepotianum: *Hieron. de vita clericorum.*

Non parietes templi ornare, sed pauperibus prouidere, gloria Episcopi est.

GLoria Episcopi est, pauperum opibus prouidere: ignominia Sacerdotis est, propriis

propriis studere diuitiis. Natus in paupere A
domo & in tugurio rusticano, qui vix mi-
lio & cibario pane rugientem ventrem sa-
turare poteram, nunc similam & mella fa-
Ibidē pau- stidio. Item eiusdem: Multi ædificant pa
lò inferius. rietes, & columnas ecclesiæ subtrahunt,
marmora nitent, auro laquearia splendēt,
gemmis altare distinguitur: & ministrorū
Christi nulla est electio. Neque verò mihi
aliquis opponat diues in Iudæa templum,
mensam, lucernas, thuribula, patellas, scy-
phos, mortariola, & cætera ex auro fabri- B
cata. Tunc hæc probabantur à Domino,
quando Sacerdotes hostias immolabant,
& sanguis pecudum erat remissio peccato
rum: quanquàm hæc omnia præcesserint
1. Co. 10. c in figura. Scriptū est autem propter nos, in
quos fines seculorū deuenerūt. Nūc verò,
cùm paupertatem domus suæ pauper Do-
minus dedicauit, portemus crucem, & de-
Ibidem. licias lutum putemus. Item eiusdē: A mi-
co rapere quippiam, furtum est: ecclesiam C
fraudare, sacrilegium est: accepisse pauperibus erogandum & esuriētibus plurimis, illud reseruare, vel cautum, vel timidum est: aut, quod apertissimi sceleris est, exinde aliquid subtrahere omnium prædonum
De instit. crudelitatem superat. Item eiusdem ad
monachi. Paulinum: Crates ille Thebanus, homo

quo

A quondam ditiſsimus, cùm ad Philoſophãdum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit: neque putauit ſe poſſe & virtutes & diuitias ſimul poſsidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena fideliter diſtribuere, qui noſtra timidè reſeruamus? Plenus venter facilè de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe, laudandum eſt.

B Item largitate etiam Epiſcopi ſtipendium de rebus eccleſiæ clericis dare licet: cuius profeſsio ſub precariæ nomine fieri debet. Vnde in concilio Toletano: *Cap. 5. cõci. Toleta. 6.*

Qui beneficium ab eccleſia accepit, eius profeſsionem nomine precariæ faciat.

SAepe fit, vt proprietati originis obſiſtat longinquitas temporis. Quapropter prouidendum decernimus, vt ſi quis clericorum ſtipẽdium de rebus eccleſiæ cuiuſcunque Epiſcopi percepit largitate ſub

C precariæ nomine, debeat profeſsionẽ ſcribere, ne per retentionem diuturnam præiudicium afferat eccleſiæ: & quæcũque in vſu percepit, debet vtiliter laborare, vt nec res diuini iuris videantur aliqua occaſione negligi, & ſubſidium ab eccleſia, cui deſeruiunt, percipere poſsint clerici. Quod ſi

quis eorum contempserit facere, ipse se sti- A.
pendio suo videbitur priuare. Religionis
quoque intuitu ea in quibus ecclesia detri-
mentum nõ patitur, monasteriis tradi pos-
Cap. 4. cõc. Toleta. 3. sunt. Vnde in Toletano cõcilio legitur:
Licet religionis intuitu res ecclesiæ alienare.

SI Episcopus vnam de parœcianis eccle
siis suis in monasterium dedicare volue
rit, vt in ea monachorum regulariter cõgre
gatio viuat: hoc de consensu concilij sui ha
beat licentiam faciendi: qui etiam si de re- B.
bus ecclesię pro eorum substantia aliquid,
quod detrimentum ecclesię non exhibeat,
eidem loco donauerit, sit stabile. Rei enim
bene statuendę sanctum concilium dat con
Cap. 5. con. Tole. noni. sensum. Item ex eodem:
Non vltra quinquagesimam partem rerum ecclesiæ monasterio, quod constituit, Episcopo licet conferre.

BOnæ rei dare consilium, & præsentis
habetur vitæ subsidium, & æternæ re
muneration is expectare cernitur præmiũ. C.
Quisquis itaque Episcoporum in parœcia
sua monasterium construere fortè volue-
rit, & hoc ex rebus ecclesiæ, cui præsidet,
ditare decreuerit: non amplius ibidem,
quàm quinquagesimam partem dare debe
bit: vt hac temperamenti equitate seruata,
& cui tribuit, competens subsidium confe-
rat, &

A rat,& cui tollit, damna grauia non infligat. Ad eccleſiam verò, quæ monaſticis nõ informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare voluerit ſepulturis, non amplius, quàm centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela ſeruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit ex his duabus, remunerationem adſumat. Item Gregor. *Epiſtol. 17. lib. 2. Gratioſo.*

Iure proprietatis res eccleſiæ monaſteriorum ædificiis tradere licet.

B REligioſam vitam eligentibus congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cuiuſquam neceſsitatis occaſio aut deſides faciat, aut robur (quod abſit) conuerſationis infringat. Idcirco tibi autoritate præſenti præcipimus, quatenus domũ poſitam in hac vrbe, regione quarta, iuxta locum qui appellatur, Ad gallinas albas, vel hortum iuris ſanctę Romanæ eccleſię, cui autore Deo præſidemus, in qua Campana quondam vxor Patritij manſiſſe di-

C noſcitur, ſimul & hortũ atq; hoſpitia, quæ intra eandem domum ianua concluſit, eidem debeas tradere proprietatis iure proculdubio poſsidendam: in qua domo monaſterium, vbi cum cõgregatione ſua habitare poſsit, Chriſto adiuuante, conſtruere, & tam ipſa, quã quæ in eius loco honoreq;

succesſerit, prędictam domum & hortum A
cum omnibus ad ſe pertinentibus (ſicut diximus) quieto & inconcuſſo iure à nobis pietatis conſideratione conceſſam valeat poſsidere. Ecce oſtenſum eſt quomodo res eccleſiæ ſine culpa dari poſsint, & conſtare his quibus datæ fuerint.

QVAESTIO III.

Si ante tempus ordinationis ſuæ qui nihil habere videbantur, & poſt ordinationem aliqua inueniſſe noſcuntur, an poſſint ea relinquere, quibus voluerint. B

NVNC quæritur, ſi ante tempus ſuæ ordinationis nihil habere videbantur, quid de his fieri debeat, quæ poſt ordinationem ſuam inueniſſe noſcuntur. De his ita ſtatutum eſt in concilio Cartha. iij. *Cap. 49.*

De his qui primùm nihil habentes, tempore ſuæ adminiſtrationis aliqua acquirunt. C

PLacuit, vt Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinãtur, & tempore Epiſcopatus vel clericatus ſui agros & quæcunque prædia nomine ſuo comparant, tanquam re-

rum

A rum dominicarum inuaſionis crimine teneantur: niſi admoniti eccleſiæ eadem contulerint. Si autem ipſis propriè aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſsione cognationis euenerit, faciant inde, quod eorum propoſito congruerit. Quòd ſi à ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni, tanquam reprobi, iudicentur. Item ex concilio Toletano xj. *Cap. 4. Tolet. 9.*

De miniſtris, qui nulla eccleſiæ occaſione, ſed ſui vtilitate aliqua acquirunt.

B QVicunque de Sacerdotibus vel miniſtris pro ſua vtilitate atque amicitia quocunque modo, aut per ſcripturę ſeriem aliquid meruerint ab aliquo percipere, in rebus eccleſiæ non poterit numerari: ſed quod exinde voluerint facere, ipſorum voluntatis arbitrio ſubiacebit. Quòd ſi hoc poſt eorũ mortẽ inordinatũ fortaſſe remãſerit, eccleſia cui præfuit, vel miniſter extitit, hoc ſibi in perpetuum vendicabit. Ec

C ce quòd illa, quæ non ex officio eccleſiaſtico, ſed ex aliqua præſtatione ſuæ vtilitatis lucratus eſt, poteſt dare, quibus voluerit. Sed quæritur de his, quæ ſibi communiter cum eccleſia, vel ſequeſtratim pro remedio animæ offeruntur, vel de tertia parte, quam de rebus parœcialium eccleſiarum ſibi debitam accipit, ſi ea poterit *2. pars.*

Cap. 6. dimittere, quibus voluerit. De his ita dif A
finitur in concilio Agathensi:

De Pontificibus, quibus ab extraneis vel cum ecclesia, vel sequestratim, aliquid dimittitur.

POntifices, quibus in summo Sacerdotio constitutis, ab extraneis aliquid aut cum ecclesia, aut sequestratim dimittitur, aut donatur: quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo Sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum eccle- B
siæ, inter facultates ecclesię computabunt: quia iustum est, vt sicut Sacerdos habet, quod ecclesiæ dimissum est, ita ecclesia habeat, quod relinquitur Sacerdoti. Sanè quicquid per fideicõmissum aut Sacerdoti, aut ecclesiæ fortasse dimittitur, cuicũq; alij postmodũ profuturũ, id inter facultates suas ecclesia computare aut retinere nõ
Cap. 6. con. Tolet. 9. poterit. Item ex concilio Toletano:

*Episcopus tertiam partem sibi debitam eccle- C
siæ relinquere poterit.*

EPiscopus, si tertiam partẽ, quam de rebus parœcialium ecclesiarum sibi debitam nouit, ecclesiæ, cuius res esse patebit, aut alteri ecclesiæ conferre decreuerit, licitum maneat, & irreuocabile robur eius sententia ferat.

QVAE

A QVAESTIO IIII.

Si de suis & ecclesię rebus aliqua acquisiuisse noscuntur, an vtrisq; cõmuniter, an singulariter ecclesię vel Sacerdotij iure proueniant.

B QVOD autem quæritur, si de suis & ecclesię rebus aliqua acquisisse noscuntur, cui proueniant, ita diffinitur in eodem concilio. Cap. 4.

De his, qui de suis & ecclesiæ rebus aliqua ac quisisse noscuntur.

SAcerdotes, vel quilibet, quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quęcunque administrationis suę tempore emerint, si de rebus propriis vel vile vel carum habuerint, ad ecclesiæ nomen, cui pręsunt, chartarum conficere instrumenta procurent. Non enim iustum est, vt ecclesia, quæ susceptit extraneum, efficiat in alieno ditem, & in suo retineat fraudatorem. Hi verò, qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re, quam post ordinationis suæ diem visi sunt conquisisse, siue nulla, siue aliqua sint instrumenta confecta: compensatione tam sui iuris, quàm ecclesiasticarum rerum habita, si se

vtriusque rei quantitas exæquauerit, inter ecclesiam & decedẽtis hæredes æquo iure conquisitio pertinebit. Si quis verò pro compendio suarũ rerum ecclesiæ rebus detrimentum intulerit, vel si occasione rerũ ecclesiasticarũ in rebus propriis detrimentum passus fuerit, vicissim qui lucrum sentiunt, detrimentum patiẽtibus resarcient. A

Ca. 8. conci. Bracha. 2. Vnde in concilio Bracharensi legitur: *Resarciantur detrimenta Sacerdoti, vel ecclesiæ, quæ alterius occasione alter senserit.*

QVicunque sub hoc neglectu res diuinas laborare distulerit, speciali placito distringẽdus est, vt si de rebus vel augmẽtis ecclesiæ quæstum laboribus suis propriè auxit, & ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem vel perditionem induxit: quicquid in rebus ecclesiæ minuit, ille restituat, ex cuius rebus atque suffragiis suos conuictus fuerit ampliasse labores. Quòd si aliquid pro vtilitatibus ecclesiæ aut substantiæ expendit, aut dispendij vel perditionis quidpiam pertulerit, si hoc comprobare potuerit, totum illi à rebus ecclesiæ eiusdem reformabitur, pro cuius vtilitate id expendisse probatur. Si verò de rebus ecclesiæ tantummodo aliqua acquisisse noscuntur, & ad nomen ecclesiæ instrumenta debent cõ- B C

poner

A ponere: nec aliquibus poterunt illa donare.

Vnde in Agathensi concilio legitur: *Cap. 5.*

De his, quæ Sacerdotes emunt, ad ecclesiæ nomen scripturam faciant.

PResbyter, cùm diœcesim tenet, de his quæ emerit, ad ecclesię nomen scriptu ram faciat, aut ab eius, quam tenet, ecclesiæ ordinatione discedat.

QVAESTIO V.

Si testamenta liceat ecclesiasticis conficere.

B TESTAMENTA verò non licet eis conficere, nisi de propriis rebus. Vnde Gregorius scribit Lucidio Episcopo: *Greg. epis. 43. li. 10. ad Deodatũ Episcopũ.*

Quomodo de rebus ecclesiæ liceat testari Sacerdotibus.

NVlli dubium est, quòd sicut Sacerdotibus res in Episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ita de his, quas antea

C habuerũt, quicquid iudicare voluerint, nõ vetentur. Itaque fraternitatem tuam tempore, quo ad nos fuit, conquestam esse recolimus, quòd quædam mobilia, quæ Constantinus decessor vester Luminosæ ancillæ Dei & fratribus suis testamenti serie legati titulo dereliquit, iam Episcopus acquisisset: decreuisseq; nos, vt si hoc constaret,

nullum ex his ecclesia vestra præiudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & molestiam aliquã prædictę ancillæ Dei non facere, nec ei sine cognitione de his quæ possidet, quicquam auferre. Idem:

De eodem.

Grego. epi. 22. seu ca. 66. lib. 4. ad Cypri.

OBitum Theodori Episcopi dilectionem tuam credimus cognouisse: sed quia testamentum dicitur condidisse, subtiliter te, ne quid de rebus ecclesiæ suæ consumpsisset, oportet inquirere: & si quidem eum exinde aliquid incongruè minuisse dicteris, ita age, vt res ab eo, cuius interest, modis omnibus reparentur. Item Gregor. Mariano Archiepiscopo Rauennati:

Epist. lib. 5. Marinia no.

Quæ monasterijs ab Episcopo conferuntur, reuocari non debent.

QVia Ioannes, quondam prædecessor tuus, sæpius à nobis expetiit, vt ea quę in monasterio illo cõtulerat, quod iuxta ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat, nostra autoritate debuissemus firmare, & hæc facturos nos esse promisimus: Fraternitatem vestram necessariò prę uidimus adhortandam, vt nihil de his, quę illic contulit atque constituit, aliquo modo patiatur imminui: sed omnia firma studeat stabilitate seruare. Huius igitur monasterij, & collectarum illic rerum, quia in testa

A testamento quod condidit, feciſſe noſcitur mentionem, ſciendum vobis eſt, non nos ideo ea confirmaſſe, quoniam eius ſupremam ſequimur voluntatem, ſed quia hoc ei (ſicut diximus) viuenti promiſimus. Hęc itaque omnia ſic ſolicitè fraternitas veſtra implere feſtinet, quatenus & quæ in ſuprà ſcripto monaſterio conſtituit, & à nobis ſunt confirmata ſeruentur, & illa quæ in dãna dari vel fieri per teſtamentum ſuæ decreuerit eccleſiæ, nullam, prohibente lege,
B obtineãt firmitatẽ. Itẽ ex cõc. Hiſpalenſi: *Cap. 1. con. Hiſpa. 1.*

Quæ ante ſuam ordinationem, vel pòſt hæreditaria ſucceſſione acquiſiuit Epiſcopus, cui vult derelinquat.

FIxum ab hinc & perpetuò manſurũ eſſe decernimus, vt Epiſcopus res ſui iuris, quas ante Epiſcopatum, aut certè in Epiſcopatu hæreditaria ſucceſsione acquiſiuit, ſecundùm autoritatem canonicã, cui vult conferat: & quicquid vult, de eis faciat. Poſtquã autẽ Epiſcopus factus eſt, quaſ
C cũqueres de facultatibus eccleſiæ, aut ſuo, aut alterius nomine comparauerit, decernimus, vt non in propinquorum ſuorum, ſed eccleſiæ, cui præeſt, iura deueniãt. De rebus verò eccleſiaſticis teſtari licet Epiſcopo, ſi tantundem de propriis reſtituat.

Vnde in Agathenſi concilio ſtatutũ eſt: *Cap. 22.*

Quomo

Quomodo possunt esse rata, quæ de ecclesia proprietate testamento legantur. A

SI Episcopus, condito testamento, aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi tantundem
2. pars. de proprij iuris facultate suppleuerit. Sed si Episcopus, vel quilibet ex gradu ecclesiastico, intestatus defunctus fuerit, nec alí qui inuenti fuerint, qui iure cognationis ei succedant, ecclesia sua ei succedat in integrum: nec licebit alicui aliqua ex rebus
Cap. 12. eius præsumere. Vnde in Tarraconensi B concilio statutum est:

Episcopo intestato ecclesia succedat ex integro.

SI cubi defunctus fuerit Episcopus intestatus post hanc diffinitionẽ, à Presbyteris eius, & Diaconis, de rebus ipsius breuis cõscriptio fiat à minimo vsque ad maximum, id est, de vtẽsilibus & omni suppellectili: ita tamen, vt si quis exinde vel presumpsisse aliquid, vel occultè tulisse fuerit cõuictus, secundũ furti tenorem restituat C vniuersa. Item ex concilio Triburiensi:

De eodem.

QVicunque ex gradu ecclesiastico sine testamento & sine cognatione decesserit: hæreditas eius ad ecclesiam, vbi deseruierit, deuoluatur. Similiter de sanctimonialibus adsignatur.

CAVSA

A CAVSA XIII.

IOECESANI cuiusdam baptismalis ecclesię, cladibus bellorũ pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliã diœcesim: prędia tamen antiqua nõ desierunt colere. Cœperunt persoluere decimas illi ecclesię, in cuius diœcesim trãsię
B runt, & apud eam sibi elegerũt sepulturas. Transactis quinquaginta annis, clerici, quibus quondam persoluerant decimas, cœperunt mouere quæstionem in eos, qui ab istis accipiunt primitias & decimas: ve niunt ad causam. Modò primùm queri- 1
tur, si illi quorum domicilia sunt in diœcesi huius baptismalis ecclesiæ, debeant persoluere decimas illi ecclesiæ, & celebra re suas exequias apud eam ecclesiã, in qua
C quondam hæc fiebant à parentibus eorũ.
Secundò, an præscriptione tẽporis, ius 2
percipiendi decimas & funerandi tollatur.

QVAESTIO II.

Si illi, quorũ domicilia sunt in diœcesi baptismalis ecclesiæ huius, debeant persoluere decimas illi

ecclesi

ecclesiæ, & celebrare suas exequias apud eam ecclesiam, in qua quondam hæc fiebant à parentibus eorum. A

QVOD PRIORI ecclesiæ hæc omnia iure persoluenda sint, actores his argumentis probare contendunt. Constat vnamquanque baptismalẽ ecclesiã habere diœcesim sibi legitimè adsignatã: sicut & paroeciales ecclesię habẽt paroecias sibi distribu- B
Diony. Pa. epi. 2. tas. Vnde Diony. Episcopus Seuero Epis.

Singuli Sacerdotes proprias debent habere ecclesias.

ECclesias singulas singulis Presbyteris dedimus: paroecias & cœmeteria eis diuisimus: & vnicuiq; ius propriũ habere statuimus: ita videlicet, vt nullus alterius paroecię terminos aut ius, inuadat. Sit vnusquisq; terminis suis cõtẽtus, & taliter eccle- C
siã & plebẽ sibi cõmissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi cõmissis rationẽ reddat, & nõ iudiciũ, sed gloriã pro suis actibus percipiat. In diœcesi autẽ designata quæcũque prędia colũtur, prouẽtus decimationũ baptismali ecclesię designatus, debet solui. Quia ergo

prędia

A prędia hęc intra terminos nostrę diœcesis cõtinẽtur,& prouẽtus decimationũ nobis legitimè asſignatus,noſtræ eccleſię perſoluendus eſt. *His itaque reſpõdetur: Decimæ à Deo conſtitutæ ſunt per Moyſen,vt perſoluerẽtur à populo filiis Leui pro miniſterio, in quo deſeruiebãt ei in tabernaculo.Nõ accipiebãt filij Leui decimas,niſi ab eis,pro qbus offerebãt preces & ſacrificia.Quia ergo nos ſeruimus Domino in tabernaculo,offerẽdo pro iſtis preces & ſa-
B crificia,& ipſi debẽt nobis perſoluere decimas & primitias. Itẽ cũ decimę darentur filiis Leui,nõ electione offerẽtis perſoluebantur,vt contẽpto Leuita,qui ſecũ erat, ipſe eligeret cui vellet decimas dare. Nã dictũ eſt: Leuita,qui tecũ moratur, & intra muros tuos habitat,comedet eas.Ideo etiã ex ſingulis tribubus ciuitates ad habitãdũ acceperunt,vt vnaquęque tribus illis perſolueret decimas, q ſecũ erãt. Nã Moyſes
C pręcepit filiis Iſraël(ſicut legitur in Deuteronomio) In loco quẽ elegerit Dominus Deus veſter,vt ſit nomẽ eius in eo, illuc omnia quę pręcipio,cõferetis,hoſtias, holocauſta,& decimas ac primitias manuũ veſtrarũ,& quicquid pręcipuũ eſt in mune ribus *iuſtis,quę vouiſtis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo veſtro vos,

2.pars.

** aliàs hic ita.*

Num.18.c

Deut.18.a

Deut.12.b

** veſtris.*

& filij

& filij & filiæ, famuli & famulæ vestræ: A
atque Leuita, qui in vrbibus vestris cõmo
ratur. Neque enim habet aliã partẽ atque
Deut.12.c possessionem inter vos. Et infrà: Decimã
frumenti, vini & olei, & primogenita ar-
mentorum & pecorum, & omnia quę vo-
ueris, & sponte offerre volueris, & primi-
tias manuũ tuarũ, coram Deo tuo come-
des ea in loco, quẽ elegerit Dominus Deus
tuus, tu & filius tuus, & filia tua: seruus, &
ancilla tua, atque Leuita, qui manet in vr-
bibus tuis. Quia ergo nos intra muros vr B
bis istorum sedemus, & eis habitatione iũ-
cti sumus, ritè ab eis decimas accipimus.
Tsal.103. Item ait Propheta: Producens fœnũ iu-
mentis, & herbam seruituti hominũ. Fœ-
num & herba ex terra producitur: sed qui-
bus? iumentis irrigantibus eam, id est ho-
minibus colentibus eã, & in hoc seruienti-
Gal.6.b bus ipsi. Item Apostolus: Communicet au
tem is, qui catechizatur verbo, ei qui se ca
techizat, in omnibus bonis. Hoc Galatis. C
1.Cor.9.b Corinthiis autem probat specialiter sibi
deberi sumptus, qui eis spiritualia mini-
strauit: dicẽs: Si seminauimus vobis spiri-
tualia, magnũ est si carnalia vestra meta-
mus? Item: Si alii participes vestræ pote-
statis facti sunt, cur nõ magis & nos? Item
1.Cor.9.a Quis plantat vineã, & de fructu eius non
edit?

A edit? Nos plantauimus vineam: & vos vultis fructus eius edere? Item præcepit Dominus per Moyſen, vt nemo mittat falcẽ in alienam meſſem. Hęc meſsis noſtra eſt, & vos vultis falcem in eã mittere? Item: Non alligabis os bouis triturantis. Nos ſumus boues triturantes: vos vultis alligare os noſtrum: & de noſtra tritura victum vobis quæritis? Item Apoſtolus: Qui altario ſeruiunt, de altario viuant. Sed nunquid de eo, cui non ſeruiunt? Item: Qui in ſacra
B rio operantur, cum ſacrario participant: ſed nunquid cum illo, in quo non operantur? Nos ſeruimus altario: vos ei participare vultis: nos verò vacuos & inanes dimittere quæritis? Item Apoſtolus: Laborantẽ agricolam priùs oportet ſuſcipere de fructibus ſuis: vos autem econtra quæritis. Nos ſumus agricolæ laborantes: vos primùm vultis percipere de fructibus noſtris imò non primùm: quia nec vltimũ nobis
C relinquere vultis. A prioribus enim incipientes, paulatim ſerpitis, & totum vſurpare contenditis: vt pro vobis videatur dictum, Fruſtatim lupus comedit agnum. Itẽ: Quis vnquàm militat ſtipendiis ſuis? quis paſcit gregẽ, & de lacte eius non edit? Nos militamus: & vos ſtipendia noſtrę militiæ vobis quæritis. Nos gregẽ paſcimus:

Deut. 25. d

Deut. 25. a

1. Cor. 9. b

1. Cor. 9. a

& vos lac eius & lanã accipere vobis vultis. Sapere est, de alieno labore victũ quærere: si sapere est, velle quod non possis. A

Mat.10.b Item Dominus dixit discipulis suis: In quancunque domum intraueritis, in eadẽ manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt. Cùm autem intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui. Nos domum hanc ingressi sumus, & ei pacem obtulimus: vos autem, quasi otiosi alieno cibo pasci gaudetis? Videte ne in vos vertatur illud, Vide quid faciat otium & alienus cibus. B

Psal.80. Item Propheta: Sumite Psalmum, & date tympanum. Isti à nobis sumũt Psalmũ: & vos ab eis quæritis tympanum? Item Leo iiij. De decimis nõ tantùm nobis, sed etiam maioribus nostris iusto ordine visum est plebibus tantùm, vbi sacrosancta baptismata dantur, debere dari. Quibus autem plebibus debẽtur? an illis, à quibus baptisma accipiunt, an ab aliis? Nos eos baptizamus, & vos ab eis decimas sumitis? C Honesta ista interpretatio est: vtinam inueniatis, qui sic pro vobis interpretentur. Quia ergo nos rigamus populũ hunc, imbrẽ doctrinæ ei ministrãtes, qui colimus eum vomere prædicationis, corda eius ad fidẽ aperientes: si non vultis sinere, vel patiamini nobis eum fructificare: & qualia

Thob.4.c

vobis

A vobis fieri nõ vultis, nobis inferre cauete: *Mat. 7.*
ne ſi pergitis dicere, quæ vultis, audiatis
quę nõ vultis. Ad hæc callida & multi- *3. pars.*
plici argumentatione iura noſtra auferre
contenditis: ita vt ſi fides verbis adhiberetur, nõ verba pro verbis, ſed res pro verbis
reportaretis: ſed Deo propitio, ſi verba dedistis, verba recipietis. Arguitis nos, ꝙ
ea, quæ vobis debentur, ſurripere quærimus, quia noſtra proſequimur. Sapienti
quidẽ & Philoſophico ore prolata ſententia. Suũ proſequi, eſt ne aliena rapere? vnde
B ad vos hæc ſententia manauit, niſi quia
tanto ardore noſtra cõcupiſcitis, vt veſtra
putetis vobis auferri, cùm nos noſtra conſequimur? vnde cùm cauſa noſtra debitũ
finem ſortita fuerit, exclamabitis, Ah miſer, crucior tantũ bolum eſſe ereptum ex
faucibus meis. Sed videte ne damnũ effuſi
vnguenti vobis recompenſare quæratis.
Cõſtituiſtis vos plantatores vinearũ, foſ-
C ſores agrorũ, trituratores arearũ, rigatores camporũ, & multa alia huiuſmodi officia vobis aſſumpſiſtis: & debita vobis obſequia à nobis ſubtrahi conqueſti eſtis: Sed
non negamus, quod veſtrũ eſt. Boui trituranti paleę & tegumenta ſeruãtur: ſint hęc
vobis, & grana nobis relinquite. Paſtinatores vinearũ, foſſores agrorũ, rigatores

camporum trituratores arearum, diurna mercede accepta prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede vestri operis in quotidianis oblationibus, & aliis obsequiis, quæ pro spiritualibus, quæ à vobis accipiunt, quotidie deferuntur: proueniẽtes fructus decimationũ & primitiarũ nobis relinquite. Item præcepit Dominus discipulis suis, vt comederent & biberent ea, que apud auditores suos erant: sed non iussit eis, vt dominos de domibus suis eiicerẽt, & rebus suis spoliarent. Non facile inuenietis qui tales hospites libenter suscipiat. Mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio, malè suos remunerant hospites. Vnde in prouerbiis dicitur: Qui serpentem in sinu suo nutrit, percutietur ab eo. Tales inueniatis vobis hospites, quales nobis esse vultis. Non sufficit vobis edere & bibere, quæ in domo nostra sunt, dum quotidianos fructus oblationũ percipitis, ex quibus victum & vestitum habeatis: quibus cũ Apostolo debetis esse cõtenti: sed nõ vultis: quia eius imitatores nõ estis, sed potius nos de domo nostra expellere, & rebus nostris nos penitus expoliare cõtenditis, dũ nec etiã eorũ decimationes nobis relinquere vultis. Vt autẽ vniuersaliter omnia colligantur: cuncta

A

B

Prov. 6.

C

quæ

A quæ pro vobis inducta ſunt, ſiue de laborã te agricola, ſiue de eo qui ſuis ſtipendiis nõ militat, ad hunc articulum deferimus, vt fructum veſtri operis, quem adeò recipere contenditis, in oblationibus & quotidianis obſequiis iſtorum recipiatis: decimationes verò eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite, ne dum quæritis vſurpare, quod veſtrum non eſt, iuſta animaduerſione etiam illud cogamini amittere, quod vobis aliquo modo videbatur, cõ
B petere. Quòd autẽ hæ decimationes nullo iure vobis debeantur, facilè probabimus. Dicitur enim in quodam concilio, Si quis laicus vel clericus, ſiue vtriuſq; ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, &c. ſicut in eodẽ capitulo in cauſa monachorũ notata inueniuntur. Si ergo laicus vel clericus, vel quælibet perſona loca ſuæ proprietatis vẽdens aut donans, prouentũ decimationum ab eccleſia, cui legitimè aſsignatus eſt, nul-
C lo modo poteſt abſtrahere: nec iſti de diœceſi ad diœceſim tranſeuntes, decimas ſuorum prædiorum, quæ intra terminos noſtræ parœcię cõtinentur nobis auferre poſſunt. Quantũ enim ad ius percipiendarũ decimarũ attinet, idẽ eſt poſſeſſorẽ de diœceſi ad diœceſim tranſire, quòd poſſeſsionẽ de diœceſano ad diœceſanũ transferre.

QVAESTIO II. A

An prescriptione temporis ius percipiendi decimas & funerandi tollatur.

AD HAEC, decimationes istæ etsi iure vobis debẽtur, (vt asseritis) tamẽ tricẽnalis obiectio vobis silentiũ imponit. Omnis enim possessio tricenaria præscriptione tollitur, vel quadragenaria, sicut possessiones religiosarum domorum: vel centenaria, sicut prædia sanctæ Romanæ ecclesiæ. Vnde Gelasius Papa ait: B

Gelas. pri. Episcopis Sicilia.

Quæ xxx. annis ab Episcopis possidentur, iure ab eis vendicantur.

FAcultates ecclesiæ, necnõ & diœceses, quæ ab aliquibus possidentur Episcopis, iure sibi vendicent, quod tricennalis lex cõclusit: quia & filiorũ nostrorũ Principũ ita emanauit autoritas, vt vltra xxx. annos nulli liceat pro eo appellare, quod legũ tẽpus excluſit. *At illi ecõtrà: Cuius autoritate nobis silentiũ imponitis, eiusdẽ autoritate vestra ora claudimus. Ait enim idẽ Gelasius: Nulla prçsumptione statũ parœciarũ, &c. Si ergo temporalis obiectio diœcesim semel cõstitutã diuellere nõ potest, patet q̃ nec vobis patrocinabitur vt C

**al. & illi.*

statum

A ſtatum parœciæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondã legitimè adſignatas, vindicabili vſurpatione vobis vendicetis.

Quomodo autem diſtinguendæ ſunt hæ autoritates, in cauſa monachorum inuenitur. Nunc autem quæritur de iure funerandi: quæ harum eccleſiarum habeat ius tumulandi iſtos. Sicut Hieronymus ſcribit, Coniugati in vno ſepulcro videntur eſſe ponendi. Ait enim: 2. part.

In ſepulcro patrum ſuorum filij ſunt collocãdi.

B EBron dicitur eſſe ciuitas trium virorum, quia in ea ſepulti ſunt tres Patriarchæ in ſpelunca duplici cum tribus vxoribus ſuis, id eſt, Abraham, & Sara: Iſaac, & Rebecca: Iacob, & Lia: præter ipſum Adam, et Euam vxorẽ ſuã. Thobias dicit ad filium ſuum: Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meũ ſepelies: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cùm ipſa compleuerit tempus ſuum, ſepelias eam iuxta me in vno ſepulcro. Idem: Quos coniunxit vnum coniugium, coniungat vnum ſepulcrum: quia vna caro ſunt. Et quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Item Auguſtinus: Tho. 4. a. C Tho. 14. b Mat. 19.

VNaquæque mulier ſequatur virum ſuum ſiue in vita, ſiue in morte. Itẽ Gregor. Soror Beati Benedicti ſepulta 3. part. Greg. capi. 34. libri 2. Dialogorum.

est in sepulcro quod ipse sibi præparauerat: vt quorum mẽs vna fuit semper in Domino, eorum quoq; corpora sepultura non
Gen.50.d separaret. Item Ioseph moriens in Aegypto, rogauit fratres suos, vt tempore visitationis suæ ossa sua secum deferrent: & in sepulcro patrum suorum ea collocarent.

Item: Dictum est Prophetę Domini, qui contra præceptum Domini comederat in Bethel, Non inferetur cadauer tuum in sepulcrum patrũ tuorum. Item de nõnullis
3.Reg.13.d legitur in libro Regũ, Obiit, & appositus est ad patres suos: hoc est, in sepulcro patrũ suorum. Item in nouo testamento Beatus Philippus legitur ædificasse sibi sepulcrũ, in quo ipse & filij eius quieuerunt. Item: Beatus Seuerus Rauennatum Archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se & vxorem & filiã collocauit. His omnibus exẽplis colligitur, quòd in sepulcris parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores ecclesias sepulti sunt, & hi apud easdem debent tu-
Gen.25.a mulari. Econtrà Adam (vt asseritis) in ciuitate Arbeæ tumulatus est: sed nunquid omnes filij eius sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo non tam facilè posset includi. Item Abraham ibi sepultus est: sed nũquid Ismaël & Madai,

A Madai,& alij quos de Gethura genuit, ibi ſepulti ſunt? Item Iſaac ibi ſepultus eſt: ſed nunquid Eſau cum eo tumulatus eſt? Item Iacob ibi collocatus eſt: ſed nũquid aliquis filiorum eius, præter Ioſeph, ibi ſepultus eſt? Rachel quoque nõ in Ebron, ſed iuxta Bethel tumulata legitur. Exẽplo igitur iſtorum liquet, quòd liberũ eſt filiis ſepeliri in ſepulcris patrum ſuorũ, & liberũ eſt eis alibi pro locorum & temporum opportunitate corpori ſuo hoſpitium inuenire. Non ergo hoc exemplo iſti coguntur ſepeliri in ſepulcris patrum ſuorum. Item quæ legibus diffinita ſunt, mutari non licet. Quæ autẽ legibus expreſſa nõ ſunt, arbitrium ſequũtur humanæ voluntatis. At legibus diffinitum eſt, quibus decimæ ſint perſoluẽdæ: & ideo danti mutare non licet. Vbi autem quiſq; tumulandus ſit, legibus expreſſum non eſt: & ideo in voluntate tumulandi cõ ſiſtit. Vnde Beatus Gregorius ait:

Gen.35.d *Gen.49.d* *Gen.50.d* *Gen.35.c*

Epiſto.9.et 10.lib.3. 4.pars.

Vltima voluntas defuncti ſeruari debet.

C VLtima volũtas defuncti modis omnibus ſeruari debet. Quod de libero & non de ſeruo intelligendũ eſt. Seruus enim teſtamenti paginam condere non poteſt.

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Honorio Epiſcopo:

Seruus teſtamentum facere non poteſt.

ILlud etiam synceritatẽ tuam volumus non latere, ad nos fuisse perlatum, quòd Ampliatus conductor, (quem non solùm seruum constat esse ecclesiæ, sed ita eius rationibus à multis temporibus implicatũ, vt etiamsi esset ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti, cuius omne peculium ecclesiastico iuri legibus nõ dubitetur obstrictum. Quapropter his præsumptionibus vice nostra tua fraternitas cõtradicat, nec fieri prorsus aliqua surreptione permittat: ac si eidem quicquam humanitus fortè contigerit, quia grandæuus esse commemoratur, mox eius sine dilatione substantiam præcipiat humanitas tua filiis eius duntaxat, quibus patrimoniũ probatur esse commissum, sub fideli descriptione contradi, donec vniuersis temporibus, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes dominicas reddere cogantur indemnes. Quia ergo secundùm Gregorium vltima voluntas defuncti conseruanda est, pro istorum voluntate corpora eorum sunt tumulanda, nõ pro arbitrio vestræ dispositionis. Item in Triburien. concilio legitur:

A

B

C

s. pars.

Cap. 15.

Vbi quisque decimas persoluerit, ibi sepultu-

ram eli-

A *ram eligere debet.*

VBicunque temporum vel locorum facultas tulerit, apud maiorem eccleſiã, vbi ſedes eſt Epiſcopi, ſepulturæ celebrentur. Si autem propter tẽporis vel loci aſperitatem hoc difficile fuerit viſum, apud eccleſiam, in qua religioſorum Canonicorũ vel monachorum vel ſanctimonialium religioſa congregatio communiter degerit, ſepeliatur. Si autem & hoc ineptum viſum fuerit, vbi quis decimas perſoluebat vi-
B uus, ibi ſepeliatur & mortuus. Quia ergo decimam nobis perſoluebat viuus, & apud nos ſepeliendus eſt mortuus. Item ſi quis de prouincia ad prouinciam tranſiret, & ibi domicilium ſibi collocaret: liber factus à ditione prioris iudicis, iuriſdictioni illius iudicis ſubiiceretur, in cuius prouincia ſedem ſibi eligeret. Quia ergo iſti à veſtra diœceſi in noſtram tranſierunt, liberi à veſtra ditione, noſtro iu-
C ri ſubiiciuntur. Noſtrum eſt ergo ius funerandi eos. Sed obiicitur illud Meſchiadis Papæ:

Propria temeritate ſepulturam parentum relinquere non licet.

PLacuit per omnia magno concilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate aliã eccleſiam, niſi cui vſus antiquorum paren

tum

tum canonica institutione subiacere perhi A
betur, sepulturæ causa adire procuret, nisi
infirmitatis causa præpeditus in aliam fue
rit regionem quolibet negotio progressus.
Ad hæc, si quis Prælatus contra hoc agere
sategerit, ecclesiastico vinculo se subdi co-
gnoscat. Sed aliud est, ex temeritatis su-
perbia vsum antiquorum parentum non
sequi, atque aliud rationabili occasione no
uam sibi sepulturam eligere. Contra Mel-
chiadis papæ autoritatem nititur, qui su- B
perbia vel odio ductus siue vanis persua-
sionibus, aut variis munusculis illectus, se
pulturam parentum suorum sequi contem-
nit. Secundũ Gregor. autem liberam ha-
beat voluntatẽm, qui certæ rationis causa
nouum suo corpori quærit hospitium. Vel
(vt quidã distinguũt) libera est vltima vo-
luntas cuiusque non in sepultura sibi eligẽ
da, sed in testamento conficiendo. Vnde &
testamẽtum appellatur, quia eo quisque li-
berè testatur, quod post suum decessum de C
propriis rebus fieri voluit. Sed nõ videtur
libera testatoris voluntas, cùm secundùm
Augustinum pro numerõ filiorum debeat
fieri testamentaria distributio facultatum:
veluti si quis habet vnũ filium, Christum
putet alterum: si verò duos, Christũ faciat
tertium: & sic per ordinem. Et secundùm

Leonem

A Leonem quiſque medietatem eorum, quæ Chriſto teſtatur, eccleſiæ iubetur relinque re, apud quã fidei ſacramenta ſuſcepit. Sed illud Auguſtini nõ eſt iubẽtis, ſed dehortã tis, ne quis iratus filium ſuũ exhæredaret, atq; totum Chriſto relinqueret. Ait enim in ſermone ſecundo de vita clericorum:

Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur.

SI quis iraſcitur filio ſuo, & moriens exhæredat eum: ſi viueret, nónne eum pla
B caremus? nónne ei filium recõciliare debe remus? quomodo ergo cum filio ſuo volo vt habeat pacẽ, cuius appeto hęreditatem? ſed planè ſic faciat, quod ſæpe hortatus ſum, qui vnum filium habet, putet Chriſtũ alterum. ſi duos habet, putet Chriſtum ter tium. ſi decẽ habet, vndecimũ Chriſtum fa ciat, & ſuſcipio. Hac nimirum autoritate menſura teſtatori prefigitur, non quam co gatur exoluere, ſed quam prohibetur tranſ cendere. Oblationes ergo defunctorũ qui
C reddere noluerit, excommunicetur. Vn- *Cap. 93.*
de in Carthaginienſi concilio quarto:

Excommunicentur, qui defunctorum oblationes eccleſiis negant.

QVi oblationes defunctorum aut negant eccleſiis, aut difficulter reddũt, tanquam egentium necatores excommunicen

Ca. 4. Varē nicentur. Item ex concilio Varensi: A

sis concil. *Vt infideles eiiciantur ab ecclesiis, qui defunctorum oblationes retinent.*

QVi oblationes defunctorum retinēt, & ecclesiis tradere demorantur, vt infideles ab ecclesia sunt abiiciendi: quia vsque ad exinanitionē fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedētes, votorum plenitudine: & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi ergo tales, quasi egentium B necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi sunt. Vnde & quidam patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, qua ait, Amico quippiam rapere, furtum est: ecclesiam verò fraudare, sacrilegium

Cap. 4. est. Item ex concilio Agathensi:

Qui oblata ecclesiis, aut testamento relicta, retinere præsumpserint, excommunicentur.

CLerici vel seculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamēto C relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donauerint ecclesiis vel monasteriis crediderint auferendum: sicut sancta syno dus constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab ecclesiis excludātur. Si quis autem clericus furtum ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

Item

A Item quæritur, an pro ſepultura mortuorum aliquid ſit exigendum? De his ita ſcribit Gregor. in regeſto Ianua. Epiſcopo Sardiniæ: *7. pars. Epiſtol. 55. lib. 7.*

Pro ſepultura nihil muneris exigendum eſt.

QVeſta eſt nobis Nereida fœmina clariſsima, quòd ab ea centum ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura fraternitas veſtra velit exigere. Hoc autem vitiũ & nos poſt quam Deo autore ad Epiſcopatus honorẽ acceſsimus, de eccleſia noſtra omnino ve-
B tuimus, & per prauam denuò conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus: memores quia dũ Abraham* à filiis Ephron, hoc eſt, à filiis Seor ſepulcrum pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, præmium accipere renuit, ne commodum de cadauere videretur conſecutus. Si ergo tantæ conſiderationis paganus vir fuit, quantò magis nos qui Sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne
C hoc auaritiæ vitium in alienis denuò tentari præſumatur admoneo: ſed ſiquando aliquem in eccleſia veſtra ſepeliri conceditis, ſi quidem parentes ipſius proximi vel hæredes pro luminaribus ſponte quid offerre voluerint, accipi non vetamus: peti verò aliquid aut exigi omnino prohibemus, ne (quod valde irreligioſum eſt)

* *al. à filiis Emor, hoc eſt Ephron filio Seor. Gene. 23.*

aut

aut venalis fortasse (quod absit) dicatur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorũ cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compẽdiũ. A

In questionibus Hebriacis ad cap. 23. Item Hieronymus super Genesim: *Etiam coacti de sepultura pretium non debemus accipere.*

POstquam pretio victus est Ephron, vt sepulcrum venderet, & acciperet argẽtum, licet cogente Abraham: vau litera, quæ apud illos pro o legitur, ablata de eius nomine est, & pro Ephron appellatus est Ephran: significante scriptura, non eum fuisse consummatæ perfectæque virtutis, qui potuerit vendere memoriam mortuorum. Sciant igitur, qui sepulcra vendunt voluntariè, nec coguntur vt accipiant pretiũ, sed à nolentibus quicquam extorquẽt, mutari nomẽ suum, & perire quiddam de merito eorum: cùm etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus accepit. Item ex concilio Triburiensi: B

Cap. 16.

De eodem. C

Eccl. 7. d IN Ecclesiastico nanque libro scriptum est, Mortuo non prohibeas gratiã, sciens

Eccl. 40. b quoniam omnes moriemur. Et item: Omnia, quæ de terra orta sunt, in terram con-

Gene. 3. d uertentur. Quid terra terram vendis? me-

Eccl. 17. a mento, ꝙ terra es, & in terram reuerteris.

(Et

A (* Et alibi de homine dictũ est: Terram te ris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra sumeris) & quoniam mors tibi futura est, & appropinquat, etsi tardat. Recordare, quia non hominis est terra, sed (vt Psalmista cõmemorat) Domini est terra, & plenitudo eius. Si terram vendis, inuasione rei dominicæ reus teneberis. Gratis accepisti à Deo, gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare: nisi fortè proximi & amicis defuncti propter nomen & redemptionem animæ viri defuncti gratis aliquid dare velint. Itẽ ex concilio Varẽsi:

Quod haec parenthesi includitur supposititicium puto: quia in antiquis nostru exẽplaribus nõ habetur. Psalm. 23.

B

De eodem.

PRæcipiendum est secundùm canonum autoritatem, vt de sepulcris & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant: nisi fortè qui sepelitur, viuens iusserit ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere, aut etiam post mortem ipsius illi, quibus commissum est eius eleemosynam facere de rebus illius aliquid sponte dare voluerint, & tamen nullatenus à Presbyteris ecclesiæ illius aliquid exigatur, siue ab illis qui locis & villis præsunt. Prohibendum est etiam, secundùm maiorum instituta, vt in ecclesia nullatenus sepelian-

C

tur, sed in atrio, aut in porticu, aut in exhedris ecclesiæ. Intra ecclesias verò aut prope altare vbi corpus & sanguis Domini cõficitur, nullatenus sepeliãtur. Item Aug. A

A sacris locis non iuuantur post mortem, quibus peccata non sunt dimissa.

1. par s. QVibus peccata dimissa non sunt à sacris locis post mortem adiuuari non possunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, si in sacris locis se sepelirifaciunt, restat vt de sua præsumptione iudicentur: quia eos sacra loca non liberant, sed de culpa temeritatis accusant. Itẽ Gregorius: B

Cap. 50. lib. 4. Dialogorum.

Quibus prosit in ecclesia sepultura.

CVm grauia peccata non deprimunt, tunc prodest mortuis si in ecclesia sepeliantur: quia eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca veniunt, suorumq; sepulturam aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. nam quos peccata grauia deprimunt, ad maiorem cumulũ damnationis potius, quàm ad solutionem eorum corpora in ecclesiis ponũtur. Itẽ C ex concilio Maguntinensi:

Cap. 52. cõ. Maguntiaci.

Qui sepeliantur in ecclesia.

NVllus mortuus intra ecclesias sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles laici. Quid verò mortuis prosit iuxta ecclesiam sepeliri, quid

A quídve ad eos perueniat, Auguſtinus in libro de agenda cura pro mortuis oſtendit, *Cap.18.* dicens:

Quare mortui iuxta eccleſiam ſepeliantur.

NOn æſtimemus, ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire, niſi quod pro eis ſiue altaris, ſiue orationũ, ſiue eleemoſynarum ſacrificiis ſolenniter ſupplicamus. Quãuis enim nõ pro quibus fiũt, omnibus proſint, ſed his tantùm pro quibus, dum viuunt, cooperantur vt proſint:
B ſed quia non diſcernimus qui ſint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſsint & debeant peruenire. Melius enim ſupererunt iſta his, quibus nec obſunt, nec proſunt, quàm eis deerunt, quibus proſunt. Diligentius tamen facit hoc quiſque pro neceſſariis ſuis, quò pro illo fiat ſimiliter à ſuis. Corpori autem humano quicquid impenditur, non
C eſt præſidium ſalutis, ſed humanitatis officium, ſecundùm effectum, quo nemo vnquam carnem ſuam odio habuit. Vnde oportet, vt quam poteſt pro carne proximi curam gerat, cùm ille inde receſſerit qui gerebat. Et ſi hæc faciunt, qui carnis reſurrectionem nõ credunt, quantò magis debẽt facere, qui credũt: vt corpori, ſed tamẽ

vt resurrecturo,& in æternitate mansuro, impensum eiusmodi officium, sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium. Quòd verò quis apud memorias Martyrũ sepelitur,hoc tantum videtur mihi prodesse defuncto, vt commendans eum etiam Martyrũ patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur. Econtrà Hierony. A

Post mortem orationes viuentium mortuis damnatis non prosunt.

IN præsenti seculo scimus siue orationibus, siue conciliis inuicem posse nos adiuuari:cùm autem ante tribunal Christi venerimus,nec Iob,nec Daniel,nec Noë rogare posse pro quoquam, sed vnumquenque portare onus suum. Verùm hoc de impœnitentibus accipiendum est, de quibus Propheta dicit:Non dabit Deo placationẽ suam, nec pretium redemptionis animæ suæ: & ideo frater non redimet eum, sed laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. De aliis autem intelligi non potest. B

Psal. 48.

Vnde Greg. Papa Bonifacio Archiepis. C

Gregor. 3.

In pœnitẽtia defunctis bona prosunt viuentiũ.

PRo obeuntibus quippe consuluisse cognoueris,si licet pro eis oblationes offerri. Sancta sic tenet ecclesia, vt quisque pro mortuis verè Christianis offerat oblationes, atque Presbyter eorum faciat memo

A moriam.& quamuis peccatis omnes ſubiaceamus,congruit vt Sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat & intercedat: non tamẽ pro impiis,quamuis Chriſtiani fuerint,tale quid agere licebit. Idem:

Aug. cap. 2.lib.de cura pro mortuis.

Animæ mortuorũ quatuor modis ſoluuntur.

ANimæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur,aut oblationibus Sacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorũ. Curatio verò funeris,conditio ſepulturæ,
B pompa exequiarum, magis ſunt viuorum ſolatia,quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa,obe rit pio vilis aut nulla.Non ideo tamen contemnenda aut abiicienda ſunt corpora defunctorũ,maximeque iuſtorum. Vbi illud etiam ſalubriter diſcitur,quanta poſsit eſſe remuneratio pro eleemoſynis,quas viuentibus & ſentientibus exibemus,ſi neq; hoc apud Deum perit,quod exanimis hominũ
C membris officij diligentia perſoluitur.

Item Auguſtinus in Enchiridio:

Cap.110.

Ante diem iudicij ſacrificijs & eleemoſynis mortui iuuantur.

TEmpus,quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt,animas abditis receptaculis con-
t inet,ſicut quæque digna eſt vel requie vel

ærumna pro eo quod sortita est in carne, A
dum viueret. Neque negãdum est, defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ fiunt in ecclesia. Sed hæc eis prosunt, qui cùm viuerent, hæc sibi vt postea possent prodesse, meruerunt. Est etenim quidam viuẽdi modus, nec tam bonus, vt non requirat ista post mortẽ: nec tam malus, vt ei ista post mortem non prosint. Est verò talis in bono, vt B
hæc non requirat: & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cùm hæc vita tranfierit, adiuuari. Quocirca omne hic meritum comparatur, quo possit post vitam releuari quispiam vel grauari. Et post pauca: Cùm sacrificia altaris, siue quaruncunque eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur: pro valde bonis gratiarũ actiones sunt: pro non valde malis propitiationes sunt: pro valde malis, etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen viuorum con C
solationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio: aut certè, vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. De obseruatione autẽ tertij, septimi, triceſimi, vel quadrageſimi diei quæritur, vnde exordiũ sumpserit. Ambr. in lib. de obitu Theodosij Imperatoris dicit:

9. pars.

Quasi in prĩcipio huius.

Quare

A *Quare certi dies in mortuorum commemoratione seruentur.*

QVia alij tertium diẽ, alij triceſimũ, alij ſeptimum, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt in officiis mortuorum, quid doceat lectio, conſideremus. De functo, inquit, Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, vt ſepelirent eum: & ſepelierunt ſepultores Iſraël: & completi ſunt quadraginta dies. ſic enim dinumerabantur dies ſepulturæ. & luxit eum Iſraël
B ſeptem diebus. Hæc ergo ſequenda ſolennitas eſt, quam præſcribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio ſcriptum eſt, quia planxerunt filij Iſraël Moyſen xxx. dies, & conſummati ſunt dies luctus. Vtraque ergo obſeruatio habet autoritatem, qua neceſſariũ pietatis impletur officium. Lugere autẽ & triſtari tam pro noſtra, quàm pro aliorũ morte, Cyprianus prohibet, dicens:

Gen. 50.

Deut. 34. c

10. part.

Sermone 4 de mortalitate.

Nec pro noſtra, nec pro aliorum morte triſtari debemus.

C QVàm præpoſterum eſt, quamque peruerſum, vt cùm Dei voluntatem fieri poſtulemus, quando euocat nos Deus & accerſit de hoc mundo, nõ ſtatim volũtatis eius imperio pareamus. Obnitimur & reluctamur, & peruicacium more ſeruorũ ad conſpectũ Domini cũ triſtitia & mœrore

perducimur, exeũtes istinc necessitatis vinculo, non voluntatis obsequio: & volumus ab eo præmiis cælestibus honorari ad quẽ venimus inuiti. Idem: Nobis quoq; ipsis minimis & extremis, quotiens reuelatum est, quàm frequenter atq; manifestè de Dei dignatione præceptum est, vt contestarer assiduè, vt publicè prędicarem fratres non esse lugendos accersione dominica de seculo liberatos: cùm sciamus, nõ amitti, sed præmitti, & recedentes præcedere, vt proficiscentes & nauigantes solent. Item Ioannes Chrysost. in epistola ad Hebræos:

Psal. 23. *Ex pusillanimitate mortuos lugere contingit.*

VBicunque sepeliamur, Domini est terra, & plenitudo eius: secudùm quod oportet fieri, efficiatur. lugere autem & deplorare & lamẽtari eos, qui ab hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit. Hoc autem ex desperatione futuræ resurrectionis intelligitur. Vnde & Apostolus nõ simpliciter ait: *1. Thes. 4. c* Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini: sed addidit, Sicut & cæteri qui spem non habent. Pietatis nanque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere nõ prohibemur: sicut nonnullos sanctorum aliorũ exequiis pias lacrymas impendisse legimus. *Epist. 2. ad Nerianũ.* Hinc etiã Anastasius Papa:

Qui

A *Qui spem futuræ resurrectionis habẽt, de mortuis tristari non debent.*

HAbent forsitan illi iustam longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt: qui de hoc seculo ad melius esse transitum non confidunt. Nos autem, qui hoc credimus & docemus, tristari nimiũ de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet speciẽ, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentię quodammodo genus est, contra hoc quod quisque prædi-
B cat, quærere iustitiam amans, dicente Apostolo: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nõ contristemini, sicut & cæteri, q̃ spem non habent. Itẽ ex conc. Tolet. iij. *1. Thes. 4.c* *Cap. 22.*

De eodem.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum Psalmis tantũmodo & psallentium vocibus debent ad sepulcrum deferri. Sufficiat autem, quòd in spe resurrectionis Christianorum corporibus famu
C latus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet & nos Apostolus sanctus lugere defunctos, dicens: De dormientibus autem nolumus vos cõtristari, sicut & cæteri qui spem nõ habent. Et Dominus nõ fleuit Lazarũ mortuum, sed ad huius vitæ ærũnas plorauit resuscitandum. Si autem potest hoc Episcopus omnibus Christianis pro-

1. Thes. 4.c *Ioann. 11.c*

hibere, non moretur agere, Religiosis autẽ omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorũ. A

11. pars. De mortuis autẽ quæritur, vtrùm sciant
Esa. 63. ea quæ à viuis geruntur. Esaias ex persona
populi afflicti ait: Abraham pater noster
Cap. 15. nescivit. Augustinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis illud idem testatur, dicens:

Mortui ex se nesciunt, quid hic à viuis geratur. B

FAtendum est, nescire quidem mortuos quid hic agatur, dum hic agitur: postea verò audire ab eis, qui hinc ad eos morien do pergunt, non quidem omnia, sed quæ si nuntur etiam isti meminisse: & quæ illos, quibus hæc indicantur, oportet audire. Possunt & ab angelis, qui rebus, quæ hic agun tur, præsto sunt, audire aliquid mortui, quod nunc quẽquam illorũ audire debere iudicat, cui cuncta subiecta sunt. Multi quo que ad viuos aliquos ex mortuis venire cre C
2. Cor. 12. a dunt: sicut econtrario Paulum ex viuis in
Paradisum raptum esse diuina scriptura te
12 pars. statur. De his autem, qui in patibulis suspẽduntur, quæritur an iuxta ecclesias sint
In fine cõ. sepeliendi. De quibus etiam in Maguntinen.
Vormatiẽ- nen. concil. ita statutum est:
sis.

Non est deneganda communio his qui in patibulis

A *bulis suspenduntur.*

QVæsitum est ab aliquibus fratribus, de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus, post cõfessionem Deo peractam, vtrùm cadauera eorum ad ecclesias deferẽda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & missæ celebrandæ, an non? Quibus respondemus, si de omnibus peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus, communio in fine secundùm præcepta Canonum danda est:
B cur Canones communionem vel sepulturã eis interdicũt, qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluunt, & confitentur vel confiteri desiderant? Scriptum est enim: Non iudicat Deus bis in idipsum.

Naũ .i. secũdũ aliã literam.

Palea.

FVres & latrones, si in furando aut deprędando occidantur, visum est, quòd pro eis nõ est orandũ: sed si cõprehensi aut vulnerati Presbytero aut Diacono cõfessi
C fuerint, confessionem eis non negamus.

De eodem.

SI fur aut latro captus fuerit, & absque occisione potest comprehendi, & tamẽ interficitur: quia ad imaginem Dei creati, & baptizati sunt nomine eius, interfectores eorũ, xl. diebus pœnitentiæ subiaceãt: intrent in ecclesiam veste induti: ab escis

& po

& potibus interdicti sint: à thoro & gladio A
& equitatu abstineant: in tertia & quinta
feria & sabbato aliquo genere leguminum
& olerum, pomis & paruis piscículis, cum
mediocri ceruisia, vicissim vtantur & tẽ-
peratè. Si autem à veridicis comprobatur
testibus, ꝙ sine odij meditatione, se suaque
liberando, Diaboli membra interfecerint,
& pariter pœniteant: pœnitentiam pro ho
micidio eis non iniungimus, nisi ipsi vo-
luerint aliquid humanitatis facere. At si
Presbyter est, non deponatur: cunctis ta- B
men diebus vitæ suæ pœnitentiam agat.

CAVSA XIIII.

ANONICI cuiusdam ecclesiæ quæstionem mouent de prędiis: testes ex fratribus suis producunt: negotiato ribus pecuniam credi derunt, vt ex eorum mercibus emolumen C
1 ta acciperent. Hic primùm quęritur, an
2 liceat eis sua repetere. Secundò, an illi te
3 stes sint audiẽdi. Tertiò, an illud sit vsu-
4 ras exigere. Quartò, an liceat clericis vel
5 laicis à quolibet vsuras expetere. Quin-
tò, an eleemosynæ de vsuris fieri possint.
6 Sextò, an vsurarij pœnitentiã agere va-
leant

leãt, nisi quod malè acceperunt, restituant.

QVAESTIO I.

An liceat canonicis sua repetere.

QVOD autẽ sua repetere nõ possint, facilè videtur probari. Ait enim Dominus in Euãgelio: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quę habes, & da pauperib⁹. Quia ergo isti iter perfectionis arripiũt, nõ licet eis sua habere: multò ergo minùs licet eis repetere: quia nõ debet repeti, quod possideri nõ licet. Itẽ: Si quis voluerit tibi tunicã tollere, & in iudicio tecũ cõtẽdere, dimitte ei & palliũ. Itẽ Apostolus in epistola ad Corint. Secularia igitur iudicia si habueritis, omnino peccatũ est in vobis. Itẽ Gregorius, exponẽs, Omnia mihi licẽt, sed ego sub nullius redigar potestate: inquit, Cũ mens concepta desideria sequitur, seruire rebus cõuincitur, quarũ amore superatur. Itẽ ex cõcilio Carthaginiensi iiij.

Matt.19.c *Luc.18.d* *Mar.10.c* *Mat.5.f* *1.Cor.6.a* *Ibidem.c* *Cap.10.*

Pro rebus transitoriis Episcopus prouocatus non litiget.

EPiscopus nec prouocatus pro rebus transitoriis litiget. Quia ergo generaliter perfectis prohibetur in iudicio cõtendere, patet, quòd istis non licet stare corã iudice. His ita respondetur: Prohibetur perfect

perfecto in iudicio stare, captando lucrũ, sed non, euitando dammũ. Vel aliter: Aliud est, sua possidere, aliud est, cõmuniũ procuratorem esse. Canonici nõ possidẽt sua, quia res Deo oblatæ, nõ sunt alicuius. Vtũtur enim rebus ecclesię, nõ vt suis, sed tanquã ad dispẽsandũ sibi creditis. Vnde Prosper in lib. de vita cõtemplatiua: Sacerdos, cui dispẽsationis cura cõmissa est, &c. require in causa eius, à quo pro ingressu monasterij pecunia exigebatur. Sicut ergo isti non sua possident, ita nec sua repetunt, sed res ecclesiæ, quarum procurationẽ gerunt. Similiter quòd in iudicio prohibentur cõtendere, sic intelligendũ est, videlicet, vt non sibi stent corã iudice, sed aliis. Aliis autem coram iudice adstitisse, & pro eis iudicẽ interpellasse nõnullos sanctorum legimus. Hi autẽ non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitatibus profutura repetunt: & ita non prohibentur stare corã iudice. Illud verò Euangelij, Si quis abstulerit tibi tunicã, &c. non est præcipientis, sed exhortantis. Vnde Augustinus ait:

Ca. 25. libr. 19. contra Faustum. *Peccat qui vltra debitum exigit: non qui sibi debita reposcit.*

QVod debetur, etsi benignè remittitur, nõ tamen iniquè repetitur. Peccat autẽ, qui exigit vltra debitũ: ideoque

lex

lex modũ figens, pœnam talionis instituit. Sed tu eò lõgè es à peccato iniusti exactoris, quò omnino nõ exigis debitũ: ideoque bonus magister ait: Qui te percutit in vnã maxillã, præbe ei & alterã. præsertim ne cogamur & ipsi reddere debitũ ab eo qui nullũ habet debitũ. Sic & cętera accipias. *Matth. 5.*

Item de sermone Domini in monte:

De eodem.

QVisquis pręceptis nõ obtẽperat, reus est & debitor pœnæ. Et paulò pòst: Prącepto Domini nõ obedire, peccatũ est: & consilio si vti nolueris, minus boni adipisceris: nõ mali aliquid perpetrabis. Itẽ Gregorius in epistola ad Iouinianũ: Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat, pœnã habet. vbi consilium datur, offerẽtis arbitriũ est: vbi præceptum, necessitas est seruientis vt obediat, vel imperantis vt ei obediatur.

QVAESTIO II.

An de suis fratribus testes producere possint.

DE EO autẽ, quod quęritur, an de suis fratribus testes producere possint, multis autoritatibus videtur esse prohibitũ. Leges enim tam sacrorum Canonum quã secularium Princi

Principum prohibent aduerſum aliquem teſtẽ de ſua domo produci. Contra ſe enim quiſque teſtari poteſt, pro ſe verò minimè. Quia ergo iſti producuntur, vt pro ſeipſis teſtimonium ferant (non enim vtilitatis ſuæ eccleſiæ ſe penitus immunes arbitrantur futuros) patet quòd eorum vox in talibus non eſt audienda. Sed diſtinctio hæc, & teſtiũ examinatio in criminalibus cauſis ſeruanda eſt: in ciuilibus autem non vſquequaque. In criminali enim cauſa nõ licet teſtem de propria domo produci: in ciuili autẽ Prẹlatis eccleſiẹ licet. Vnde Paſchalis ij. Guidoni Archiepiſcopo Viennẽſi, Apoſtolicẹ ſedis Legato ſcribit, dicẽs: *Clerici pro ſua eccleſia teſtimoniũ ferre poſſunt.*

SVper prudentia tua plurimùm admiramur, quòd in negotio Beati Stephani, clericorum ipſorum acceptare nolueris teſtimonium. Diuerſæ nanque ſunt ſpecies cauſarum, nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminibus ſiquidẽ accuſatorũ & teſtium illa diſtinctio obſeruãda eſt, quæ in Canonibus cõtinetur, ne qui ad probationẽ domeſtici adſumãtur. Cæterùm in poſſeſsionum vel huiuſmodi negotiis hi potiſsimũ adſumendi ſunt, qui eadem negotia tractauerunt: de quorũ auditu & viſu hẹſitatio eſſe nõ debeat. Si ergo

go

go iidem clerici idonei ſunt ad aſſertionẽ cauſæ illius, nullatenus remoueantur: ſed ſicut aliis literis deliberatũ eſt inter Sancti Ioãnis & Sancti Stephani Canonicos, lis illa plenius decidatur. Poteſt etiã intelligi aliter. Domeſtici ad probationẽ nõ admittantur: vt pro his videlicet, quorũ ſunt domeſtici, teſtimoniũ ferant. hi autẽ (ſicut ſuprà de actoribus dictũ eſt) nõ pro domeſtiis, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omniũ pauperum, teſtimonium dicunt. In confiendis autem inſtrumentis ſeculariũ negotiorũ Presbyteri non vocentur ad teſtimonium: ſed ſi caſu contractui eos interfuiſſe contigerit, iubente Epiſcopo, teſtimonium dicant. Vnde in ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa ſtatutum eſt:

In conficiendis inſtrumentis Sacerdotes ad teſtimonium non vocentur.

QVanquam Sacerdotum teſtimoniũ credibile habeatur, tamen in ipſis ſecularibus negotiis pro conficiendis inſtrumentis ad teſtimonium nõ rogentur: quia eos talibus rebus intereſſe non conuenit. Si autem euentu aliquo cauſę interfuerint, & aliquid viderint vel audierint: vbi nullæ ad illud idoneæ ſecularium inueniãtur perſonæ, ne veritas occultetur, & malus vt bonus æſtimetur, in prouidentia pro-

prij Episcopi sit, vt aut coram se & com- A
petentibus iudicibus, aut aliter honorificè
veritatem testificentur.

QVAESTIO III.

An sit vsuras exigere præter summam sectari emolumenta.

QVOD autem præter summam emolumenta sectari, sit vsuras exigere, Augustini autoritate probatur, qui in Psalm. xxxvj. scribit, dicens: B

Ad versũ, Tota die miseretur.

Qui plus, quã dederit, accipit, vsuras expetit.

SI fœneraueris homini, id est, si mutuò dederis pecuniam tuã, à quo plus quã dedisti expectes, non pecuniam solùm, sed aliquid plus quàm dedisti, siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud: si plus quàm dedisti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbãdus, non laudandus. Item Hieronymus

Ad ca. 18. super Ezechielem, lib. vj.

Quicquid supra datum exigitur, vsura est. C

PVtant quidã vsuras tantũ esse in pecunia, quod prouidens diuina scriptura omnis rei aufert superabundantiã, vt plus non recipias, quàm dedisti. Item alij pro pecunia fœnerata solẽt munuscula diuersi generis accipere, & nõ intelligunt scriptu-

ram

A rã vsurã appellare,& superabũdantiã,quic quid illud est, si ab eo, quã dederint,plus reacceperint. Item Ambro. de Thobia: *Cap.14. lib. de Thobia.*

Quicquid sorti accedit, vsura est.

PLerique refugientes prẽcepta legis,cũ dederint pecuniã negotiatoribus, non in pecunia vsuras exigunt, sed de mercibus eorum tanquam vsurarum emolumẽta percipiunt. Ideo audiant quid lex dicat. Neque, inquit, vsuram escarum accipies, neque omnium rerum. Item: Esca vsura
B est,& vestis vsura est,& quodcunque acce dit sorti, vsura est:& quod velis nomen ei imponas, vsura est. Itẽ si quis instaurandum cõuiuiũ putat,ad negotiatorẽ mittit, vt absinthiaci cupellam deferat sibi gratis:ad cauponẽ,dirigit,vt Picenum vinum aut Tyriacum requirat:ad lanium,vt hillam sibi procuret:ad alium,vt sibi poma adornet. Item ex concilio Agathensi: *Iuo etiam refert. li.3. de vsuris.*

Quando amplius, quàm debetur, exigitur,
C *vsura est.*

VSura est vbi amplius requiritur, quã quod datur: verbi gratia, si solidos decem dederis,& amplius quæsieris,: vel si dederis frumenti modium vnum, & super aliquid exegeris. Ecce euidenter ostenditur, quòd quicquid vltra sortem exigitur, vsura est.

QVAESTIO IIII.

A

An liceat alicui vsuras expetere.

QVOD verò nec clericis, nec laicis, liceat vsuras exigere, probatur autoritate Gelasij & aliorum. Ait enim Gelasius Papa scribens clericis per Lucaniam & Siciliam:

Ca. 17. epistola.

A quæstibus negotiationis clerici abstineant.

CLerici ab indignis quæstibus nouerint abstinẽdũ, & ab omni cuiuslibet B negotiationis ingenio vel cupiditate cessandũ. In quocũque verò gradu sint, si cessare noluerint, mox à clericalibus officiis abstinere cogantur. Itẽ ex concilio Are latensi j. quod cõfirmauit Papa Syluester:

Cap. 12.

Excõmunicẽtur ministri altaris, qui fœnerãtur.

MInistri qui fœnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam, eos à com munione abstinere. Item ex concilio Tarraconensi.

Cap. 2.

C

Qui volunt esse in clero, à studio negotiationis abstineant.

CAnonũ statutis firmatum est, vt quicunque in clero esse voluerit, emendi viliùs, & vendẽdi cariùs, studio nõ vtatur. Quod si exercere voluerit, cohibeatur à clero. Item ex concilio Martini Papæ:

Ca. 63. synodorum Gracarũ, à Martino Epis. Bra. collectarũ.

Alien

Alienetur à clero, vſuras aut ſuperabundantiam exigens.

SI quis oblitus timorem Domini & ſan 1
ctarum ſcripturarum quæ dicunt, Qui *Pſal.14.*
pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: poſt
hanc cognitionem magni concilij fœnera
uerit, vel cẽteſimam exegerit, aut ex quo-
libet negotio turpis lucri quęſierit, aut per
diuerſas ſpecies vini vel frugis, vel cuiuſli
bet rei emendo vel vendendo aliqua incre
menta ſuſceperit: de gradu ſuo deiectus,
alienus habeatur à clero. Item ex eodẽ: *Cap.3.con. Tarracon.*

Pro pecunia, quam clericus mutuò dedit, iuſto pretio ſpecies accipere poteſt.

SI quis clericus in neceſsitate ſolidum 2
pręſtiterit, hoc de vino vel frumẽto ac
cipiat, quod mercãdi cauſa tempore ſtatu-
to decretum fuerit venundari. Cæterùm ſi
ſpeciem non habuit neceſſariam, ipſum
quod dedit ſine vllo augmento recipiat.

Item ex concilio Agathenſi tertio: *Cap.16. cõ. Cartha. 3.*

Clericus non accipiat plus quàm commodauit.

NVllus clericorum amplius accipiat.
quàm commodauit. Si pecuniam, pe-
uniã accipiat: ſi ſpeciem, eandẽ quã dedit,
ecipiat: & quicquid aliud, tantum quan-
um dedit accipiat. Item Leo Papa: *Leo primus epiſ.1.*

Etiam laicis vſura damnabilis eſt.

NEc hoc prętereundũ quoq; duximus,

eſſe quoſdã lucri turpis cupiditate captos, A
qui vſurariam exercere pecuniam, & fœnore volunt diteſcere: quod nos vt non tãtùm dicamus in eos, qui ſunt in clericali ordine conſtituti, ſed etiam in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus: quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis
Cap. 17. peccandi opportunitas adimatur. Item ex Niceno concilio:

Eiiciantur à clero turpia lucra ſectantes.

QVoniam multi clerici auaritiæ cauſa B
turpia lucra ſectantes, obliti ſunt di-
Pſal. 14. uini præcepti, quo dictum eſt, Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſurã: ſtatuit hoc ſanctum concilium, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hãc diffinitionem vſuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum dare: omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quæſtum, deiiciatur à clero, & alienus habeatur ab eccleſiaſtico gra C
Iuo id etiã refert li. 3. de vſuris. du. Item Iulius Papa:

Turpe lucrum ſequitur, qui minus emit, vt plus vendat.

QVicunque tempore meſsis, vel vindemiæ, non neceſsitate, ſed propter cupiditatem cõparat amonam vel vinũ: verbi gratia, de duobus numis comparat

A modium vnum,& seruat vsque dum vendatur denariis quatuor, aut amplius: hoc turpe lucrum dicimus. Item Ambrosius *Cap. 12.* in libro de bono mortis:

Rapinam facit, qui vsuram accipit.

SI quis vsuram accipit, rapinam facit: vita non viuit. Item Augustinus ad *Epist. 54.* Macedonium:

Non minus crudelis est, qui pauperem trucidat fœnore, quàm qui diuiti aliqua rapit.

B QVid dicam de vsuris, quas etiam ipsę leges & iudices reddi iubent? An crudelior est, qui subtrahit aliquid vel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperem fœnore? Hæc vtique, atque huiusmodi, malè vtique possidentur: & vellem vt restituerentur: sed non est, quo iudice repetantur. Iam verò prudenter intueamur, quod scriptũ est: Fideli homini totus mundus diuitiæ sunt: infideli autem nec obolus. Nónne omnes, qui sibi videntur gaudere conquisi-

C tis, eisque vti nesciunt, alienum possidere conuincimus? Hoc enim certè alienum nõ est, quod iure possidetur: hoc autem iure possidetur, quod iustè: & hoc iustè, quod bene. Omne igitur, quod malè possidetur, alienum est. malè autem possidet, qui malè vtitur. Porrò à quo vsuræ exigendę sint, *Amb. cp. 15. libro de Thobia.* Ambrosius testatur, dicens:

Ab illo vsuram exigere possumus, cui iure no cemus. A

AB illo exige vsuram, cui meritò nocere desideras. Cui iure inferũtur arma, huic legitimè auferuntur vsurę. Quem bello vincere nõ potes, ab hoc vsuram exige, quem nõ sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vsuras flagitat: sine gladio se de hoste vlciscitur, q fuerit vsurarius exactor inimici. Ergo vbi ius est belli, ibi ius vsurę.

QVAESTIO V.

B

An eleemosynæ de vsuris fieri possint.

QVOD verò eleemosynæ non sint faciendæ ex fœnore vel vsuris, nec quolibet malè acquisito, Augustinus testatur in libro de verbis Domini, tractatu xxxv.

Ser. 35. de verbis Do.

De vsuris eleemosynæ fieri non possunt.

NOlite velle eleemosynas facere de fœnore & vsuris. Item Augustinus: C

Oblatio de rapina reprobatur.

Eccle. 34. c IMmolans ex iniquo, oblatio est maculata. Dona iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationibus iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium

A crificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est: qui defraudat illũ, homo sanguinis est. Qui effundit sanguinẽ, & qui fraudem facit: necessariò fratres sunt. Itẽ Augustinus in Homilia: *Hom. 7. lib 50. Homiliarum.*

Non est aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egenis.

FOrtè aliquis cogitat & dicit: multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi: non habebo peccatum si suum illis abstule
B ro, & pauperibus dedero. vnde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero. Sed huiusmodi cogitatio ei Diaboli calliditate suggeritur. nam si totũ tribuat pauperibus, quod abstulerat, addit potius peccatum, quàm minuat. Itẽ Hieronymus:

De eodem. Palea.

NEmo qui rapit, moriens, si habet vnde reddat, saluatur. Si eos quorũ fuit, inuenire non poterit, ecclesiæ vel pauperi-
C bus tribuat. Item Ambrosius:

De eodem. Palea.

RApinam emere non licet, nisi ea intẽtione, vt cui est ablata, restituatur.

Item Augustinus: *Ser. 19. de verbis Apostoli.*

Furtum committit, qui inuentum non reddit.

SI quid inueniſti, & non reddidisti, rapuisti. quantum potuisti, fecisti: quia

plus non inueniſti, ideo plus non rapuiſti. A
Qui alienum negat, ſi poſſet, & tolleret.
Epiſto.110. lib.7.ad Siagriũ Bezheriũ. Deus cor interrogat, non manum. Item Gregorius:

Qui de rebus conceſsis, & bene quæſitis, eleemoſynam impendit, illa placet Deo.

ELeemoſyna redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non ex illicitis & iniquitate congeritur, ſed quæ de rebus conceſsis, & bene acquiſitis impenditur. Itẽ
Orig.ho.4. ad cap.ſexũ Leuit. Hieronymus in lib. Leuitici:

Peccat, qui rem inuentam non reddit. B

MVlti ſine peccato putant eſſe, ſi alienum, quod inuenerint, teneant, & dicunt, Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Diſcant hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inuẽta nõ reddat. Itẽ Auguſtinus:

Bonus vſus non iuſtificat iniuſtè quæſita.

NEque enim ſi agris iniquè ac perperã inuaſis, ita quiſquam vtatur, vt ex eorum fructibus largas eleemoſynas faciat, ideo rapinam iuſtificat. Neque ſi aliàs ruri C
paterno vel iuſtè quæſito auarus incumbat, ideo culpanda eſt Iuris ciuilis regula, qua poſſeſſor legitimus factus eſt. Nec tyrannicæ factionis peruerſitas laudabilis erit, ſi regia clementia tyrannus ſubditos tractet. Nec vituperetur ordo regiæ poteſtatis, ſi Rex crudelitate tyrannica ſæuiat.

Aliud

A Aliud est nanq; iniusta potestate iustè velle vti, & aliud est iusta potestate iniustè velle vti. Item Ambrosius in libro de Officiis: *Ca.9.lib.3. Offic.*

Cũ alterius detrimento alteri subuenire nõ licet.

DEnique si non potest subueniri alteri, nisi alter lędatur, commodius est neutrum iuuari, quàm grauari alterum. Ideoq; in causis pecuniariis interuenire non est sacerdotale, in quibus non potest fieri, quin frequenter lædatur alter, qui vincitur: quo
B niam interçessoris beneficio se victum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse velle omnibus: posse autem solius Dei est. Item Gregorius in Regesto:

Eleemosynæ & sacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere.

SCriptum est, Victimæ impiorum abo- *Pro.15.b*
minabiles sunt Deo: vota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid, sed à quo detur, inspicitur.
C Hinc est enim, quod scriptum est: Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autẽ & ad munera eius non respexit. *Gene.4.c*
Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera, pręmisit solicitè, quia respexit ad Abel. Ex qua re patẽter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. *Eccl.34.c* *Pro.15.d*
Dona quippe iniquorum

Greg. cap. 12. li. 22. super Iob. 2. pars. quorum non probat altissimus: nec respicit in oblationibus eorum: nec in multitudine sacrificiorum propitiabitur peccatis eorum. Idem: Longè est Dominus ab impiis, & * orationes eorum non exaudiet. A

* *ali. orationes iustorum exaudiet.*

Exo. 3. g Ecõtra in Exodo legitur, quòd filij Israël exituri de Aegypto, à vicinis suis acceperunt mutuò vasa aurea & argentea: ex quibus postea ædificauerunt tabernaculũ Domino. His respondet Augustinus in libro quæstionum Exodi:

Quæsti. 39 ad capi. 11. Exodi.

Non licet aliena rapere exemplo Israëlitarũ spoliantium Aegyptios. B

Exo. 3. g DIxit Dominus ad Moysen: Petat vir à proximo, & mulier à proxima, vasa argentea & aurea, & vestem. Non hinc quisquam sumendum exemplũ putare debet ad expoliandum isto modo proximũ. Hoc enim Dominus iussit: qui nouerat quid quenque pati oporteat. Nec Israëlitæ furtum fecerunt, sed Deo iubente ministerium præbuerunt. Item obiicitur: Aliena rapere non est contra præceptum, nullo siquidem Dei mãdato rapina videtur prohibita. Sed nomine furti omnis illicita vsurpatio rei alienæ intelligitur. Vnde August. in eodem lib. C

3. pars.

Augu. qu. 71. libro 2. quæsti. super Exo.

Maioris pœnitentiæ est, violenter aliquid eripere, quàm furari.

Pœnale

A POenale est occultè auferre: multò maioris pœnæ est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti siue occultè, siue palàm, habet præceptum suum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Nõ enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit: sed vtique furti nomine in lege veteris testamenti & rapinã intelligi voluit. à parte enim totum significauit, quicquid illicitè rerum proximi auferetur. His autoritatibus probatur, quòd
B neque ex rebus inuentis, neq; ex malè conquisitis, eleemosynam quisquam facere potest. Sed Aug. contrà testatur, dicens: *4. pars. Ser. 35. de verbis Do.*

De malè acquisitis bonum fieri potest.

QVi habetis aliquid de malo, facite inde bonum: qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto tu bonus, qui bonum facis de malo: & cùm cœperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. numi tui conuertuntur in bo-
C num: & tu remanes malus? Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonũ, qui reddit quod illicitè abstulit. Nomine etiã mali, cura et solicitudo mortaliũ exprimitur. De malo ergo bonũ facit, qui pauperibus dispẽsat, quod cũ labore & solicitudine acquisiuit: iuxta illud Euangelij, *Luc. 16.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

tatis. Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi causa possidetur: veluti cùm Mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænuntiat, nonnulla lucratur. Quæ verò de malo sic acquirũtur, in bonum possunt conuerti. De peccato etiam aliqua nõ nunquam acquiruntur, quæ pauperibus iu-
Epist. 54. stè erogantur. Vnde Augustinus ad Macedonium:

Quæ malè acquiruntur, aliquando benè possunt expendi.

NOn sanè quicquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur. nam plerique nec medico volũt reddere honorem suum, nec operario mercedem. nec tamen hæc quæ ab inuito accipiuntur, per iniuriam accipiuntur: quæ potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis testimonium verum, quia vendit Aduocatus iustum patrocinium, Iurisperitus verum consilium. Illi enim inter vtranque partem ad examẽ adhibẽtur: isti ex vna parte cõsistunt. Cùm autem iudicia & testimonia, quæ nec iusta nec vera vendenda sunt, iniqua & falsa vẽduntur: multò sceleratius vtique pecunia sumitur, quia sceleratè etiam, quamuis à volentibus, datur. Ille tamẽ solet malè sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustum iudicium

A dicium emit: quoniam venale eſſe non debuit. Qui verò pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, niſi timeret, vel puderet emiſſe. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ ab vtraque parte non inſolenter accipiunt, ſicut officialis & qui amouetur, & cui admouetur officium: ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti ſolent: magisque reprehendimus, qui talia inuſitatè repetierunt, quàm qui ea de more ſumpſerunt: quoniam multæ neceſ-
B ſariæ perſonæ rebus humanis vel inuitantur huiuſmodi commodis, vel tenẽtur. Iſti ſi viam vitæ mutauerint, aut excellentioris conſcenderint ſanctitatis gradum, facilius ea quæ hoc modo acquiſierunt, tanquam ſua, pauperibus largiuntur, quàm eis, à quibus accepta ſunt, tanquam aliena, reſtituant. Qui verò contra ius ſocietatis humanæ furtis, rapinis, calumniis, oppreſſionibus, inuaſionibus aliqua abſtulerint, reddenda potius, quàm donãda, cenſemus,
C Zachæi publicani exemplo.

QVAESTIO VI.

An vſurarij pœnitentiam agere valeant, niſi quod malè acceperunt, reſtituant.

Quod

QVOD verò pœnitẽtia agi nõ possit, nisi res aliena reddatur, testatur Aug. in epistola ad Macedonium. A

Epist. 54.

Pœnitentia non agitur, si aliena res non restituatur.

SI res aliena propter quã peccatũ est, reddi possit, & nõ redditur, pœnitentia nõ agitur, sed simulatur. Si autẽ veraciter agitur, nõ remittitur peccatũ, nisi restituatur ablatũ: si (vt dixi) restitui potest. plerunq; enim qui aufert, amittit siue patiendo malos, siue ipse malè viuendo, nec aliud habet vnde restituat. Huic certè non possumus dicere, redde quod abstulisti, nisi cùm habere credimus, & negare. Verùm quidẽ si aliquos sustinet cruciatus repentè, dũ existimatur habere quod reddat, nõ est iniquitas: quia si non est vnde reddat ablatam pecuniam, tamẽ dum eam per molestias corporales reddere compellitur, peccati, quo malè ablata est, pœnas luit. Sed non inhumanũ est, etiã pro talibus intercedere, non ad hoc, vt minimè restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominẽ sæuiat. Et paulò post: Illud verò fidẽtissimè dixerim, eũ qui pro homine ad hoc interuenit, ne malè ablata restituat, & qui ad se confugientem (quãtùm honestè potest) ad reddendũ non B C

compel

A compellit, socium esse fraudis & criminis. Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus, quàm impendimus. Nõ enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat, ac non potius adiuuat, sed obuiat subuertendo atque opprimẽdo. Sed nũquid nos ideo aut exigere, aut exigẽdum tradere, vel possumus vel debemus? Agimus, quantũ Episcopalis facultas dat, & humanum quidem nonnunquàm, sed maximè ac semper diuinum iudicium comminantes. Nolentes au
B tem reddere, quos nouimus & malè abstulisse, & vnde reddant habere, arguimus, increpamus, obtestamur, quosdã clàm, quosdam palàm: sicut diuersitas personarum diuersam videtur posse vel velle accipere medicinam. Si verò rem alienam quis con- 2. pars. secrauerit, non eandem, sed æstimationem eius restituere debet. Vnde Gregorius:

Qui rem alienã consecrat, eius æstimationem restituat.

C COmperimus nullam extitisse causam pro qua res eorum potuissent rationabiliter à te occupari, atque eas inconsultè ac temerè consecrari. Idcirco experientiæ tuæ præcipimus, vt quia quod semel consecratum est, eis non valet vltra restitui, studij tũi sit, vt ipse Episcopus debeat pre- 3. pars. tium dare. Pro malis autem apud Princi-

pes ecclesiæ debet intercedere, non eos te- A
merario ausu defendere. Vnde Gregorius
Epist. 24. lib. 7. Romano defensori:

Ecclesia pro malis intercedat, non eos temerario ausu defendat.

HIq in furtis publicis implicati sunt, à nobis non videãtur iniustè defendi, ne opinionem malè agentium ex indiscretæ defensionis ausu in nos vllo modo trãsferamus: sed quantùm decet ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis succurrite, vt aliis B
opem feratis, & opinionem sanctæ ecclesiæ non inquinetis. Furtum autem non tam in quantitate rei, quàm in affectu furantis, consideratur. Vnde Hieronymus
Ad cap. 2. in epistola ad Titum:

Non solùm in maioribus furtum committitur, sed etiam in minoribus.

4. pars. * al. furtũ. FVr * autem non solùm in maioribus, sed in minoribus etiam iudicatur. Non enim, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatio C
ne non ideo diuersa sit fornicatio, si mulier sit pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulenta: sed qualiscunque illa fuerit, vna est fornicatio: ita in furto, quantuncunque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

A CAVSA XV.

VIDAM Sacerdos crimine carnis lapſus eſſe perhibetur, antequam Sacerdotalem benedictionem conſequeretur: poſtquã verò Sacerdotium adeptus eſt, in furorẽ verſus quendam interfecit. Recuperata verò ſanitate, apud Epiſcopum accuſatur ab ea,
B cum qua lapſus eſſe dicitur. Epiſcopus autem die dominico cauſam examinat. Sacerdos inficiatur crimen ſibi illatum: quorundã clericorum ſibi patrocinia quęrit: illi verò non ſine pretio ſibi patrocinantur. Tandem Epiſcopus confeſsionem quæſtionibus extorquet: demum ſolus, & abſque ſynodali audientia, illum ſententia ferit.

Quæritur autem, an ea quæ mente alienata fiunt, ſint imputanda. 1
Secundò, an 2
C pro impenſis patrociniis liceat clericis munera exigere. Tertiò, an ex mulieris 3
confeſsione iſte ſit condẽnandus. Quar- 4
tò, an die dominico eius cauſa ſit ventilanda. Quintò, an ſibi neganti purga- 5
tio ſit deferenda. Sextò, an eius confeſ- 6
ſio cruciatibus ſit extorquenda. Se- 7
ptimò, an abſque ſynodali audientia

Episcopus valeat Sacerdotem damnare? A

8 Octauò, si spõtè cõfessus est, aut ab aliis conuictus fuerit, quòd ante ordinationem peccauerit, an suscepti ordinis officium exequi sibi liceat?

QVAESTIO I.

An ea, quæ mente alienata fiant, sint imputanda.

QVOD autem quę alienata mẽte fiunt, non sint imputanda, facilè videtur posse probari. B Peccata nãque alia penes voluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatem videntur consistere. Est autem voluntas (vt Aug. ait in lib. j. Retractationum) animi motus ad aliquid imitandum, vel non imitandum, vel adipiscẽdum. quod propterea dictum est, vt hac definitione volens à nolente discerneretur.

Cap. 1. lib. 1. Retracta. Ex voluntate itaque peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquendi proposito committuntur. C Porrò infirmitas alia est animi, alia carnis. Infirmitas animi, est ignorãtia. Carnis infirmitas est, eius cõcupiscentia. Ex vtraque autẽ infirmitate quæ procedũt, imputãtur ad pœnam.

2. Cor. 14. g Vnde de quibusdam ignorãtibus dictũ est: Si quis ignorat, ignorabitur. Tales illi erãt

de

A de quibus Chriſtus ait Apoſtolis: Extra ſy nagogã facient vos: quia arbitrabũtur obſequiũ ſe præſtare Deo. De eiſdẽ etiã Apoſtolus ſcribit in epiſtola ad Romanos: Teſtimonium illis perhibeo: quia zelum Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam. Nullũ tamen eorum in perfidia ſua perſeuerantẽ hæc ignorantia excuſat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ naturæ languore fiũt: quę niſi imputarentur ad pœnã, nequaquã Apoſtolus lege carnis grauatus diceret: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpo
B re mortis huius? &c. Siue ergo penes volũtatem, ſiue penes infirmitatem peccata cõſiſtant, ſemper imputantur ad pœnam. Cui ſententiæ illud Auguſtini de vera religione contrarium videtur: Vſqueadeò peccatum voluntarium malum eſt, vt niſi ſit voluntarium, nullo modo peccatum ſit. Et hoc quidem adeò manifeſtum eſt, vt nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorũ turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt
C peccatum committi, aut fatẽdum eſt, cum voluntate committi. Sed hoc non generaliter de omnibus peccatis intelligendum eſſe, idem Auguſt. in lib. j. Retractationum oſtendit, dicens: Vſqueadeò peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium. Poteſt vi

Ioann. 16. a

Rom. 10. a

Rom. 7. d

deri falsa hæc diffinitio: sed si diligẽter excutiatur, inuenitur verissima. Peccatum illud quippe cogitandum est, quod tantummodo peccatum est, nõ quod est etiam pœna peccati: quamuis & illa, quæ non immeritò non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à nescientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnimodo possint non voluntaria dici. Idem in eodem: Diffinitio peccati, quam diximus, Peccatum est voluntas retinẽdi vel consequendi, quod iustitia vetat, vnde liberum est abstinere: propterea vera est: quia id diffinitum est, quod tantũ modo peccatum est, non quod etiam pœna peccati. Idem in libro quæstionum:

A

B

C

Augu. lib. de duabus animabus, cap. 11.

Quæst. 24. lib. quæ. 4. super Numeros, ad cap. 15.

Non sunt peccata nolentium, nisi nescientium.

MEritò quæritur, quæ sunt peccata nolentium, vtrùm quę à nescientibus cõmittuntur: an etiam rectè possit dici, peccatum esse nolentis, quod facere compelli tur. Nam & hoc contra voluntatem dici solet. sed vtique vult id, propter quod facit: tanquam si peierare nolit: quod tamen facit, cùm vult viuere, si quisquam nisi fecerit, mortẽ minetur. vult ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per seipsum appetit, vt falsum iuret: sed vt falsum iurando viuat. Quod si ita est, nescio vtrùm possint ista dici peccata nolentium, qualiter hic di

cun

A cantur peccata expianda. nam si diligenter inspiciatur, fortè ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud, quod vult, peccat. Omnes quippe homines, qui sciẽtes faciũt quod non licet, vellent licere facere. vsque adeò ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo cõ sequitur. Hæc si ita se habent, non sunt peccata nolentiũ, nisi nescientiũ, quę discernũtur à peccatis volentiũ, Dige. ti. de iniuriis.

Li. 47. Digest. tit. 10. lege 3.

B ILlud relatum peræquè est, eos qui iniuriam pati possunt, & facere posse. Sanè sunt quidã, qui facere non possunt: vt puta furiosus, & impubes, qui doli capax non est. namque hi pati iniuriam solent, non facere. Cùm enim iniuria ex affectu facientis consistat, consequens erit dicere, hos, siue pulsent, siue conuiciũ dicant, iniuriam feciſſe non videri. Itaque pati quis iniuriam etiamsi non sentiat, potest: facere verò nemo, nisi qui scit se iniuriam facere, etiamsi

C nescíat cui faciat. Quare si quis per iocum alium percutiat, aut dum certat, iniuriarũ non tenetur. Si quis liberum hominem ceciderit dum putat seruum suum, in ea causa est ne iniuriarum teneatur. Itaque (vt ex præmissis apparet) siue voluntate, siue ex infirmitate peccata procedant, palàm est illa imputari. Sed carnis infirmitas

dupliciter intelligitur. Est enim lãguor naturę, qui carnis concupiscentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici potest: sed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit animæ ex cõiunctę carnis corruptione. Porrò alia est infirmitas, quæ propriæ carnis dicitur: qua, elementorum humanorũ concordia turbata, ipsa caro afficitur, & tãdem dissoluitur. Similiter animi infirmitas duplex est: vna, quæ vitium appellatur, qua anima à Deo separatur: vt est ira, odium, & alia huiusmodi. Alia infirmitas animi, quæ cùm ipsa non sit peccatum, est tamẽ pœna & causa peccati: vt est obliuio, & ignorãtia. Furor autẽ, cùm non sit peccatũ, est tamẽ pœna peccati, vt febris, & cęteræ passiones, quas propriè carnis dicimus esse: quarum motus, id est ea quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam. Sed obiicitur de Lamech, qui cùm cæcus esset, Cain interfecit, nec eum excusauit cæcitatis infirmitas. Vnde dictũ est: Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagesies septies. Sed cæcitas ignorantiæ similis est. Ex vtraque enim quædam fiunt, quæ imputantur: quędam verò quæ minimè. cæcus nanque si debitum suæ vxori credens reddere alienam polluit, non est reus adulterij. Si autem

A

B

C

Gene. 4.

A tem ex ludo vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens aliquem perimat: quia ab eo penitus hoc debet esse alienum, homicidij reus habetur. Mens verò alienata furore, cùm sui compos non sit, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo & furioso in maleficiis subuenitur, vt non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non processerunt. Digest. tit. de iniuriis. Illud relaB tum. require suprà. quod non solùm humanis, sed etiam diuinis legibus noscitur approbatum. Ait enim Augustinus de paruulis ad Petrum Diaconum: *Cap. 10.*

FIrmissimè tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominẽ accepturum vitam æternam, qui non hic à malis fuerit per pœnitentiam fidemque conuersus, & per sacramentum fidei & pœC nitentiæ, id est, per baptismum liberatus. Et maioribus quidem necessarium esse & pœnitentiam de malis suis agere, & fidem catholicam secundùm regulam veritatis tenere, & sacramentum baptismatis accipere: paruulis verò qui necdum propria volũtate credere, nec pœnitentiam pro peccato quod originaliter contrahunt, agere pos-

sunt, sacramentum fidei quod sanctum ba A
ptisma, quandiu rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem. Ex eo autem, quod in fine huius autoritatis dicitur, Quandiu scilicet rationis eorum ætas capax esse non potest: euidenter datur intelligi, nulli post baptismũ peccata imputari, siue sit adultus, siue impubes, nisi rationis sit capax. Vnde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Augustin. in eodem lib redditur, quare sua facta eis non imputentur. Animalia enim (inquit) præ- B
sentis temporis seculi cursum aut ornatũ secundùm creatoris incomprehensibilem peragunt voluntatem, quæ de suis factis nullam rationem redditura sunt: quia rationabilia non sunt. Nunquid enim de bobus cura est Deo? Homines verò, quia rationabiles sunt facti, & de se, & de omnibus rebus, quas in vsu vitæ præsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo, & pro suorum actuum qualitate recipient, C
aut gloriam, aut pœnam. Sacræ tamen legis autoritate animalia iubentur interfici, non propter conscientiam peccati, sed quia refricant memoriam facti. Vnde Augustinus super Leuiticum:

Quæstio 94. ad cap. 20. Leuitici.

Non propter culpam, sed propter memoriã facti, pecus occiditur, ad quod mulier accesserit.

A MVlier quæ accesserit ad omne pecus, & vult ascẽdi ab eo, interficietis mulierem, & pecus morte moriatur. rei enim sunt. Quæritur, quomodo sit reum pecus, cùm sit irrationabile, nec vllo modo capax legis est. Idem: Pecora inde credendũ est iussa interfici: quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam. De furiosis autem euidentissimè scribit Augustinus in libro quęstionũ veteris & noui testamenti, ita dicens: *Leui. 19. a*

B *Culpa non necessitate, sed voluntate reum constringit.*

ALiquos scimus subitò dementes factos, ferro, fuste, lapidibus, morsibus multis nocuisse, quosdã etiã occidisse, captos autẽ industria, & iudiciis oblatos, minimè reos factos: eò quòd non voluntate, sed impellente vi nescio qua, hæc gesserint nescientes. Quomodo enim reus cõstituitur, qui nescit quod fecerit? Itẽ Amb. in Hexaemero in tractatu primi diei. *Cap. 8. lib. 1.*

C *Reus voluntate, non necessitate, constringitur.*

ILla cauenda sunt, quæ ex nostra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationabiles corporis passiones. Quorũ igitur nos sumus domini, eorũ principia extrinsecus non requiramus, nec deriuemus in alios: sed agnoscamus ea propria, quę nostra

stra sunt. Quod enim possumus non face- A
re, si volumus, huius electionem mali nobis potiùs debemus adscribere, quàm aliis. Ideo etiam in iudiciis istiusmodi voluntarios reos, non necessitate compulsos, culpa constringit, pœna cõdemnat. Neque enim, si per furorem aliquis innocẽtem perimat, obnoxius morti est, quin etiam ipsius diuinę legis oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, & refugij facultatem, vt possit euadere. Hoc igitur de eo, quod propriè malum vi- B
detur, dictum sit. Mala enim non sunt nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Cæterùm paupertatem, & ignobilitatem, ægritudinem & mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorũ sorte numerauerit: quia necessaria ista in bonis habentur maximis: quorum nobis alia ex natura, alia ex commoditate accidere videntur. Idem in lib. de Patriarchis:

Cap. 6. lib. de Abraham.

Veniã habent, quæ ignorãtes ebrij committũt. C

SAnè diximus vitandam ebrietatem, per quam crimina cauere nõ possumus. Nam quę sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Nesciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent: iacent sepulti. Ideoque si qui per vinum deliquerunt, apud sapientes iudices venia

qui

A quidem facta donantur: sed leuitatis damnantur autores. Item Augustinus lib.j. de Ciuitate Dei:

Inobedientia vel concupiscentia non habet culpam in corpore non consentientis.

SI concupiscentia, vel inobedientia, quę adhuc in membris moribūdis habitat, præter nostræ voluntatis legem, quasi sua lege mouetur: si absque culpa est in corpore dormientis, quantò magis absque culpa est in corpore non consentientis?

B Idem contra Faustum lib.ij *Capite 44. lib.22.*

Loth non de incestu, sed de ebrietate culpatur.

INebriauerunt Loth filiæ eius, & se nescienti miscuerunt. Quapropter culpādus est quidem, non tamen quantum ille incestus, sed quantum ebrietas illa meretur. Item Ambrosius de beata vita: *Capi.3. li.1. de Iacob. & vita beata.*

Nemo trahitur ad culpam, nisi ductus propria voluntate.

C NOn est, quòd cuiquam nostrā adscribamus ærumnam, nisi nostræ voluntati. Nemo nostrum tenetur ad culpā, nisi voluntate propria deflexerit. Non habent crimē, quę inferūtur reluctantibus. Voluntaria tantū cōmissa sequitur delictorū inuidia, quā in alios deriuamus. Voluntariū sibi militē eligit Christus: voluntariū seruū sibi Diabolus auctionatur, & acquirit

suo

suo iuri. Neminem iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi se ei prius peccatorum ære vendiderit. Idē in lib. de Paradiso: A

Cap. 4. li. 2. de Cain & Abel.

Minister Dei est, qui inuitus homicidiū facit.

NEc is, qui inuitus aliquod homicidiū fecerit, extra ministerium Dei est. Siquidem lex ait de eo: Quia Deus dedit eū in manu eius. Manus ergo eius instrumenti modo diuinæ vltioni ministerium prębuerunt. Leuita igitur minister remissionis est. Percussor autem, qui non ex dispositione, sed præter voluntatem, fecerit homicidium, diuinæ minister est vltionis. B Illud quoque spectа, quia cùm interficitur impius, Christus infunditur: & vbi abominatio aboletur, sanctificatio consecratur: quia dixit Dominus: In ea die, qua interfecero omne primogenitū Aegypti, sanctificabo mihi omne primogenitū Israël. Quod non ad vnum diem afflictionis refertur Aegypti sed ad omne tempus. Cùm itaque qui inuitus hominem interfecerit, minister Dei sit, cùm innocentē furore perimens morti nequaquàm obnoxius sit, cū subitò dementes eorū, quę faciunt, reatum minimè gestēt: patet hunc Sacerdotē homicidij reum non esse: vnde nec Sacerdotio priuari debet. Obiicitur autē illud quod inuenitur in pœnitentiali Theodo. C

In se

A *In se reuersus pœnitentiam agat, qui insaniens aliquem occidit.*

SI quis insaniẽs aliquem occiderit: si ad sanam mentẽ peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est. Sed hoc fortè de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorẽ perduxit. Item obiicitur: Sunt quædam, quę etsi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Ambitio nanque parentum filio non imputatur ad pœnam, cui tamen obest ad ec-
B clesiæ munus accipiendum. sic quæ mente alienata fiunt, etsi non imputentur ad pœnam, tamen sacri muneris executionem impediunt. Vnde Hierony. ait:

Innocens est, qui non iratus, sed propter disciplinam casu aliquem interfecit.

SI quis non iratus, sed propter disciplinam aliquem verberauerit, vel palmã alicui dederit, & casu occiderit, sicut fieri solet, quantùm ad gratiam, innocens est:
C quia voluntatem, nõ opus, requirit. Quãtùm autem ad legem, reus est: quia opera lex quærit. Item si in persecutione virgo fuerit oppressa, repellitur lege: quia opus inspicit, non voluntatem. In gratia autem quasi virgo suscipitur: quia non opera quærit, sed voluntatem. Sicut ergo qui propter disciplinam casu homicidium

facit

facit, quantùm ad legem, reus est: quantùm ad gratiam, innocens est: sic iste Sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantùm ad culpam, innocens est, quantùm ad suscepti muneris executionem, reus probatur. His ita respondetur: Non omnia, quę ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt. Nõ enim potest ad Sacerdotium prouehi, qui aliquando insaniuit: veruntamẽ si post Sacerdotium furere incepit, non ideo Sacerdotio carebit: nisi fortè nunquàm ad sanæ mentis officium illum redire contingat. Si cut de quodam Episcopo Grego. scribit in Regest. ad Eleutherium Episcopum. Quãuis triste sit nobis, &c. vt suprà, in causa, Longa inualitudine grauatus est. A B

QVAESTIO II.

An pro impensis patrociniis liceat clericis munera exigere.

PRO IMPENSIS verò patrociniis in Tarraconensi cõcilio clerici exigere munera prohibẽtur: in quo sic statutum legitur: C

Cap. 10.

Pro patrociniis impensis clericus munera exigere non debet.

OBseruandum quoque decernimus, ne quis Sacerdotum, vel clericorũ, more secularium iudicum, pro impẽsis patrociniis

A ciniis munera audeat accipere, nisi in eccle
clesia gratuitò oblata: quæ non fauore mu
neris videntur accepta, sed collatione de-
uotionis illata. Quòd si quis ita probatur
accipere, veluti exactor fœnoris, aut vsu-
rarum possessor, secũdùm statuta patrum
se nouerit degradandum. Hoc autem de il-
lis intelligendum est qui canonicam vitã
professi, regulariter se victuros proposue-
runt. Generali nanque ecclesiæ consuetu-
dine receptum est, & moribus approba-
B tum, vt clerici more Aduocatorum patro
cinia impendant, & pro impendendis mu-
nera exigant, & pro impensis suscipiant.

QVAESTIO III.

An ex mulieris confessione iste sit condemnandus.

TERTIO quæritur, an ex mu-
lieris confessione iste sit conde
mnãdus? In quo primò videdũ
est, an mulier Sacerdotẽ accusa
C re valeat: quod sacris Canonibus omnino
videtur esse prohibitũ. Generaliter enim
statutum est ex Decretis Fabiani Papæ, vt
Sacerdotes Domini non accusent, nec in
eos testificentur, qui sui ordinis non sunt,
nec esse possunt. Mulieres autem non solũ
ad Sacerdotiũ, sed nec etiã ad Diaconatum

prouehi possunt: vnde nec Sacerdotes accusare, nec in eos testificari valẽt. Legibus quoque cautũ est, vt ob vererundiam sui sexus mulier apud Prætorem pro alio non intercedat, nisi fortè suas, vel suorũ iniurias prosequi voluerit. Hæc autẽ quæ nec suas, nec suorũ iniurias prosequitur, ad hãc accusationẽ admitti non debet. Econtrà qui iudicis personam gerere valet, ab accusatoris officio non remouetur. Mulieres autẽ in veteri testamento populum iudicasse, quicunque librũ Iudicũ legerit, ignorare non potest. Non itaque ab accusatione remoueri possunt: quas etiã iudicis personam frequenter gessisse constat: nec vlla serie diuinarum scripturarum ab accusatione prohibentur. His itaque respondetur. In veteri lege multa permittebantur, quę hodie perfectione gratię abolita sunt. Cùm enim mulieribus permitteretur populum iudicare, hodie pro peccato, quod mulier introduxit, ab Apostolo eis indicitur verecũdari, viro subditas esse, in signũ subiectionis velatũ caput habere. Quę er- in his omnibus viro subiecta esse ostenditur, cui pro alio postulare non conceditur, ad accusationem admittenda non videtur. Econtrà quanquàm passim & indifferenter ad accusationẽ mulier non admittatur:

Iudic. 4. a

Ephe. 5. c

A B C

sunt

A ſunt tamen quædam crimina, quorum accuſationem mulier ſubire non prohibetur.

Vnde in lib. Codicis ix. Impera. Diocle tianus, j. titulo ſcribit, dicens: *Titu. Qui accuſare non poſſit. l. 12.*

DE crimine, quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accuſare nõ permittitur: niſi certis ex cauſis, id eſt, ſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur, ſecundum antiqui iuris ſtatuta tantùm, de quibus ei ſpecialiter conceſſum eſt, non exacta ſubſcriptione. Vnde aditus Preſes pro-

B uincię in primis examinabit, an tale ſit crimen, cuius accuſationem mulier ſubire nõ prohibeatur. Item in libro Digeſtorum Paulus lib. ij. de adulteriis. *Titu. 5. de teſtibus. l. 11. lib. Digeſt. 22.*

EX eo quòd prohibet lex Iulia, de adulteriis, teſtimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur, etiam mulierem teſtimonium in iudicio dicẽdi ius habere.

Item Digeſtis titu. de accuſationibus & inſcriptionibus, lib. ij. Non eſt permiſſum *Lib. 48. Digeſto. tit. 2.*

C mulieri publico iudicio quenquam reum facere: niſi ſcilicet parentum liberorumque, & patroni & patronæ, & eorum filij, filiæve, nepotis, neptiſve mortem exequatur. Paulus lib. xlviij. Digeſtorum *Tit. 2. l. 2.* titu. de accuſationibus. * *al. Papinianus.*

CErtis de cauſis conceſſa eſt mulieribus publica accuſatio: veluti ſi mor-

tem exequãtur eorũ earumque, in quos ex lege testimonium iudiciorum publicorum inuitæ non dicant. Idem & in lege Cornelia testamentaria Senatus statuit. Sed & de testamento paterni liberti, vel materni mulieribus publico iudicio dicere permissum est. Pupillis ex consilio tutorum patris mortem, item pupillæ aui sui mortem esse qui concessum est lege testamentaria. Nam de patris quidem testamento pupillis agere Diuus Vespasianus permisit. Sed & si non exhibeãtur tabulæ testamenti, per interdictum possunt experiri. Codice de iis qui accusare possunt, vel non, Imperat. Alexand. Dionysio: Vxor tua, si consobrini sui necem vindicãdam existimat, adeat Præsidem prouinciæ. In Digestis ad legem Iuliam maiestatis, Papinia. lib. xij. responsorum: In quęstionibus læsæ maiestatis etiam mulieres audiuntur. Coniurationem deniq; Sergij Catilinę Fuluia mulier detexit: & Marcum Tullium Consulẽ in iudicium eius instruxit. Quæcunque verò persona ad accusationem publicorũ iudiciorum vel lęsę maiestatis admittitur, eadem accusationem simoniæ subire non non prohibetur. Vnde in j. lib. Codicis Imperator Leo Armasio Præfecto Pręto.

A

B

C

Lib. 9. Cod. tit. 1. l. 4.

Lib. 48. Digesto.

Titu. 3. de Episcop. & cle. l. 29.

Læsæ maiestatis, & publicorum iudiciorũ, & simoniæ

A *ſimoniæ accuſatio æqualiter proponatur.*

SAnè quiſquis hanc ſanctam & venerã-
dam Antiſtitis ſedẽ pecuniæ interuẽ-
tu ſubiiſſe, aut ſi quis vt alterũ ordinaret
vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur, ad
inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis
accuſatione propoſita, à gradu Sacerdotis
retrahatur: nec hoc ſolùm deinceps hono-
re priuari, ſed perpetuæ quoque infamiæ
damnari decernimus: vt quos facinus par
coinquinat & ęquat, vtroſque ſimilis pœ-
B na comitetur. Cùm autem ſacris Cano-
nibus accuſationes omnino ſubmoueantur, quas leges ſeculi nõ adſciſcunt: ediuer
ſo videntur admittendæ, quæ legibus ſe-
culi non prohibentur. Verùm hoc non in-
fertur. Quicunque enim clericorũ ſacris
Canonibus nuptias cõtrahere prohibẽtur,
etiam legibus Imperatorum. Non autẽ cõ-
ſequẽter omnium culpam leges admittũt,
quorum coniunctionem ſacri Canones nõ
C prohibẽt. Legibus enim ſoli cantores & le
ctores, canonibus autem etiã Acolyti vxo
res duxere poſſunt. quamuis igitur ſacris
Canonibus ſubmoueantur accuſationes,
quas leges ſeculi nõ adſciſcunt, nõ ideo cõ-
ſequenter recipiuntur, quaſcunque Princi
pum leges admittũt. Sed (ſicut circa huius
operis initium præmiſſum eſt) totiens le-

gibus Imperatorum in eccleſiaſticis negotiis vtendum eſt, quotiens ſacris Canonibus obuiare non inueniuntur. Vnde aut ſpecialiter ſacris Canonibus mulier ab accuſatione læſę maieſtatis & ſimoniæ oſtendatur prohibita, aut præmiſsis rationibus ad huiuſmodi accuſationem admittẽda probetur. Nec quiſquam diſtinguere quærat, ad aliorum, non ad ſacerdotum accuſationem in hoc caſu ſimoniæ mulieres eſſe admittendas. Cùm enim generaliter legibus hoc eis permiſſum inueniatur, niſi quis ſpecialiter aliqua lege hoc prohibitũ oſtenderit, eius diſtinctio locũ non habebit. Verùm cùm contra generales regulas quædã crimina ſpecialiter excepta ſunt, in quibus mulieri accuſare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur: patet, quòd huiuſmodi accuſatio dupliciter infirmatur, & quia fornicationis crimen intendit: & quia dum de ſe confitetur, ſuper alienum crimen ei credi non oportet. Vnde Iulius Papa ſcribit, dicens:

Iulius Pa. 1. capi. 18. in Decre.

Rei profeſſio aduerſus quẽlibet admitti nõ debet.

NEmini (præterquam de crimine læſę maieſtatis) de ſe confeſſo, ſuper alienum crimen credi oportet: quoniam eius atque omnis rei profeſsio periculoſa eſt, & admitti aduerſus quemlibet non debet.

Quia

A Quia ergo iſta de ſe confitetur, ſuper alienum crimen ei credi non oportet: ſed contra eam ſua cõfeſsio interpretanda eſt.

QVAESTIO IIII.

An die dominico cauſa ſit ventilanda.

B QVOD verò die dominico nec Epiſcopo, nec Presbytero cauſam aliquã vẽtilare liceat, in Tarraconenſi cõcilio prohibetur: in quo ſic ſtatutũ eſt:

Miniſtri eccleſiæ die dominico cauſas ventilare non debent.

NVllus Epiſcoporum, aut Presbyterorum, vel clericorũ, die dominico propoſitum cuiuſcunque cauſæ negotium audeat ventilare: niſi hoc tantùm, vt Deo ſtatuta ſolennia peragant: cęteris verò diebus cõuenientibus perſonis, illa quę iuſta ſunt, habent licentiam iudicandi, excepto criminali. Item ex concilio apud Epheſum habito præſente Rege Henrico:

C *Solennibus diebus, & legitimorum ieiuniorũ, ſecularia placita non agantur.*

PLacita ſecularia dominicis diebus, vel aliis præcipuis feſtis, ſeu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrãtur, ſecundùm canonicam conſtitutionem

minimè fieri decernimus. Insuper etiam A
sancta synodus decreuit, vt nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua autoritate Christianos ad placitum bannire in suprà dictis diebus, id est, septem diebus ante natalem domini vsque in octauas Epiphaniæ, & à quinquagesima vsq; ad octauas Paschę, & septẽ diebus ante Natiuitatẽ sancti Ioannis Baptistæ: quatenus adeũdi ecclesiam, orationibusó; vacandi liberius habeatur facultas. Itẽ Hadrianus Papa: B

De eodem.

NVllus Episcopus, vel infrà positus, die dominico causas iudicare præsumat.

QVAESTIO V.

An neganti purgatio sit deferẽda.

PVRGATIONEM verò negãti esse præstãdam, Stephanus scribit Leoni Episcopo Theanẽsi: *Diaconus si de crimine cõuinci nõ* C
poterit, apud Episcopũ seipsum secretò purificet.

DE crimine sibi illato Diaconus tuus verisimè fatebatur se esse immunẽ: veruntamen si suspicio habetur, & accusatores idonei reperiũtur, & tales testes, quales sacri Canones sanciunt: accito tecũ certo Episcoporũ numero veniant accusatores:

A res: vocetur & ipſe Aldericus Diaconus: & ſi negauerit, ventiletur cauſa canonicè, & ſi vel ſponte confeſſus, vel legitimis teſtibus fuerit approbatus, canonica feriatur ſentẽtia: qui ſi nec ſponte cõfitetur, nec accuſatores & teſtes legitimi reperti fuerint, & mala fama crebruerit: nõ in publico examine, ſed coram te, & aliquantis reuerendiſsimis Presbyteris, & Diaconis tuæ eccleſiæ, ſecretò iuramento ſe purificet, & deinceps boni teſtimonij eum annuntia: &
B compeſce & commone eccleſiæ tuę filios, ne Sacerdotem Dei vlterius infamare præſumant, timentes quòd Cham maledictus *Gene. 9. d* eſt, qui patris verenda deriſit. Item Nicolaus Soloni Conſtantienſi Epiſcopo:

Non eſt ſpoliandus Presbyter vel Diaconus, niſi ſponte confeſſus, vel legitimè cõuictus fuerit.

PResbyter, aut Diaconus, quem aſſeris crimina nolle publicè cõfiteri, ſed velle cum ſacramento defendere ſe: ſi tamen
C notum ſit Epiſcopo, ſcelus ipſius eſſe perpetratum, non poteſt per aliquam pœnitẽtiam Sacerdotali vel Diaconali officio potiri. Sed mirandum eſt, ſi ipſe confeſſus nõ fuerit, quomodo notum poteſt eſſe Epiſcopo ſcelus ab ipſo perpetratum: niſi accuſatore fortè idoneo per teſtes idoneos approbante. Vnde ſi examinante Epiſcopo cau-

sam Presbyteri vel Diaconi (nisi fuerit per testium approbationem Presbyter vel Diaconus fortè conuictus) non est scelus Episcopo legitimè manifestum, nisi sua sponte ipsum cõfiteatur: quod nisi fecerit, interim non videmus suo debere Presbyterum vel Diaconum officio priuari. Sola ergo spontanea confessio, & canonicus numerus, vel qualitas testium, decernentibus Episcopis, & accusatore quod obiecerat comprobante, clericum priuat proprio gradu. A B

QVAESTIO VI.

An confessio cruciatibus sit extorquenda.

QVOD verò confessio cruciatibus extorquenda nõ sit, Alexander Papa testatur, scribẽs omnibus orthodoxis: *Epist. 1.*

Ministrorum confessio non sit extorta, sed spontanea. C

SI quandoque à Sacerdotibus & autoribus ecclesiæ quędam scripturę quoquo modo per metum, aut fraudẽ, aut per vim extortæ fuerint, vel vt se liberare possint, quocunque ab eis conscriptæ aut roboratę fuerint ingenio, ad nullum eis præiudiciũ vel nocumentum valere censemus: neque

vllam

A vllam eos infamiam vel calumniam, aut à
suis sequestrationem bonis vnquàm Deo
autore & sanctis Apostolis, eorumque suc-
cessoribus, sustinere permittimus. Confes-
sio enim in talibus non compulsa, sed spō-
tanea fieri debet. Omnis enim confessio,
quæ fit ex necessitate, fides non est. Confes
sio ergo in talibus non debet extorqueri,
sed spōte profiteri. Pessimum enim est, de
suspicione aut extorta confessione quen-
quā iudicare: cùm magis sit inspector cor-
B dis Dominus, quàm operis. Non potest au
tem humano condemnari examine, quem
Dominus suo reseruat iudicio. Si omnia
nanque in hoc seculo vindicata essent, lo-
cum diuina iudicia non haberent. Item:
Est hoc etiam perlatum ad sanctam sedem
(quod pudeo dicere, & non tantùm Sacer-
dotali, sed etiam omni Christiano nomini
est inimicum) quòd nonnulli Episcopos,
vel Sacerdotes, aut metu compellunt, aut
C vi extorquent, aut fraude decipiunt ali-
quas confessionis suæ in alteram partem,
quàm debeant, literas scribere, aut pro sua
rum non requisitione causarum, aut (quod
deterius est) alieni erroris sectæ scripturas
facere, & propriis manibus roborare, &
coram populis recitare atque confiteri. a-
lios dicunt carceribus & ergastulis retru-

di, vt saltem his territi insidiis Domini Sa- A
cerdotes suis faueant voluptatibus. Item:
Confessio verò in talibus non compulsa,
sed spontanea fieri debet, ipso testante, qui
Mar. 7. ait: Ex corde procedunt homicidia, adulte
ria, & cætera quæ sunt ad hęc pertinentia.
Nec tantùm attendenda sunt, quæ fiunt,
quantùm, quo animo fiant. Amplius enim
respicit Deus ad cogitationes & sponta-
neas voluntates, quàm ad actus, qui per
simplicitatem aut necessitatem fiunt. Itẽ
Nicolaus Papa Episcopis Galliæ: B

Apostolica autoritas penitus illicita in irritũ deducit iuramenta.

AVtoritatem venerabilium prædeces-
sorum nostrorum secuti, & nomina-
tim beatissimi Papæ & Martyris Alexan-
dri quinti à bèato Petro: ab omnibus iura-
mentis & cuiuscunque modi obligationi-
bus, quibus illi sese coacti violentia impio
rum obligauerãt, absoluimus: & ne illà ser
uentur, vetuimus tam præfatum Archiepi C
scopũ Treuerẽsem, quàm eius Præpositũ,
& omnes, qui tunc temporis capti se illis
quoquomodo obligauerunt: neque vllam
eos proinde infamiam vel calumniam, aut
à suis bonis sequestrationẽ vnquàm autore
Deo & sanctis Apostolis, & nostris præ-
decessoribus, sustinere permittimus: sicut

per

A per Propheram Dominus dicit: Diſſolue *Eſa. 58.*
colligationes impietatis, &c. Quinetiã præ
fato fratri noſtro filiiſque Treuerenſis ec-
cleſiæ, illiuſque defenſoribus, hæc in man
datis damus, vt ſpirituali ſimul & mate-
riali gladio tãdiu malignos illos eorumq;
fautores inſequantur, quouſque cũ integri
tate poſſeſsiones, vel quæcunque res eccle
ſiaſticæ, hoc facto vel quocunque pacto di
ſtractæ ſeu direptæ ſunt, reuocentur. A fi-
delitatis etiam iuramento Romanus Pon-
B tifex nõnullos abſoluit, cùm aliquos à ſua
dignitate deponit. Vnde Gelaſius Papa
Anaſtaſio Imperatori:

Pontificalis autoritas à iuramento fidelitatis nonnullos abſoluit.

ALius item Romanus Põtifex, Zacha-
rias ſcilicet, Regem Francorum non
tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo,
quòd tantæ poteſtati erat inutilis, à regno
depoſuit, & Pipinum Caroli Imperatoris
C patrem in eius locum ſubſtituit: omnesque
Francigenas à iuramento fidelitatis abſol-
uit. Quod etiã ex autoritate frequenti agit
ſancta eccleſia, cùm milites abſoluit à vin
culo iuramẽti: quod factum eſt his Epiſco-
pis, qui Apoſtolica autoritate à Pontifica-
li gradu deponuntur. Item Gregorius ſe
ptimus Romanç ſynodo præſidens, dixit:

*Iuo id re-
fert li. 5. de
ſentẽtia ex
com.*

Excom

Excommunicatis vinculo fidelitatis non tenemur obnoxij. A

NOs sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, Apostolica autoritate à iuramento absoluimus: & ne sibi fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemus, quousque ipsi ad satisfactionem veniant.

Ibidem. Item Vrbanus ij. Episcopo Vapicensi:

Antequam reconcilientur, fidelitatem excommunicatis nullus seruare cogitur. B

IVratos milites Hugoni Comiti, ne ipsi, quandiu excommunicatus est, seruiant prohibeto: qui si sacramenta prętenderint, moneantur oportere Deo magis seruire, quàm hominibus. fidelitatem enim, quam Christiano principi iurarũt, Deo eiusque sanctis aduersanti, & eorũ præcepta calcãti, nulla cohibentur autoritate persoluere.

QVAESTIO VII.

An absque synodali audientia Episcopus valeat Sacerdotem damnare. C

ABSQVE synodali verò audientia Sacerdotem damnari, in Hispalensi concilio, cui Isidorus interfuit, sic prohibetur:

Sine

A *Sine cõcilij examinatione Presbyter vel Diaconus non deiiciatur.*

SExta actione comperimus Flagitanum Cordubẽsis ecclesiæ Presbyterum, iniustè olim à Pontifice suo deiectum, & innocentem exilio condemnatum: quem rursus ordini suo restitutũ esse comperimus. Id denuò aduersus præsumptionem vestrã decreuimus, vt iuxta sanctorum patrum synodalem sententiam, nullus vestrum, sine concilij examinatione quemlibet Presbyte-
B rum vel Diaconum deiiciendum putet. Nã multi sunt, qui indignos potestate tyrannica, non autoritate canonica, damnãt. Et sicut nonnullos gratia fauoris sublimant, ita quosdam odio inuidiaque humiliãt: & leui opinionis aura condemnant, quorum crimen nõ approbant. Episcopus enim Sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, solus auferre non potest. Si enim hi, qui in hoc seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt,
C in seruitutis nexum non reuoluuntur, nisi publicè apud Prætores ac Præsides in tribunali foro fuerint accusati: quantò magis hi, qui diuinis altaribus consecrati, honore ecclesiastico decorantur: qui profectò nec vno damnante, nec vno iudicante poterunt honoris sui priuilegio exui: sed præsenti syno

ti synodali iudicio, quod Canon omnino A
de illis præceperit, oportet diffiniri. Item
Gregor. Ioanni Episcopo Panormitano:

Causas clericorum Episcopus non nisi cum senioribus ecclesiæ audiat.

SI quid de quocunque clerico ad aures
tuas peruenerit, quod te iustè possit of-
fendere, facilè non credas: ne te ad vindi-
ctam res accendat incognita: sed præsenti-
bus ecclesiæ tuæ senioribus diligenter est
perscrutanda veritas: & tunc, si qualitas
rei poposcerit, canonica districtio culpam B
feriat delinquentis. Item ex concilio A-
gathensi primo:

A quot Episcopis Presbyteri vel Diaconi sunt audiendi.

SI quis tumidus vel contumelioſus exti-
terit in maiorem natu vel aliquam cau
sam habuerit, à tribus vicinis Episcopis, si
Diaconus est, qui arguitur: si Presbyter, à
sex: si Episcopus, à duodecim Sacerdoti-
bus audiatur. Vniuersi Episcopi dixerunt, C
Contundi debet contumacia, & superbia
in omnibus frangi: causæ verò pro perso-
nis ab his statuto numero audiantur. Itẽ
ex concilio Carthaginiensi ij.

De eodem.

FElix Episcopus Seleucitanus dixit: E-
tiam hæc addite secundùm statuta ve-
terum

A terum conciliorum, vt si quis Episcopus (quod non optamus fieri) reatum aliquem incurrerit, & si fuerit ei nimia necessitas, nõ posse plurimos congregare Episcopos, ne in crimine maneat, à duodecim Episcopis audiatur: & à sex Presbyter, & à tribus Diaconus cum proprio suo Episcopo.

Item ex concilio Carthaginiensi iiij.

De eodem.

SI autem Presbyteri vel Diaconi accusati fuerint, adiuncto sibi ex vicinis locis
B proprius Episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodẽ accusati petierint, id est, vnà secum in Presbyteri nomine sex, in Diaconi tres, ipsorum causas discutiat: eadem in dierum dilatione, & à communione remotionum, & discussione causarum inter accusatores & eos qui accusantur, forma seruata: reliquorum verò clericorum causas etiam solus Episcopus loci agnoscat & finiat. Solus autem, ad exclu- *2. part.*
C sionem aliorum Episcoporum, non suorũ clericorum dicitur, sine quorum presentia eius sententia erit irrita. Vnde in Carthaginiensi concilio quarto legitur:

Absque præsentia clericorum nullius causam Episcopus audiat.

EPiscopus nullius causam audiat, absque præsentia suorum clericorum: alio

quin irrita erit sententia Episcopi, nisi præ A
sentia clericorum firmetur. Item ex con
cil. Hispalensi ij.

Nisi in synodo canonicè vocati Sacerdotes damnari non possunt.

EPiscopus Sacerdotibus ac ministris so
lus honorem dare potest: sed solus au
ferre non potest. Si enim hi, qui in hoc se
culo à dominis suis honorẽ libertatis ade
pti sunt, in seruitutis iugum non reuocan
tur, nisi publicè apud Prætores ac Præsi
des in tribunali foro fuerint accusati: quan B
tò magis hi, qui diuinis altaribus consecra
ti, honore ecclesiastico decorantur? qui pro
fecto nec ab vno dãnari, nec vno iudicante
poterunt honoris sui priuilegio exui: sed
præsente synodali iudicio, quid Canon de
illis præceperit, oportet diffiniri.

QVAESTIO VIII.

Si sponte confessus est, aut ab aliis conuictus fuerit, quòd ante ordinationem peccauerit, an C susceptι ordinis officiũ exequi possit.

DE VLTIMA verò quęstione sic
statutum est in concilio Neo
Cap. 9 cæsariensi.

Presbyter qui ante ordinationem confi

A *confitetur se corporaliter lapsum, postea non offerat.*

QVi admisit corporale peccatum, & hic postea Presbyter ordinatus est: si confessus fuerit quòd ante ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat: maneat autem in aliis officijs propter eius studij vtilitatem. Cætera verò peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione priuari. Quòd si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus manifestè potest conuinci: huic
B ipsi de se potestas est committenda. Similiter & Diaconus si in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, sese à ministerio cohibebit. Item ex concilio Ilerdensi: *Cap. 3*

Deseruientes altario, si carnis fragilitate deliquerint, Episcopi arbitrio subiaceant.

HI qui altario Dei deseruiunt, si subitò in hẽda carnis fragilitate corruerint, & Deo respiciente dignè pœnituerint, ita vt morificato corpore, cordis contriti sa-
C crificium Deo offerant: maneat in potestate Pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiori tempore ab ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora vlterius promoueri. Quòd si iteratò, velut canes, ad vomitum reuersi fuerint, non solùm dignitate

officij careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu non percipiant. A

Cap. 10. Item ex concil. Toleta. ix.

Ex ministris ecclesiæ geniti, in seruitutem deuocentur eiusdem.

CVm multæ super innocentia ordinis clericorũ hactenus emanauerint sententiæ patrum, & nullatenus ipsorum firmari correctio morũ quiuerit, vsqueadeò sententiam iudicantium protraxere commissa culparum, vt non tantùm inferretur vltio in autores scelerum, verùm etiam in B progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab Episcopo vsque ad Subdiaconum, deinceps vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procreauerint: illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur: proles autem aliena pollutione nata, non solùm hæreditatem nunquàm accipiet: sed etiam in seruitute eius ecclesiæ, de cuius Sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt. C

Ca. 25. Synodo Græcarũ à Marti. Episco. Bra. collectarũ. Item ex concil. Martini papæ:

Qui confitetur se ante ordinationem peccasse, non sacrificet: conuictus autem deponatur.

SIquis Presbyter ante ordinationẽ peccauerit, non offerat, sed tantùm pro religione nomen Presbyteri portet. Si autem

non

A non ipſe confeſſus fuerit, ſed ab alio publicè conuictus: nec hoc ipſum habeat, vt nomen Presbyteri portet. Similiter & de Diaconis obſeruandum eſt, vt ſi ipſi confeſſi fuerint, ordinem Subdiaconi accipiant.

Itẽ Nicolaus ad cõſultationẽ Bulgarorũ: *Iuo. Carn. lib. 5. id ſimiliter refert.*

De manu Sacerdotis, qui ab eccleſia toleratur, licitè ſacramenta ſumuntur.

SCiſcitantibus vobis, ſi à Sacerdote, qui fuerit comprehenſus in adulterio, ſiue de hoc ſola fama reſperſus eſt, debeatis cõ-
B munionem accipere, necne: reſpondemus, non poteſt aliquis quantuncunque pollutus ſit, ſacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt. Qualiſcunq; enim Sacerdos ſit, quæ ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt. Idcirco ab eo, quouſque iudicio Epiſcoporũ reprobetur, communio percipienda eſt. Quoniam mali bona adminiſtrando ſe tantummodo lædunt, &c. Fax accenſa ſibi
C quidem detrimentum præſtat: aliis verò lumen in tenebris adminiſtrat: & vnde aliis commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergo ab omni ſacerdote intrepidi Chriſti myſteria: quia omnia in fide Chriſti purgãtur. Fides eſt enim, quæ hunc mundum vincit: & quia non dantis, ſed accipientis fit: dicente beato Hieron.

Ad credẽdum omni animæ baptismus est perfectus: & in omni sacerdote corpus Christi est perfectum. Qui rursus sacræ scripturæ concordans, ait: Prius quàm audias, ne iudicaueris quenquam, atque ante probationem accusationis illatę neminem à tua communione suspendas: quia non statim, qui accusatur, reus est: sed qui conuincitur criminosus. A

CAVSA XVI.

VIDAM Abbas habebat parœcialem ecclesiã: instituit ibi monachum, vt officiũ celebraret populo. Possedit eam per xl. annos sine aliqua interpellatione. Tãdem querela aduersus Abbatem mouetur à clericis baptismalis ecclesiæ, in cuius diœcesi parœciana ecclesia illa cõsistebat. Hic primũ quęritur, vtrùm monachis liceat officia populis celebrare, pœnitẽtiam dare & baptizare. Secundò, si contigerit eos capellas habere Episcopali beneficio, an ab eis sint instituendæ, an ab Episcopis. Tertiò, an iura ecclesiarum præscriptione tollantur. Quartò, an ecclesia aduersus ecclesiam præscribat: an etiam monasterium aduersus B C 1 2 3 4

A sus ecclesiam præscribere possit. Quin- 5
tò, si capellam in suo territorio ędificatam
iure territorij sibivẽdicare valeat. Sexto, 6
si Archipresbyter vel Episcopus sua auto
ritate, non iudiciaria sententia, capellam
illam irrepserit: an cadat à causa, vt eccle-
sia, cui præsidet, non vltra habeat ius repo
scendi, quod suus pastor illicitè vsurpauit.
Septimò quæritur, si laici capellam te- 7
nebant (vt quibusdam moris est) & in ma-
nibus Abbatis eam refutauerint, & ordinã
B dam tradiderint: an consensu Episcopi &
clericorum Abbas possit eam tenere.

QVAESTIO I.

Vtrùm monachis liceat offi-cia populis celebrare, pœnitentiam dare & baptizare.

C QVOD monachi officia populis celebrare nõ possint, multis au-
toritatibus probatur: quartũ prima est illa sanctæ Nicenæ syno-
di qua dicitur:

Monachorum conuersatio ab omnibus debet esse discreta.

PLacuit omnibus residentibus in san-
cta Nicena synodo, vt monachorum

conuersatio,& vita, secũdùm etymologiã nominis,ab omnibus discrepet.Monachus enim Græcè,Latinè singularis dicitur. Vnde monachum per omnia singulariter agere oportet. Quamobrem firmiter & indissolubiliter omnes præcipimus, vt aliquis monachus pœnitẽtiam nemini tribuat,nisi sibi inuicem, vt iustum est, mortuum nõ sepeliat, nisi monachum in monasterio secum cõmorantem: vel si fortuitò quenquã aduenientiũ fratrum ibi mori contigerit. A

Epi.1.l.4. Item Greg.Io. Rauennati Archiepisco. B

Monasterij districtionem & ecclesiasticũ ministerium quilibet simul tenere non potest.

NEmo potest ecclesiasticis officiis deseruire,& in monastica regula ordinatè persistere, vt ipse districtionem monasterij teneat,qui quotidie in ministerio ecclesiastico cogitur permanere. Itẽ Innoc.

Inno.Pa.1. epist.2.ca. 10.ad Victorem Episcopum.

Monachi,qui ad clericatum promouentur, à priori proposito discedere non debent.

DE monachis,qui diu morantes in monasteriis, si postea ad clericatus ordinem peruenerint, statuimus non debere eos à priori proposito discedere. Si ergo (sicut Innocentius diffiniuit)à suo proposito eis discedere non licet, & sicut Gregor. testatur, in monastica regula deuotè persistere,& ecclesiasticis obsequiis simul deseruire C

A uire non poſſunt: patet, quòd parœcianis eccleſiis monachi præfici nõ poſſunt. Itẽ Hieron. ad Riparium & Deſiderium:

Hiero. aduerſus Vigilantium

Monachus non habet officium docentis, ſed plangentis.

MOnachus non docentis, ſed plangentis habet officium: qui ſe vel mundũ lugeat, & Domini pauidus præſtoletur ad uentum. Idem ad Paulinum:

Idem Hiero. de inſtitutione monachi.

In populari frequentia monachi eſſe nõ debẽt.

B SI cupis eſſe, quod diceris, monachus, id eſt ſolus, quid facis in vrbibus? quæ vti que non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum. & infrà: Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos: & ſerpẽtis aſtutiã, ne aliorum ſupplãteris inſidiis. Non multùm diſtat in vitio vel decipere poſſe, vel decipi Chriſtianum, quem ſenſeris tibi, aut ſemper, aut crebrò de numis loquentem (excepta eleemoſyna, quæ indifferenter omnibus patet) inſtitorem potiùs habeto, quàm monachum. Præter

C victum & veſtimentum, & manifeſtas neceſsitates nihil cuiquam tribuas, ne filiorum panem canes comedant. Idem ad Heliodorum:

Idem Hiero. de laude vitæ ſolitariæ.

Monachus paſcitur, clerici paſcunt.

ALia cauſa eſt monachi, alia clerici. Clerici oues paſcunt: ego paſcor. illi

1.Cor.12.c de altari viuunt: mihi securis quasi ad radicem infructuosæ arboris ponitur. Si munus ad altare non defero, mihi ante Presbyterum sedere non licet. Illi, si pecca uero, licet me tradere Satanæ in interitum carnis, vt spiritus sit saluus in die Domini. Idem ad Rusticum: A

Hie.in cõmentariis ad cap. 3. Esaiæ.

Non licet aliquid monachis agere sine presbyterorum consilio.

ECclesia habet Senatum cœtum Presbyterorum: sine quorum cõsilio nihil monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia audire noluit Presbyteros suos. Senatum quoq; Romani habebant, cuius consilio cuncta agebant: & nos habemus Senatũ nostrũ cœtũ Presbyterorum. Item Eugenius Papa: B

3.Reg.14.c
Eccl.47.d

Secundùm etymologiam nominis solitariam vitam ducat monachus.

PLacuit communi nostro consilio, vt nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nefandissimo ausu præsumat. Neque pœnitẽtiam dare, neque filium de baptismo accipere, neque baptizare, neque infirmum visitare, neque mortuum sepelire, neque ad ecclesiam secularem transire, neque aliis qualibuscunque negotiis sese implicare. Sit claustro suo cõcẽtus: quia sicut piscis sine aqua caret vitã, C

ita

A ita ſine monaſterio monachus. Sedeat itaque ſolitarius & taceat: quia mundo mortuus eſt, Deo autem viuit. Agnoſcat nomẽ ſuum. μόνος enim Græcè, Latinè eſt vnus, ἄχος Græcè, Latinè eſt triſtitia & dolor, ſiue mentis ægritudo. Vnde dicitur monachus, id eſt vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet. Item Paſchalis ſecũdus Victori Bononienſi Epiſcopo:

Abſque Epiſcoporum conſenſu Epiſcopalia iura monachi non vſurpent.

B PEruenit ad nos (vnde valde miramur) quòd quidam monachi & Abbates in parœcia veſtra contra ſanctorum Decreta Epiſcopalia iura, & officia ſibi arroganter vendicant, videlicet pœnitentiam dare, & remiſsionem peccatorum, reconciliationẽ pœnitentiũ, decimas & eccleſias, cùm abſque proprii Epiſcopi licentia vel Apoſtolicæ ſedis autoritate hoc nullatenus præſumere debeant: ſicut in Chalcedonenſi con-

C cilio de huiuſmodi à ſanctis patribus ſtatutum eſt, & ſub anathematis vinculo monachis omnibus prohibitum. Mandamus itaque dilectioni tuæ vt eos conuenias, & ne talia deinceps præſumant, omnino prohibeas. Item Calliſtus Papa: *De eodem.*

INterdicimus etiam Abbatibus & monachis, publicas pœnitentias dare,

infir

infirmos visitare, & vnctiones facere, & A
missas publicas cantare: chrisma, & oleũ,
cõsecrationesque altariũ, ordinationes cle
ricorum, ab Episcopis accipiant, in quorũ
parœciis manent. Item Alexander ij.

Monachi intra claustra morantes, clericorum officia exterius non ministrent.

IVxta Chalcedonensis tenorem optimi
concilij, monachis, quamuis religiosis,
ad normam sancti Benedicti intra clau-
strum morari præcipimus: vicos, castella,
ciuitates peragrare prohibemus: & à popu B
lorum prædicatione omnino cessare cen-
suimus: nisi fortè quis de suæ animæ salu-
te solicitus, vt eorum habitum adsumat,
eos intra claustrum consulere voluerit.

Cap. 4. Item ex concilio Chalcedonensi:

Monachi, qui sunt in ciuitatibus, Episcopo debent esse subiecti.

QVi verè pureque solitariam eligunt
vitã, digni sunt conuenienti honore.
Eos verò, qui per ciuitates singulas, seu pos C
sessiones, in monasteriis sunt, placet nobis
Episcopo esse subiectos, & quieti operã da
re, atque obseruare ieiunia, & orationes in
locis in quibus semel se Deo deuouerint
permanentes, & neque cõmunicare eccle-
siasticas, neque seculares aliquas attrectare
actiones, relinquentes propria monaste-

ria:

A ria: nisi fortè iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis Episcopo. Et neminẽ seruorum suscipi in monasterium, vt sit cum eis monachus, nisi cũ domini proprij licentia. Prætereuntem verò hæc decreuimus extra communionẽ esse, ne nomẽ Domini blasphementur. Cõuenit ergo ciuitatis Episcopo curã & solicitudinẽ necessariam monasteriis exhibere. His ita respondetur, autoritas illa Nicenæ synodi prohibet monachos, de monasteriis
B exire, & per capellas sepulturas mortuorũ celebrare, confluere videlicet more clericorum ad cuiuslibet exequias celebrandas. Cæterùm si apud monasterium aliquis semetipsum tumulari voluerit, non est prohibendus. Vnde Gregorius scribit Ioanni Episcopo de Vrbe veteri: *Epist. 11. li. primi.*

Missæ celebrari, & mortui sepeliri in monasterio non prohibentur.

C AGapetus Abbas monasterij sancti Grego. insinuauit nobis plurima se à vestra sanctitate grauamina sustinere, ꝙ in eodẽ monasterio missas prohibeas celebrari, mortuos etiam interdicas sepeliri: à qua inhumanitate vos hortamur suspẽdi, & sepeliri ibidẽ mortuos, missas celebrari, nulla vlterius habita contradictione, permittas. Idẽ Caralitano Episcopo Venerio. *Idem Gre. Ianuario Caralitano Episc. epist. 9. li. 8.*

Non

Non sunt cassandæ piæ voluntates defunctorũ. A.

ADmonere te volumus, ne piæ defunctorum voluntates tua (quod absit) remissione cassentur. Item Gelasius Papa:

Testatoris arbitrium seruari oportet.

COnsideratio Ecclesiasticæ vtilitatis hoc postulat, ex iusta dispositione testatoris seruandum arbitrium esse. Item ex concilio Triburiensi:

De eodem.

VBicunque facultates rerum & opportunitas temporum suppetit, &c. sicut B in eodem cap. suprà legitur in causa eorũ, qui de diœcesi ad diœcesim transierunt. Ecce his autoritatibus patet, quòd si quis apud monasterium sepulturam sibi eligere voluerit, liberè à monachis potest sepeliri. Vnde liquidò colligitur, prohibitionem illam Nicenæ synodi propter improbitatem circumuagantium esse factam. Vnde in Chalcedonensi concilio legitur:

Cap. 23.

Monachi, qui sine licentia Episcopi vagantur, ad propria loca redire cogantur. C

QVidam monachi nihil habentes sibi iniunctũ à proprio Episcopo, interdum verò etiam illi, qui ab eo fuerant excommunicati, veniunt ad ciuitatem Constantinopolitanam, & in ea perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ inferunt, & diuers

A diuersorum domus corrumpunt. Statuit igitur sancta synodus, hos primùm commoneri, vt exeant à regia ciuitate, demum eos inuitos deiici, ac deinde per defensorem compelli, vt ad sua loca redeant.

Item Pelagius Papa Paulino solitario:

Monachi circumuagantes per defensores sunt compellendi.

PRobinum *Samarię, & Milianũ atque Probinianum, vel alios pseudomonachos Ioanni defensori præcipimus, vt eos B debeat detinere: quatenus si quam desiderant suæ contentionis rationẽ cognoscere, ad nos, vt informentur, debeant exhiberi. Certè si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi, in Reatina (sicut petisti) insula vt exulent, prædicto defensori duximus iniungendum. Item Leo Papa:

Nullus monachus, præter Domini Sacerdotes, audeat prædicare.

* *al. Sabatia, al. Salaria.*

Leo 1. epistola 61. ad Theodori. Episco. Cy.

C ADiicimus illud etiã quod nobis propter improbitatem quorundam monachorum religionis vestræ verbis mandastis per vicarios vestros, hoc specialiter statuentes, vt præter Domini Sacerdotes nullus audeat prædicare, siue monachus, siue laicus ille sit, qui cuiuscunque scientię nomine glorietur. Ecce in hoc ca. & vitium est expressum, & generali constitutione

tione euacuatum. Quòd verò pœnitentiã A
dare prohibentur, inde eſt, quòd nulli Sacerdotũ licet alterius parœcianũ ligare vel ſoluere. Monachi autẽ etſi in dedicatione ſui Presbyteratus (ſicut & cęteri Sacerdotes) baptizandi, prædicandi, pœnitentiam dandi, peccata remittendi, beneficiis eccleſiaſticis perfruendi, ritè poteſtatem accipiunt, vt ampliùs & perfectiùs agãt ea quę Sacerdotalis officij eſſe, ſanctorum patrũ conſtitutionibus cõprobãtur: tamen executionem ſuæ poteſtatis non habent, niſi à B
populo fuerint electi, & ab Epiſcopo cum conſenſu Abbatis ordinati. Eccleſiaſticas verò atque ſeculares actiones attrectare prohibẽtur, vt non præſumant ſibi patrocinia cauſarum, niſi ab Epiſcopo commoniti fuerint, nec ſecularibus cauſis occupẽtur, vt reſideant cognitores dirimendarum litium. Vnde Pelagius ſcribit Antoninæ patritiæ & Deciæ:

Monachus defenſor fieri non debet.

DE pręſentium portitore, quòd defen- C
ſor factus non eſt, nulla vobis animi moleſtia ſit: quia ſatis valde amariſsimum habeo, de iſto propoſito ad illud officium homines deduci, in quo nullo modo, quæ à monachis Deo promiſſa ſunt, valeãt adimpleri. Omnimoda enim eſt illius habi-

tus

A tus & istius officij diuersitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum: at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel Ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. faciat autem Deus, vt tales sint hi, vel qui à nobis in isto habitu nutriuntur, vel in monasteriis crescunt, vt prouecta ætate & vita probata, non ad litigiorum officia, sed ad Sacerdotium valeant promoueri. Gelasius tamen, sicut in tractatu de promo
B tionibus clericorũ inuenitur in capitulo illo, Monachus nouitius, &c. permittit illos ex dispensatione fieri defensores. Quòd 2. pars. verò Sacerdotalium officiorum potestatem habeant, testatur Ambrosius, dicens:

Clericorum officia celebrare monachi Presbyteri non prohibeantur.

DOctos ac probos monachos Presbyterij honore * dedicatos, prædicare, * decora-
baptizare, pœnitentiam dare, debita miseris relaxare, decimarum, primitiarũ, oblatos,
C tionum viuorum & mortuorum portione iusta perfrui debere, moderata dispensatione commendamus: vt iuxta Apostolum de 1. Cor. 9. b altario, cui seruiunt, viuẽtes, per obsequiũ dominicæ plebis panem & vinum immaculata benedictione transforment in corpus & sanguinẽ Domini nostri Iesu Chri-

Inno.1.epi. sti. Item Innocentius Papa: A

8.ca.10 *Beneficiis ecclesiasticicis monachus Presbyter liberè perfruatur.*

SI monachus ad clericatum promoueatur, beneficia præstentur ei pleniter, & annonæ & decimæ donentur, absque vlla dilatione & minoratione: vt quantò meliùs possit iuxta possibilitatem, quando necessitas extiterit, ad opera ecclesiastica & ipsam restaurandam ecclesiam adiutorium faciat. Item Gregorius:

De eodem. B

MOderamine Apostolicæ autoritatis decernimus, vt monachi, si Presbyterij honore *dedicati sunt, cũ ligandi soluendiq́ue potestate, decimarum, primitiarum, oblationum, donationum, quæ fiunt pro viuis & pro defunctis, portionem iuxta Canonẽ ad suã proximorumq́ue vtilitatem, merito perfectioris iustitiæ, non minùs quàm cęteri Sacerdotes, laudabiliter sibi vendicent. Idem: C

** decreti,*

Clericorum officia monachi Presbyteri liberè administrent.

EX autoritate huius Decreti, quod Apostolico moderamine & pietatis officio à nobis est constitutum, Sacerdotibus monachis, Apostolorum figuram tenentibus, liceat prædicare, baptizare, communionem

A nionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atque peccata soluere. Item ex Decreto Bonifacij Papæ:

Monachi Presbyterij honore decorati, potestatem habent ligandi & soluendi.

SVnt nonnulli nullo dogmate fulti, audacissimo quidem zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, asserẽtes monachos, qui mũdo mortui sunt & Deo viuunt, Sacerdotalis officij potentia indignos neque pœnitentiam, neque Chri
B stianitatem largiri, neque absoluere posse, per sacerdotalis officij diuinitus sibi iniunctam potestatem. Sed omnino labũtur: neque enim Beatus Benedictus monachorũ præceptor almificus, huius rei aliquo modo fuit interdictor, sed eos secularium negotiorum edixit expertes fore tantummodo. Quod quidẽ Apostolicis documentis, & omniũ sanctorum patrum institutis, nõ solùm monachis, sed etiam Canonicis, ma
C gnopere imperatur. Nemo enim militans 2. Ti. 2. 1
Deo implicat se negotiis secularibus. Tãtorũ igitur patrum instituti exẽplis (quibus periculosissimum est refragari) credimus à Sacerdotibus monachis ligandi soluẽdique officiũ, Deo operante, dignè administrari, si eos dignè contigerit hoc ministerio sublimari. Decertãtes igitur mona-

stice professionis Presbyteros Sacerdotalis potẽtiæ arcere officio, omnimodo præcipimus, vt ab huiuscemodi ausibus reprimantur in posterum: quia quantò quisque est celsior, tantò & illis erit potentior. His omnibus autoritatibus perspicuè monstratur, monachos posse pœnitentiam dare, baptizare, & cætera sacerdotalia officia licitè administrare. Quòd verò populi electione, Episcoporum institutione, & Abbatis consensu potestatem suam exequi valeant, Hieronymi, Gelasij, & Gregorij autoritate probatur. Ait enim Hieronymus ad Rusti. monachum: A B

De viuendi forma.

Dignè in monasterio viuens, per populi electionem ad clericatum poterit promoueri.

SIc viue in monasterio, vt clericus esse merearis. Multo tempore disce, quæ postmodum doceas: & inter bonos semper sectare meliores. Quòd si populus vel Episcopus te in clericum elegerit, age ea quæ clerici sunt. Idem ad eundem: C

Hieron. ad Rusticum in eadem.

Ad ordinem clericatus promoueri monachi possunt.

SI clericatus titillat desiderium, discas quod possis docere, vt rationabilem Deo offeras hostiã: ne sis miles prius, quã tyro: ne prius magister sis, quàm discipulus. Non est humilitatis meæ, neque mensuræ

A suræ, iudicare de cæteris, & de ministris ecclesiarum siniſtrum quippiã dicere. Habeant illi ordinem suum & gradum, quem si tenueris, quomodo tibi in eo viuendum sit, editus ad Nepotianum liber te docere poterit. Nunc monachi cunabula moresq; discutimus, & eius monachi, qui liberalibus studiis eruditus, in adolescẽtia iugum Christi collo suo imposuit. Primumq; tractandum est, vtrùm solus, an cum aliis in
B monasterio viuere debeas. Mihi placet, vt habeas sanctorum contubernium, nec ipse te doceas, & absque doctore ingrediaris viam quam nunquàm ingressus es. Item Gelasius Papa:

In loco quo Abbas iudicauerit monachus eligatur, & ab Episcopo Sacerdos ordinetur.

SI quis monachus fuerit, qui venerabilis vitæ merito Sacerdotio dignus videatur, & Abbas, sub cuius imperio Regi Christo militat, illum fieri Presbyterum
C petierit: ab Episcopo debet eligi, & in loco, quo iudicauerit, ordinari: omnia, quæ ad Sacerdotis officium pertinent, vel populi vel Episcopi electione prouidè ac iustè acturus. Item Syricius Papa:

Epist. 1. ad Himerium Epis. c. 13.

Tempore maturitatis ecclesiasticis monachi promoueantur ordinibus.

MOnachos quoque, quos morũ grauitas,

tas,& vitæ ac fidei institutio sancta commendat,clericorum officiis aggregari & optamus & volumus:ita vt,qui intra tricesimũ ætatis annum sunt digni minoribus, per gradus singulos crescentes tempore promouetãur ordinibus:& sic ad Diaconatus vel Presbyterij insignia maturæ ętatis consecratione perueniant:nec saltu ad Episcopatus culmen ascendãt: nisi in his eadem,quæ in singulis dignitatibus, vt superiùs pręfiximus,fuerint tempora custodita. Item Aug. Ad Eudoxium:

Aug.epist. 81 ad Eudoxiũ Abbatem.

Ecclesiastica officia nec auida electione monachi suscipiant,nec blandiente desidia respuant.

VOs autem fratres exhortamur in Domino,vt propositum vestrum in Domino custodiatis,& vsque ad finem vitæ perseueretis: ac siqua operã vestrã mater ecclesia desiderauerit,nec elatione auida suscipiatis,nec blandiente desidia respuatis: sed miti corde obtemperetis Deo,cũ mansuetudine portantes eũ, qui nos regit, qui nos dirigit mites in iudicio,qui docet mãsuetos vias suas. Nec ociũ vestrũ necessitatibus ecclesiæ pręponatis:cui parturiẽti si nulli boni ministrare vellent,quomodo nascerentur non inueniretis. Item Pelagius Papa Bono Episcopo Sauinati:

Gelasius quendam Rufinum monachũ iubet

Sacer

A *Sacerdotem fieri, & in quadã baſilica ordinari.*

IN parœcia tua, baſilica ſancti Laurẽtij, quæ in poſſeſsione filij & conſiliarij noſtri viri magnifici Theodori fundata eſt, officiũ Presbyteri deeſſe cognouimus: & quia præfatus filius noſter nobis retulit ſe inueniſſe Rufinũ quẽdam monachũ, olim ſibi vita religione & moribus comprobatum, & hunc poſtulat ibi Presbyterum cõſecrari: quod ſubitò fieri nos prorogata obſeruantia non acquieuimus: ideo dilectio
B tua his literis acceptis ſabbato veniente faciat eum Diaconum: et ſi Deus voluerit, & vixerimus, mediana hebdomada Presbyterum faciemus: quatenus ſuperueniente Paſchali feſtiuitate ſacra miniſteria in memorata baſilica à perſona competenti valeant adimpleri. Item Greg. in Regeſto:

Gregor. epi. 40. li. 1. ad Anthemiũ Subdiaconum.

Qui de clerico monachus efficitur, proprio Epiſcopo ordinante poterit eligi & conſecrari.

C SI quem à clericatu in monaſticam contigerit venire conuerſationem: ſi talis vitæ monachus fuerit, vt Epiſcopus, cui antè militauerat, eum dignum Sacerdotio præuideat, in loco, quo iudicauerit, eligi poterit & ordinari. Item ex concilio Agathenſi:

Cap. 11.

Sine teſtimonio Abbatis ad clericatus officiũ monachi non eligantur.

MOnachi vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium Abbas suus dederit, nec in parœciis, nec in ciuitatibus ordinentur. Si enim necesse fuerit clericũ de monachis ordinari, cum cõsensu & voluntate Abbatis præsumat Episcopus. A

Cap. 1. Item ex concilio Ilerdensi:

Cum Abbatis voluntate monachi ordinentur, quos pro vtilitate ecclesiæ Episcopus ordinare voluerit.

CVm pro vtilitate ecclesię aliquos monachorum in clericatus officio Episcopus probauerit promouendos: cum Abbatis voluntate debent ordinari. Ea verò, quę in iure monasterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœcesana lege ab Episcopis contingãtur. Itẽ ex cõci. Tarraconẽsi: B

Cap. 11.

Sine Abbatis imperio ad clericatus officium monachi non eligantur.

MOnachi à monasterio foràs egredientes, ne aliquod ministeriũ ecclesiasticũ pręsumãt agere, phibemus, nisi fortè cũ Abbatis imperio. Similiter, vt nullus eorũ, id est, monachorũ, forẽsis negotij susceptor vel executor existat, nisi id qd' monasterij expoſcit vtilitas, Abbate sibi nihilò minùs imperãte. Itẽ Aug. ad Aurelianũ: C

Augu. ad Aurelium epist. 76.

Ad clericatus militiam non eligantur desertores monasteriorum.

Legi

A LEgi epistolam benignitatis tuæ de Donato & fratre eius, & quid responderem, diu fluctuaui: sed tamen etiam atque etiam cogitãti quid sit vtile saluti eorum, quibus nutriendis in Christo seruimus, nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse viam dandam seruis Domini, vt se faciliùs putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Etenim ipsis facilior lapsus, et ordini clericorum fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorũ ad milB tiam clericatus eligantur: cùm ex his, qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atque meliores, in clerum assumere soleamus: nisi fortè (sicut vulgares dicunt) malus choraula, bonus symphoniacus est: ita ipsi vulgares de nobis iocabuntur, dicentes, Malus monachus, bonus clericus est. Nimis dolendum est, si ad tam rui nosam superbiam monachos subrigimus, & tam graui cõtumelia clericos dignos putamus, in quorum numero sumus: cùm alC quando bonus etiam monachus vix bonũ clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, & tamẽ desit instructio necessaria, aut personæ regularis integritas. Sed de istis credo ꝙ arbitrata sit beatitudo tua, ꝙ nostra voluntate, vt suis potiùs corregionalibus vtiles essent, de monasterio recessissent,

sissent, sed falsum est: sponte abierunt, spõte deseruerunt, nobis, quantùm potuimus, pro eorum salute renitentibus. His autẽ omnibus autoritatibus monstratur, quòd monachi, qui sunt à populo electi, & ab ipsis Episcopis cum consensu sui Abbatis sunt ordinati, legitimè potestatem suã exequi valent. Illud verò Gregorij, Nemo potest obsequiis ecclesiasticis deseruire, &c. de illis intelligendum est, qui in numero Cardinalium vel Episcoporum ordinati, monasterij sui dispensationem sibi reseruare contendunt. Vnde idem Greg. scribit Mariniano Episcopo Rauennati:

8. pars. A B

Epi. 40. seu cap. 204. li. 6. ad Marinianum.

Pro Abbatis vel monachi promotione nullo modo grauentur monasteria.

NÈ pro cuiuslibet monachi aut Abbatis promotione onus fortasse aliquod monasteria sustineant, studendum est nobis, vt si quispiam monachorum ex quocunque monasterio ad clericatus officiũ, vel sacrum ordinem accesserit, non ibi aliquam vlteriùs habeat potestatem. Idem Maximia. Syracu. Episcopo:

Greg. epist. 11. lib. 5. C

Qui ecclesiis quoquo modo militant, Abbates monasteriorum esse non possunt.

PResbyteros, Diaconos, cæterosque cuiuslibet ordinis, qui ecclesiis quoquo modo militant Abbates per monasteria es-

se non

A ſe non permittas: ſed aut amiſſa clericatus militia monaſticis non promoueantur ordinibus, aut ſi Abbatis loco permanere decreuerint, clericatus nullatenus permittantur habere militiam. Satis enim incõgruũ eſt, ſi cùm vnum ex his præſui magnitudine diligenter quis non poſsit explere, ad vtrunque videatur idoneus. Hoc vel generaliter, vel ſpeciali priuilegio dictum poteſt intelligi: ſicut & de quodam monaſterio in Regeſto Greg. legitur hoc modo: *Epiſtol. 10. lib. 11.*

B *De quodam xenodochio, cuius Abbas ad Epiſcopatum eligi prohibetur.*

HInc eſt etiam, quòd xenodochium, ſeu monaſterium, quod in eodẽ Francorum regno conſtitutum eſt, quia per ambitiones & contentiones quorundam non canonicè tractabatur, à peruerſitate malorum liberare cupiens præcepit, vt ſine regali prouiſione & monachorum electione nullus ibi Abbas aliqua vnquã ſubreptione introduceretur. Præcepit etiam, vt eiuſ-

C dem monaſterij Abbas nunquàm ad Epiſcopatũ eligeretur: ne fortè occaſione Epiſcopatus Abbatia aliquid detrimenti pateretur. Quod priuilegium ita eſt illius Eccleſiæ, vt cõmunem legẽ Regibus vel Abbatibus omnino dare nõ poſsit. Non enim qd' vni ſigillatim cõcedit, ſtatim omnibus

conuenit. Superiori autoritate non prohibentur Abbates Sacerdotes fieri, cùm beatus Benedictus iubeat Abbatem fratribus egredientibus & regrediẽtibus benedictionem dare: quod non nisi Sacerdotum est. Lectionem quoq; Euangelij similiter Abbati ad legendum tribuit, quam subsequenti oratione legere similiter Sacerdotalis officij est: sed tales Sacerdotes vel Diaconos fieri prohibet, qui in Ecclesiastica militia cogantur iugiter permanere. Item illud Hieronymi * ad Riparium & Desideriũ, Monachus nõ doctoris, sed plangentis habet officium: & ad Heliodorum: Alia causa est monachi, alia clerici, & ad Rusticũ, Sine consilio Presbyterorum monachis nihil agere licet: non ita generaliter intelligẽdum est, vt nulli monachorum liceat docẽdi officium adsumere: ne beatum Grego. aut Augu. Anglorum Episcopum, beatum quoque Martinum, innumeros etiã, quos de monachica conuersatione ad summum Sacerdotij gradum scriptura testatur esse promotos, cogamur negare officium docẽdi habuisse, aut in die consecrationis suæ asseramus eos à priori proposito discessisse: quod (vt Innocentius testatur) nulli facere licet. Voluit ergo Hierony. distinguere inter personam monachi, & clerici: ostẽdens

A

B

C

* *aduersus Vigilantiũ ad Riparium Presbyterum.*

A dens quid cuique ex proprio officio conue niat. Aliud enim conuenit cuique ex eo q̃ monachus eſt, aliud ex eo quòd clericus eſt. Ex eo quòd monachus eſt, ſua & aliorũ peccata deflẽdi habet officium. ex eo quòd clericus, docendi & paſcẽdi populum. Mo nachos verò vſque ad tempus Euſebij, So zimi & Syricij monachos ſimpliciter, & non clericos fuiſſe, Eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria. Idem etiam Hieron. refert mona chos Scythiæ cõueniſſe in vnum, vt Sacer B dotem ſibi inuenirent, qui eis miſſarum ſo lennia celebraret. Item Leo Auguſtus:

Lib. 1. Cod. titu. 3. de Epiſcop. & cleric. l. 40.

Omnes clerici vel monachi tutelæ immunitatem habere debent.

GEneraliter ſancimus, omnes viros re uerendiſsimos Epiſcopos, necnõ Preſ byteros ſeu Diaconos & Subdiaconos, & præcipuè monachos, licet non ſint clerici, immunitatem ipſo iure omnis habere tute læ, ſiue teſtamentariæ, ſiue legitimæ, ſiue datiuæ: & non ſolùm tutelæ eſſe eos exper C tes, ſed etiam curæ non ſolùm pupillorum & adultorum, ſed etiam furioſi, & muti, & ſurdi, & aliarum perſonarum, quibus tu tores vel curatores à veteribus legibus dan tur. Eos tamen clericos & monachos huiuſ modi habere beneficium ſancimus, qui ad ſacroſanctas Eccleſias vel monaſteria per manent,

manent, non diuagantes, neque circa mini A
steria diuina desides: cũ propter hoc ipsum
beneficium eis indulgemus, vt aliis omni-
bus derelictis, Dei omnipotentis inhęreãt
ministeriis: & hoc non solùm in veteri Ro
ma, vel in hac regia ciuitate, sed in omni
terra, vbicunque Christianorum colitur
nomen, obtinere sancimus. Nouarum etiã
collationum & sordidorum munerum im
munitatem acceperunt. Vnde Constan-
Titu. eodẽ. l. 1. tinus cunctis scribit clericis: Iuxta sanctio B
nem, quam dudum meruisse perhibemini,
fundos & mãcipia vestra nullus nouis col-
lationibus obligabit: sed vacatione gaude-
Titu. 2. de sacrosãctis Eccles. l. 5. bitis. Item Imperato. Honorius & Theo
dosius: Placet, rationabilis consilij tenore
perpenso, districta moderatione perscribe
re, à quibus specialiter necessitatibus ec-
clesiæ vrbium singularum habeantur im-
munes. Prima quippe illius vsurpationis
contumelia depellenda est, ne prædia vsi-
bus cælestium secretorum dedicata, sordi- C
dorum munerum fæce vexentur: nihil ex-
traordinarium abhinc, superindictúmve
flagitetur: nulla solicitudo translationis si-
gnetur: postremò nihil præter Canonicam
illationem, nisi quam si aduentitiæ neces-
sitatis sarcina repentina poposcerit, eius
functionibus adscribatur. Si quis contraue
nerit,

A nerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt, exilio perpetuę deportationis mulctetur. Hoc idem datur intelligi de verbis beati Sylueſtri, qui obedientiã minorũ erga maiores adſignans, ait: Abbas Oſtiario, monachus Abbati ſit ſubditus: ſuprà in tractatu ordinandorum. Oſtendit ergo Hieronymus, ꝙ ſimpliciter monachis nihil liceat agere ſine conſilio Presbyterorum. Nec officiũ docendi ſibi adſumere liceat ſine autorita-
B te clericorũ, niſi fortè diuina gratia intus commoniti: ſicut Beatus Gregorius refert in Dialogo de Beato Benedicto: qui homi nes Montis Caſsini ad fidem adduxit, & aram Apollinis, quę erat ibi erecta, ſubuertit: & de quodam Equitio, cui Angelus in ſomnis apparuit, & eum ad prædicandum miſit, qui cùm de vitio linguæ cõquereretur, Angelus phlebotomo linguã eius tetigit, & totũ illud vitium curauit. Quòd verò Hieron. ſeipſum talibus connumerat, ta
C le eſt, quale illud Apoſtoli ad Philippẽſes: Quicũq; imperfecti ſumus, hoc ſẽtiamus: ſeipſum imperfectis connumerans. Hinc idem Hieronymus alibi ait: Natus in paupere domo & tugurio ruſticano. Et infrà: Nos ſuffarcinati auro: ſe famelicũ faſtidiẽtibus mella, pauperem diuitibus connume rans:

Cap. 8. li. 2. dialogorũ.

Philip. 4. c. Hiero. ad Nepotianũ ſcribẽs.

rans: suprà vbi agitur de clericis, qui propria relinquere nolunt, cap. Gloria Episcopi. Ecce sufficienter monstratum est, quòd monachis Presbyterij honore decoratis, à populo electis, ab Episcopo institutis, eadem liceāt, quæ & aliis Sacerdotibus. Probatur hoc etiam ex similitudine consecrationis. non enim in consecratione eorum aliud dicitur, & aliud in cōsecratione aliorum. Vtrisque enim in commune à Domino benedictionem infundi Episcopus obnixè deposcit: & dum consecrat, cunctis Sacerdotibus sigillatim dicit: Consecrentur & sanctificentur Domine manus istæ, vt quicquid consecrauerint, consecratum sit: & quæcunque benedixerint, benedicta sint. Ecce communis est benedictio: vnde igitur diuortium? Sicut ergo in benedictione vtrique communem nanciscuntur potestatem, ita in institutione communiter adsequuntur potestatis executionem. Cæterùm absque Episcoporum licentia non solùm monachis, sed omnibus generaliter clericis potestatis executio interdicitur. A B C

Epist. 1. Vnde Clemens:

Sacèrdotalia officia sine permissu Episcoporũ non agunt Presbyteri.

CVnctis fidelibus, & summopere omnibus Presbyteris, & Diaconis & reliquis

A liquis clericis attendẽdum eſt, vt nihil abſque Epiſcopi proprij licentia agant: non vtique miſſas ſine eius iuſſu quiſquã Preſbyterorum in ſua parœcia agat: non baptizet, nec quicquam abſque eius permiſſu faciat. De his verò, qui intra monaſterij 4. pars. clauſtra conſiſtunt, quibus populus ad regendum non committitur quæritur vtrũ dare vel accipere decimas debeant. In quibus hæc diſcretio ſeruanda eſt, vt de agris & vineis, quæ ad proprium ſtipen-
B dium coluntur, decimas ſibi retineant. Si enim decimæ à populo filiis Leui reddebantur pro miniſterio, quo Domino deſeruiebant in tabernaculo, offerendo ſacrificia & holocauſta pro populo: patet quòd monachi de propriis prædiis non magis, quàm alij Sacerdotes, decimas ſoluere cogũtur. Sed dicitur, prædia monachorũ, ſiue pretio ſint empta, ſiue pro ſalute animarũ oblata, antequã in ius eorum venirent, ba-
C ptiſmalibus eccleſiis ſiue quibuſlibet aliis, primitias & decimas perſoluebãt: illę autẽ eccleſię ſuo iure priuari nõ poſſunt. Vnde in Magũtinẽſi cõcilio ſtatutũ inuenitur:

Qui res ſuas alicui dare delegauerit, decimationũ prouentũ priori eccleſiæ auferre nõ poterit.

SI quis laicus, vel clericus, vel vtriuſque ſexus perſona proprietatis ſuæ loca,

vel res alicubi dare delegauerit, decimatio num prouentum priori ecclesiæ legitimè adsignatum inde abstrahere nullam habeat potestatem. Quod si facere tentauerit, talis traditio irrita prorsus dicitur, & ipse ad emendationem ecclesiastica coërceatur censura. Item ex concilio Cabilonensi: A

Antiquiores ecclesiæ nec decimis, nec vlla possessione priuentur.

Conci. Vormatien.

ECclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec vlla possessione priuentur: ita vt nouis oratoriis tribuantur. Item ex concilio Vormatiensi: B

Antiquiores ecclesiæ propter nouas iustitiam suam non perdant.

QVicunq; voluerit in sua proprietate ecclesiam ædificare, & consensum, & voluntatem Episcopi habuerit, in cuius parœcia est: licitum sit. Veruntamen omnino prouidendum est Episcopo, vt aliæ ecclesiæ antiquiores, propter nouam suam iustitiam atque decimam non perdant, sed semper ad antiquiores ecclesias persoluantur. Decimas autem baptismalibus ecclesiis persoluendas Leo Papa iiij. affirmat, dicens: C

Baptismalibus ecclesiis decimæ dari debent.

DE decimis iusto ordine non tantùm nobis, sed etiam maioribus visum est, plebibus

A plebibus tãtum, vbi ſacroſancta baptiſmata dantur, debere dari. Si ergo nulli licet decimationũ prouẽtũ à priori eccleſia, cui adſignatus fuerat, abſtrahere: ſi ius antiquioris eccleſiæ nouis tribuendũ non eſt: ſi decimæ tantũmodo baptiſmalibus eccleſiis dandæ ſunt: patet ꝙ monachi ex propriis prædiis decimas dare coguntur. Sed & illa autoritas Maguntinenſis concilij de vẽditore, vel donatore loquitur, diffiniẽs quòd ille qui vendit, aut donat, non poteſt prouẽ
B tum decimationũ illi eccleſiæ detrahere, cui priùs legitimè fuerat adſignatus. Monachi autẽ decimas & primitias non autoritate vendentis vel donantis, ſed autoritate eiuſdem concilij, & Paſchalis Papæ detinent: à quibus diffinitũ eſt, vt monachi de propriis prędiis decimas nõ perſoluãt. Sic enim in Maguntinenſi conci. ſtatutum eſt:

Iuo Carn. lib. 2. de decimis id refert.

Non perſoluant de propriis prædiis Abbates & Epiſcopi decimas.

C QVeſti ſunt præterea à quidam fratres, quòd eſſent aliqui Epiſcopi & Abbates, qui decimas non ſinerent dari ad eccleſiam, vbi illorũ coloni miſſam audiũt. Proinde decreuit iſte ſacer conuentus, vt Epiſcopi & Abbates de agris & vineis, quę ad ſuũ & fratrũ ſtipendiũ habent, ad eccleſias ſuas deferri faciant: familiæ verò eorũ ibi

dent decimas suas, vbi eorum infantes ba- A
ptizantur, & vbi per totum anni circulum
missas audiunt. Item Paschalis quartus:

De proprijs laboribus monachi & Canonici decimas minimè soluere cogantur.

DEcimas à populo Sacerdotibus ac Le-
uitis esse reddendas diuinæ legis san-
xit autoritas. Cęterùm à monachis siue cle
ricis communiter viuentibus nulla ratio si
nit, vt milites aut Episcopi, aut personæ
quęlibet decimas de laboribus, seu nutri-
mẽtis suis propriis extorquere debeãt. Vn- B.
de Beatus Gregorius sic ait: Communi vi-
ta viuentibus iam de faciẽdis portionibus,
vel exhibenda hospitalitate, vel adimplen-
da misericordia nobis quid erit loquendũ,
cùm omne quod supereſt, in causis piis ac
religiosis erogandum sit, dicente Domino:
Luc. 11 f Quod supereſt, date eleemosynam, & ecce
s. pars. omnia munda sunt vobis. Quod autem
dicitur, quòd antiquiores ecclesiæ propter
nouas, nec decimis, neç vlla possessione pri C.
uentur, non ita intelligendum est, vt nullo
modo credatur licere Episcopo aliquam
partem possessionum vel decimationum
vnius Ecclesiæ alteri pro tempore tribue-
re. Sicut enim Papa duos Episcopatus in
vnum potest redigere, ita & vnus proprio
consentiente Episcopo in duos potest diui
di: vel

A di: vel etiam Metropolitano inuito quælibet Ecclesia ab eius iurisdictione Apostolica eximi potest autoritate. Vnde Gregorius Pa. scribit Benenato Episcopo, ca. xxv. *Grego. epi. 31. seu cap. 31. lib. 2.*

Duos Episcopatus in vnum: redigere, Apostolica potest autoritas.

ET temporis qualitas, & vicinitas nos locorum inuitat, vt Cumanam atque Musitanam vnire debeamus Ecclesias: quoniam nec longè à se itineris interuallo seiũctæ sunt, nec, peccatis facientibus, tanta
B multitudo populi est, vt (sicut olim fuit) duos habere debeant Sacerdotes. Quia igitur Cumani castri Sacerdos cursum huius vitæ expleuit, vtrasque nos ecclesias præsentis autoritatis pagina vnisse, tibique cõmisisse cognoscas: vtrarunque etiam Ecclesiarum scito te esse proprium Pontificem. Et ideo quæcunque vel de earum patrimonio, vel cleri ordinatione promotione ve iuxta Canonum statuta visa fuerint
C ordinare atque disponere, habebis, vt proprius reuera Sacerdos, liberam ex nostræ autoritatis consensu atque permissione licentiam. vbi verò commodius atque vtilius esse perspexeris, ibi habitato: ita sanè, vt alteram ecclesiam, cui corporaliter præsens non es, solicita prouidentiq; cura disponas: quatenus illic diuina ministeria

solenniter, Domino præstante, peragãtur. A

Greg. epis. 35. lib. 2. Idem Ioanni Episcopo:

Duos Episcopatus in vnum redigere Apostolica valet autoritas.

POstquàm hostilis impietas diuersarũ ciuitatum ita, peccatis facientibus, desolauit ecclesias, vt reparandi eas spes nullo modo, populo deficiẽte, remanserit: maiori valde cura cõstringimur, ne defunctis earum Sacerdotibus reliquiæ plebis nullo pastoris moderamine gubernãte, per inuia fidei hostis callidi rapiãtur (quod absit) in- B
* eimmoti sidiis. Huius ergo rei solicitudine sæpe * cõmoniti, hoc nostro sedit cordi consiliũ, vt vicinis eas mandaremus Pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuæ curã gubernationemq; Treuerensium ecclesiæ pręuidimus committendam, quam tuæ ecclesiæ aggregari vnirique; necesse est: quatenus vtrarũque ecclesiarum Sacerdos rectè, Christo adiuuante, possis existere, & quæ tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatio C
Cap. 5. ne seu promotione vigilanti ac Canonica cura visa fuerint disponere, quippe vt Pontifex proprius, liberam habeas ex præsenti nostra permissione licentiam. Item ex concilio Carthaginiensi secundo:

Non habeant Episcopum diœceses, quæ nunquàm habuerunt.

Felix

A FElix Episcopus Seleucitanus, dixit: Etiam, si hoc placet sanctitati vestræ, insinuo, vt diœceses, quæ nunquà Episcopos habuerunt, non habeant: & illa diœcesis, quæ aliquando habuit, habeat propriũ. secundùm hanc persecutionem sanctitatis vestræ est æstimare, quid fieri debeat. Ab vniuersis dictũ est, Placet. Item ex Afri cano concilio tertio: *Cap. 42. cõ. Cartha. 3.*

Nisi cum voluntate Episcopi diœceses, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios Episcopos.

B MVltis conciliis hoc statutum est, à cœtu Sacerdotali, vt plebes, quæ in diœcesibus ab Episcopis retinentur, quæ Episcopos nunquàm habuerunt, non nisi cum voluntate eius Episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores. Item Gregorius Ioanni Episcopo Lariſſæo: *Greg. Ioanni Episcopo Lariſſæo epiſt. 7. li. 2.*

Apostolica autoritas à iurisdictione Archiepiscopi Episcopos valet eximere.

C FRater noster Hadrianus Thebanæ ciuitatis Episcopus ad Romanam vrbẽ veniens lacrymabiliter est conquestus de quibusdam se capitulis à fraternitate tua, necnon à Ioanne primæ Iustinianæ vrbis Antistite iniustè condemnatum. De nequissimo autem damnandoque eius iudicio aliàs fumus, iuuante Domino, tracta turi. Hadrianũ verò Episcopum reperimus

& tuo contra Sacerdotales mores odio la- A
borasse, & nullo iure pecuniariis in causis
eum fraternitatis tuæ fuisse condemnatũ
sententia. Quia igitur & ab antefato Ioan-
ne Primæ Iustinianæ vrbis Episcopo con
tra Ius Canonesque depositus, honoris sui
gradu carere non potuit, in sua eum refor-
mari ecclesia, atque in propriæ dignitatis
ordine decreuimus reuocari. Et cùm opor-
tuisset, te ex eo Dominici corporis cõmu-
nione priuari, quòd post admonitionẽ san
ctæ memorię decessoris nostri contẽptam B
(per quam eum, ecclesiamque eius de tuæ
iurisdictione potestatis exemit) rursus in
eis aliquid tibi iurisdictionis seruare præ-
sumpseris: tamen nos humaniùs decernen-
tes, communionisque tibi sacramentum
interim conseruantes, decernimus vt fra-
ternitas tua ab eo ecclesiaque eius omnem
antehabitæ suæ potestatem iurisdictionis
abstineat, & secundũ scripta decessoris no
stri, si qua causa vel fidei, vel criminis, vel C
pecuniaria aduersus præfatum Hadrianũ
consacerdotem nostrum potuerit euenire:
per eos, qui nostri sunt vel fuerint in vrbe
regia Respõsales, si mediocris est quæstio,
cognoscatur: vel huc ad Apostolicam se-
dem, si est ardua, deducatur, quatenus no-
stræ audientiæ sententia decidatur. Quòd

si con

A ſi contra hæc, quę ſtatuimus, quolibet tempore qualibet occaſione vel ſubreptione venire tentaueris, ſacra ſcias te communione priuatum, nec eam te (excepto vltimo vitę tuæ tempore) niſi cum conceſſa Romani Pontificis decernimus iuſsione percipere. Res autem ſiue ſacras, ſiue alias mobiles immobilesque eius eccleſiæ, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam præſentibus annectimus literis) ſine aliqua ei fraternitas tua dilatione reſti
B tuat. de quibus ſi qua inter vos quæſtio vertitur, volumus vt apud Reſponſalem noſtrum in vrbe regia ventiletur. Si autem necdum in diœceſi alicuius Epiſcopi illa loca adſignata fuerint, ex vigore Apoſtolicæ ſedis proprium Epiſcopum accipiant. Vnde Gregorius iunior ſcribit Bonifacio Epiſcopo:

Vbi multitudo fidelium excreuit, ibi Epiſcopi ſunt ordinandi.

C PRæcipimus, vt iuxta Canonum ſtatuta, vbi multitudo excreuerit fidelium, ex vigore Apoſtolicæ ſedis debeas ordinare Epiſcopos: pia tamen contemplatione, vt non vileſcat dignitas Epiſcopatus. Sicut duo Epiſcopatus ſuprà ſcripto modo in vnum poſſunt redigi, & vnus in duos valet diuidi: ſic etiam Epiſcopus de baptiſma

libus & parœcianis ecclesiis facere potest cum consensu suorum clericorum. Quod cùm factum fuerit, illa pars populi, quę nouis ecclesiis supponitur, à iure prioris ecclesiæ absoluitur. Hoc nisi fieri posset, multitudo ecclesiarum ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptismales ecclesias in vna terminatione facere non potest. A

Vnde in Toletano concilio legitur:

In vna terminatione plures baptismales ecclesiæ esse non possunt.

PLures baptismales ecclesiæ in vna terminatione esse non possunt, sed vna tantũmodo cum capellis suis: & si contentio fuerit de terminatione duarum matricũ, plebes vtrarunque discernant: & si non conuenerint, lis Dei iudicio discernatur. B

Ius ergo ecclesiarum ita interpretandũ est, vt nisi Episcopo disponente aliis ecclesiis fuerit adsignatum, in nullo priorum reddituum diminutionem patiantur. Vnde Anastasius Episcopus:

Communione priuetur, qui decimas vel oblationes extra Episcopi conscientiam tenere voluerit. C

STatuimus, vt si quis oblationes ecclesiæ, vel decimas, quas populus dare debet, tenere contenderit, vel extra baptismalem ecclesiam dare voluerit, præter cõscien

A scientiam Episcopi, vel eius cui huiusce-modi officia commissa sunt, nec cum eorũ voluerit agere consilio: bannum nostrum componat, & cõmunione priuetur. Cùm addit, extra conscientiam Episcopi, intelligendum relinquit, quòd Episcopo consentiente, aliis ecclesiis dari possunt. Idem:

Iuxta dispositionem Episcopi decimæ distribuantur.

IN sacris Canonibus præfixum est, vt decimæ iuxta Episcopi dispositionem di-
B stribuãtur. Quidam autem laici qui vel in propriis, vel in beneficiis suas habent basilicas, contempta Episcopi dispositione, nõ ad ecclesias, vbi baptismum & prædicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dãt, sed propriis basilicis, vel aliis ecclesiis pro suo libitu tribuunt, quod omnibus modis diuinę legis & sacris Canonibus cõstat esse contrariũ. Vnde vestrã po-
C testatem, vt eos corrigatis expetimus. Cũ autem reprehenduntur, quia contempta Episcopi dispositione hoc faciunt, intelligitur, quòd si Episcopo disponente hoc fecerint, irreprehensibiles inueniantur.

Item Symmachus Episcopus ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: *In synodo sexta Romana.*

Anathema sit, qui præter Episcopi conscientiã decimas

decimas & oblationes dispensare voluerit. A

* *concilio.* IN Canonibus, in Gangrensi * ecclesia Apostolica autoritate conditis, de fructuũ oblationibus, quæ ministris ecclesiæ debentur, & de his, quæ in vsus pauperũ conferuntur, scriptũ habetur: Si quis oblationes ecclesiæ accipere vel dare voluerit præter Episcopi conscientiam, vel eius, cui huiuscemodi sunt officia cõmissa, nec cũ eius voluerit agere consilio: anathema sit.

Cap. 7. con. Gangrẽsis. Et iterum in eodem concilio Gangrensi: Si quis oblata Deo dederit alteri, vel B acceperit, præter Episcopi, vel eius cõsensum, qui ab eo institutus est ad dispensandum misericordiã pauperibus: & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Valde ergo iniquum & ingens sacrilegium est, quęcũque vel pro remedio peccatorum, vel pro salute animarum suarum, aut requie, vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his, à quibus maximè seruari conuenit, Christianis & Deum timentibus hominibus, & super omnia à C Principibus, & primis regionum, in aliud transferri, vel conuerti. Et infrà: Generaliter verò quicunque res ecclesiæ confiscare aut competere, vel peruadere periculosa sua infestatione præsumpserit, similiter & hi qui res Ecclesiæ, iussu vel largitione

Ca. 8. eiusdem.

Princip

A Principum, vel quorũdam potentum, aut quadam inuasione, vel tyrannica potestate tenuerint, & filiis vel hæredibus suis (vt à quibusdam iam factum audiuimus) quasi hæreditarias reliquerint: nisi citò res Dei, admoniti à Pontifice, agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, vt potius custodes chartarum, quàm defensores rerum creditarum (vt præceptum est) iudicemur. Et infrà: Ferro enim abscindenda sunt vul
B nera, quæ fomenta non sentiunt. Similiter & illi extorres debent fieri ab ecclesia, qui Sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: Auferte malum ex vobis. Vniuersa synodus surgens acclamauit, Vt ita fiat rogamus. Dictum est octies: Exaudi Christe: Symmacho Papæ vita sit: dictum est duodecies. Idem:

1. Cor. 5. d

Eadem plectuntur pœna, qui ecclesiæ res & bona Episcoporum inuadunt.

Symmachus in synodo sexta Romana.

C Similiter & hoc ad omniũ ecclesiarum notitiam vestra cæterorumque exhortatione & iudicio censemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri (quia res Episcoporum esse ecclesiæ non dubitantur) si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate grassatum, peruasores rerum memoratarum prædicta Canonum districtione ferian

feriantur: vt qui moribus propriis, ac nulla conscientię castigatione corrigũtur, saltem ecclesiasticę & canonicę vindictę perfodiantur aculeis. Item ex libro capitulorum Caroli & Lodouici Imperatorum: A

Res ecclesiæ principum autoritate distribui non possunt.

QVia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesiæ, vota fidelium esse, pretia peccatorũ, & patrimonia pauperum: cuique non solùm habita cõseruare, verùm etiam, Deo opitulante, conferre optamus: vt autem ab ecclesiasticis officiis de diuidendis rebus ecclesiæ suspicionem dudum conceptã penitus amoueamus: statuimus, vt neque nostris, neque filiorum, & Deo dispensante successorum nostrorum temporibus vllam penitus diuisionem aut iacturam patiantur. Cùm ergo præter conscientiam Episcopi, vel eius cui officia huiuscemodi commissa sunt, quilibet prohibetur oblationes ecclesiæ distribuere, liquidò apparet, quòd cum Episcopi consensu, quibuslibet ecclesiis possint distribui. Huic interpretationi videtur contraire autoritas illa Toletani concilij: B C

Ca. 32. con. Toletan. 4.

Nihil de iure suæ diœcesis Episcopi præsumant auferre.

Consti

A CONstitutũ est à præsenti concilio Episcopos diœceses suas ita regere, vt nihil ex earum iure præsumant auferre: sed iuxta priorum autoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quàm de tributis ac frugibus tertiam cõsequãtur. Quòd si amplius quippiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restauretur: appellantibus ipsis conditoribus, aut certè propinquis eorum, si iam illi à seculo decesserunt. Item Symmachus Papa: *Ad Cæsariũ fratrẽ.*

B *Possessiones ecclesiæ derelictas nulli sit alienandi licentia.*

POssessiones, quas vnusquisque ecclesię proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis aut distractionibus, vel sub quocunque argumento non patimur: nisi fortè aut clericis bonorũ meritorum, aut monasteriis religionis intuitu, aut certè peregrinis, si necessitas largiri suaserit: sic tamen, vt hæc ipsa non perpetuò, sed temporaliter perfruantur. Sed illud Toletani concilij ita intelligendũ est, C vt Episcopi præter quartam, vel tertiam, quæ secundùm locorum diuersitates eis debetur, nihil contingant. Vnde in concilio Leonis Papæ statutum est;

A clericis, & piis locis, vltra statuta patrum, aliquid Episcopus non exigat.

Nulli

NVlli Epiſcoporũ liceat à ſubiecto Sacerdote, vel alio quocunque clerico, & piis locis dationes vltra ſtatuta patrum exigere, aut ſuppoſita in angariis inferre: ſed cùm optimus ſit perſpector, ita proſpiciat, vt vniuerſæ ſibi oues commiſſæ, à ſe maximè alantur, atque in neceſsitatibus iuuentur, non illicitis exactionibus opprimãtur: quia Dominus paſcere & docere nos docuit, & omnibus miniſtrare, nõ terrenis lucris & auaritiis delectari. Item Gregorius Leoni Epiſcopo Carthaginienſi:

Epiſt. 8. lib. 7. Epiſcopo Catinenſi.

De reditibus Eccleſiæ quarta pars clericis eſt diſtribuenda.

AD hoc locorum gradus rationis ordo diſtinxit, & iudicia eſſe conſtituit, vt nec Præpoſiti in opprimendis ſe fruſtra valeant occupare ſubiectis, nec ſubiectis iterũ contra ſuos Præpoſitos effræna ta ſit reſultandi licentia. Volumus igitur, vt quicquid eccleſię tuę ex reditu, vel quolibet alio titulo fortaſsis acceſſerit, quartam exinde portionem ſine diminutione aliqua debeas ſegregare, atque eam ſecundùm Domini timorem Presbyteris, Diaconis, ac clero (vt tibi viſum fuerit) diſcretè diuidere. Item ex ſexta ſynodo:

Epiſcopus turpis lucri gratia nihil à monachis, vel clericis ſuis exigere debet.

Prædi

A PRędicator eccleſię Paulus diuinus Apoſtolus, ac ſi Canonem ponẽs Epheſiorum Presbyteris, imò verò & omni ſacratæ multitudini ac plenitudini, ita fiduciaLiter perhibuit: Argentum, aut aurum, aut veſtem nullius concupiui, ipſi ſcitis, quoniam ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecũ ſunt miniſtrauit manus iſta. Omnia oſtendi vobis, quoniã ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos: beatius exiſtimans dare, quàm accipere. Propter quod & nos B docti ab eo, diffinimus nullatenus Epiſcopum turpis lucri gratia excogitare ad excuſandas excuſationes in peccatis, expetere aurum vel argẽtum, aut aliam ſpeciem à Presbyteris, vel clericis, vel monachis, qui ſub ipſo ſunt. Ait enim Apoſtolus: Non debent filij theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis. Et Apoſtolus Petrus: Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, nõ coactè ſed ſpontè ſecundùm Deum: nõ turpis C lucri gratia: neque vt dominãtes in clero, ſed forma facti gregis ex animo: & cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſsibilis gloriæ coronam. Illud autem, quod in fine capituli Symmachi ponitur hæc ipſa non perpetuò, ſed temporaliter perfruantur: ad perſonales tantùm poſſeſsiones clericorum videlicet & pau-

Act. 20. b

1. Cor. 12. e

1. Pet. 5. a

perum, non ad monasteriales referendum est. Quàm verò sit graue apud Deum decimas & oblationes, ac primitias Sacerdotibus non soluere, autoritate Hieronymi & Augustini apparet. Ait nanque Hieronymus super Malachiam:

Reus apud Deum habetur, qui decimas Sacerdotibus non soluerit.

REuertimini ad me, & ego reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. & dixistis, In quo reuertemur? Si affligit homo Deum, quia vos configitis me. Et dixistis, In quo configimus te? In decimis & primitiis: & ideo in penuria vos maledicti estis, & me cõfigitis tota gens. Nũc sequamur ordinẽ Prophetæ. Quia mihi non reddidistis decimas & primitias, idcirco in penuria & fame maledicti estis, & me vos supplãtastis, siue defraudastis. Ecce annus expletus est, & nihil in meos thesauros, sed in vestra horrea comportastis, & pro decimis & promitiis, quæ parua erãt, vt à vobis darentur, vbertatẽ possessionũ vestrarum, & omnem frugum abundantiam perdidistis. Vt autem sciatis hoc me irascente perfectũ, quia fraudastis me parte mea, hortor vos atque commoneo, vt inferatis decimas in horrea mea, hoc est in thesauros templi, vt habeant Sacerdotes

& Le

A

7. pars.

Hier. in cõ mẽ. ad ca. Mala. 3.

B

C

A & Leuitæ, qui mihi miniſtrant, cibos: & probate me, ſi nõ tantas pluuias effudero, vt cataractæ cæli apertæ eſſe credantur: & effundã benedictionẽ meam vobis vſque ad abundantiam. Verbum effuſionis, nomen largitatis oſtendit: ſed fieri poteſt, vt agros irrigantibus pluuiis ſit quidem fertilitas: verùm aut locuſta veniat, aut bruchus, aut erugo, aut eruca, & labores hominũ vaſtabunt: propterea adiungit, & dicit: Et increpabo pro vobis deuorantes, locu-
B ſtas videlicet, & reliqua quæ prædiximus, & non corrumpent fructum terræ veſtræ. Si quãdo fames & penuria, & rerũ omniũ egeſtas opprimit mũdum, ſciamus hoc ex ira Dei deſcendere, qui ſe in pauperibus, ſi non accipiant eleemoſynam, fraudari loquitur, & ſuas poſſeſsiones poſſumus decimas & primitias interpretari. Si quis doctus & eruditus in lege Domini poteſt alios erudire, nõ debet ſuæ aſsignare prudentiæ ingenioque quod poſsidet: ſed gra-
C tias agat primũ Domino, qui cuncta largitur, deinde Sacerdotibus eius ac miniſtris, à quibus doctus eſt. Si enim nõ egerit gratias, ſed ſciẽtiã vendicauerit ſibi, in penuria maledicetur. Quòd ſi intelligens largitorem Deum, & agens his gratias, per quos à Deo eruditus eſt, humiliauerit ſe, &

in horreũ Dei intulerit cibos, hoc est scri- A
pturæ alimenta in ecclesiis populis mini-
strauerit, statim aperientur super eũ catara
ctæ cæli, & effundetur pluuia spiritualis,
& mandabit nubibus suis, vt pluant super
eum imbrem, & abundantia rerum omniũ
perfruetur. Item Augustinus:

Sermo. 119. de tẽpore, siue pri. dominicæ post Trinitatem.

Quòd decimæ sacerdotibus sunt tradendæ.

DEcimæ tributa sunt egentium anima
rum: Quòd si decimam dederis, non
solùm abundantiam fructuũ recipies, sed
etiam sanitatem corporis & animæ con- B
sequêris: Non igitur Dominus Deus præ-
miũ postulat, sed honorem. Deus enim no
ster, qui dignatus est totum dare, decimam
à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed
nobis sine dubio profuturã. Sed si tardiùs
dare peccatum est: quantò peius est pecca-
tum non dedisse? De militia, de negotio &
de artificio redde decimas. Cùm enim de-
cimas dando, & terrena & cælestia possis
præmia promereri: quare pro auaritia du- C
plici benedictione fraudaris? Hęc est enim
Dei iustissima consuetudo, vt si tu illi de-
cimam non dederis, tu ad decimam reuo-
ceris. Dabis impio militi, quod non vis da
re Sacerdoti. Benefacere semper Deus pa-
ratus est, sed hominum malitia prohibe-
tur. Decimæ etenim ex debito requirun-
tur,

A tur,& qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt.& quanti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat,illo decimas non dante,fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit:quia rem à Deo pauperibus delegatam,suis vsibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam: etiam de nouem partibus studeat eleemosynam dare pauperi-
B bus. Item Hieronymus:

Seipsum condemnat, qui euangelizantibus necessaria subtrahit.

APostolicis viris & Euangelizatoribus Christi in necessariis vsibus nolle tribuere,seipsum cõdemnare est. Quòd autem decimę Episcoporum consensu monachis licitè tribuantur, Beatus Hieronymus Damaso Papæ scribit,dicens:

Liberum est clericis,monachis, & religiosis decimas concedere.

C QVoniam quicquid habent clerici, pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes, & susceptioni peregrinorum & hospitum inuigilare debent:maximè curandum est illis,vt de decimis & oblationibus cœnobiis & xenodochiis,qualẽ voluerint &potuerint,

sustentationem impendant. Liberum est A
enim monachis & spiritualibus viris Deũ
colentibus & timentibus, decimas & obla
tiones, cunctaque remedia cõcedere, & de
iure suo in dominiũ illorum & vsum trãs-
ferre, nec tam in pauperibus paupertatem,
quàm religionem attendere. Quòd autem
beatitudo tua quæsiuit, vtrùm vsus deci-
marum & oblationum secularibus proue-
nire possit, nouit vestra sanctitas omnino
non licere, protestantibus hoc diuinis au-
toritatibus paternorum Canonum. Quã- B
obrem si quando fuerint ab his malè de-
tenta, quæ diuini iuris esse noscuntur, &
in vsum transierint monachorum & ser-
uorum Dei, Episcopo tamen loci illius prę
bente consensum, cõstabunt eis omnia per
petua firmitate & stabilitate subnixa. Cle-
ricos autem illos conuenit ecclesiæ stipen-
diis sustentari, quibus parentum & amico
rum nulla suffragantur stipendia. Qui au-
tem bonis parentum & opibus sustentari C
possunt, si quod pauperum est accipiunt,
sacrilegium profectò incurrũt & commit-
tunt: & per abusionem talium, iudicium
sibi manducant & bibunt. De prædiis au-
tem, quæ à colonis eorum coluntur, sic dif
finitum est in Maguntinẽsi concilio, Que-
sti sunt præterea, &c.

Quæ

A QVAESTIO II.

Si cõtigerit eos capellas habere Episcopali beneficio, an ab eis sint instituendę, an ab Episcopis.

DE CAPELLIS verò, quæ ab eis possidentur, quòd per eorum institutionem à Sacerdotibus sint gubernandæ, Ioannes Papa probat, scribens Isaac Syracusano Episcopo:

B *Presbyteri in monasteriorũ ecclesiis per Abbates instituantur.*

VIsis literis charitatis vestræ, quibus satis perpenditur, quanto studio huic sanctæ sedi reuerentiam exhibetis, nõ modicè gauisi sumus. Nunc itaq; super ea quæ consuluistis, vt charissimo fratri, benignè discretum consilium damus. Delegauit enim nobis pia mansuetudo vestra, vtrùm ecclesiæ pro quiete monachorum à sanctis
C catholicis Episcopis eis traditæ, per Sacerdotes ab eis ordinatos & inuestitos debeãt institui. Addidit quoq; fraternitas tua, litem & seditionẽ inter clericos monachosque ex hac causa non modicam esse ortam: quod instigatione versuti hostis nemo fieri ambigat. Habet enim mille nocẽdi modos, nec ignoramus astutiam eius:

conatur nanque à principio ruinæ suæ vni A
tatem Ecclesiæ rescindere, charitatem vul
nerare, sanctorum operum dulcedinem in
uidiæ felle inficere, & omnibus modis hu-
manum genus euertere & perturbare. Do-
let enim satis & erubescit, charitatem quã
in cælo nequiuit habere, homines constan
tes ex lutea materia, tenere in terra. Vnde
oportet (quantum fragilitati nostræ conce
ditur) vt omnes aditus nocendi eius versu
tiæ muniamus, ne mors ingrediatur per
portas nostras. Consilio itaque multorum B
fratrum diligenter exquisito decernimus,
vt amodo ecclesiæ monachis traditæ per
suos Sacerdotes instituantur. Diuinę enim
leges habent & seculares, vt cuius est pos-
sessio, eius fiat institutio, & si in dando
quod maius est, facilis fuit charitas: sit fa-
cilior in concedendo quod minus est, san-
cta largitas. Maius enim fuit possessionẽ
dare, quàm sit inuestiturã concedere. Quo
modo possessoris iura cognoscẽtur, & sua- C
rum rerum sibi tributa reddẽtur, vbi quod
suum est per alterum datur, & cùm volue-
rit aufertur? Humani moris est, illum vere
ri, cuius iudicio & volũtate nunc erigitur,
nunc deprimitur. Vnde fit, vt in partẽ Epi
scopi ad seruiendum Sacerdos procliuior
fiat: & sic Episcopus quod sanctè & religio

sè dede

A sè dederat, quadam simulata autoritate ad se trahat. Sic itaque priuatur mercede, quã consecutus fuerat: tum quia ficta charitate aufert, quod dederat: tum quia prauorum Sacerdotum discordias & scissuras amantiũ verbis nimis factus credulus, & quod priùs fucatè moliebatur lucrari, pòst detecta fraude conatur quadã vsurpatione ex toto auferre. Quorum aduertentes calliditates, & hostis versuti suasiones, monachis deinceps omnino licentiã damus suarum ecclesiarum inuestitores fieri: ita tamen, vt iudicio synodi, si contra Sacerdotiũ agere præsumpserint, mulctẽtur, & fœlici mucrone Episcopi Sacerdotũ piacula resecẽtur. Hac autoritate monachis cõceditur inuestitura suarũ ecclesiarum. Sed videtur contraire Vrbanus Papa ij. dicens:

Palea.

2. part.

Iuo refert lib. 2. de decimis.

ADmonemus atque præcipimus, vt decimas omnino dare Deo non negli-
C gant, quas ipse Deus dari constituit: quia timendum est, qui Deo suum debitum subtrahit, ne ei auferat necessaria. Item Nicolaus Papa:

De eodem. *Palea.*

PRæcipimus, vt & decimę, & primitię, seu quæcunque oblationes viuorum et mortuorum ecclesiis Dei fideliter reddan-

tur à laicis, & vt in dispositione Episcoporum sint secundùm Canones distribuendæ: quas qui tenuerit, à sancta cõmunione priuetur aut separetur. Item Leo Papa: A

De eodem. Palea.

NVllus decimas ad alium pertinentes accipiat. Item Ambrosius:

NAm qui Deo non vult reddere decimas, quas tenuit, & homini non studet reddere, quod iniustè abstulit: non timet adhuc Deum, & ignorat quæ sit vera pœnitentia, veraque confessio. Iste talis B non potest veram facere eleemosynam.

Item Vrbanus secundus:

Abbates absque Episcopi consilio in parœcialibus ecclesiis Presbyteros non ordinent.

SAnè quia monachorum quidam Episcopis ius suum auferre contendunt, statuimus, ne in parœcialibus ecclesiis, quas tenent, absque Episcoporum consilio Presbyteros collocent: sed Episcopi parœciæ curam cum Abbatis consensu Sacerdoti committant: vt eiusmodi Sacerdotes de C populi quidem cura Episcopis rationẽ reddant, Abbati verò pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitã subiectionem exhibeant, & sic sua cuique iura seruentur. Idem: In parœcialibus ecclesiis Presbyteri per Episcopos instituantur, qui

A eis respondeant de animarum cura, & his quæ ad Episcopum pertinent. Item ex concilio apud Fauentiam habito:

Quoruncunque monachorum ecclesiæ Episcoporum subdantur regimini.

STatuendum nobis est, quatenus ecclesiæ quoruncunque monachorum in singulis parœciis sitæ, Episcoporum (vt decet) diuinitus subdantur regimini, eisque debita obsequia exhibeant. Ecce Vrbanus Papa prohibet inuestituram parœcialium
B ecclesiarum per monachos fieri, quas Ioānes Papa eis cōcessit. Sed illud Ioannis Papæ intelligendum est de illis capellis, quæ cū omni iure suo ab Episcopis monachis conceduntur. Illud autem Vrbani intelligitur: de illis, quas Abbates in propriis prędiis ædificant in villis, vel in castellis suis.

QVAESTIO III.*

* *Aduerte hic, tertiam pro quinta, & consequenter 4. pro 3. ac 5. pro 4. quæstio. in titulari.*

Si capellam in suo territorio ædificatam iure territorij sibi vendicare valeat.

C

TALES etsi ius territorij habeāt, tamen potestatem gubernandi populum, & spiritualia ministrandi non habent. Quod etiā de Episcopo intelligendum est. Vnde Nicolaus Papa ait:

Episco

Episcopus, qui in alterius diœcesi ecclesiã ædificat, eius consecrationem sibi vẽdicare nõ valet. A

SI quis Episcoporum in alienæ ciuitatis territorio pro quacunque suorum opportunitate ecclesiam ædificare disponit, non præsumat dedicationem facere, quæ illius est, in cuius territorio ecclesia adsurgit: ædificatori verò Episcopo hæc gratia reseruetur, vt quos desiderat clericos in re sua ordinari, ipsos ordinet is, cuius territorium est: vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat: & omnis ecclesiæ ipsius B gubernatio ad eum, in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexit, pertinebit. Item ex concilio Toletano iiij.

Cap. 24.

Basilicæ nouiter conditæ ad Episcopum pertinent, cuius conuentus esse constiterit.

POssessio territorij conuentum nõ admit: ideoque nouæ basilicæ, quæ conditæ fuerint, ad eum procul dubio pertinebunt Episcopum, cuius conuentus esse constiterit. Item Gregorius: C

Epi. 19. lib. 11. ad Ioannem Subdiaconum.

Aedificatori Episcopo in diœcesi alterius ecclesiam consecrare non licet.

LAtor præsentium Ioannes frater, & Coëpiscopus noster indicauit nobis, quòd Exuperantius Episcopus ausu temerario in diœcesi ipsius oratorium construxit, ipsumq; sine præcepti autoritate cõtra morem

A morem præſumpſerit dedicare, miſſasque illic celebrare non metuit. Quam rem cũ ſumma celeritate ac diſtrictione conuenit emendare: nec vlteriùs tale aliquid attentare permittas. Quod de iure ordinandi, nõ poſsidendi, intelligendum eſt. His autoritatibus facilè perpendi poteſt, quòd ſiue Abbates, ſiue Epiſcopi in ſuis caſtellis vel villis eccleſias ædificauerint, non ideo Epiſcopo, in cuius diœceſi fuerint, conuentus adimitur: & ideo Sacerdotes, iuxta illud
B Vrbani & Nicolai, in eis non niſi per Epiſcopos, cum conſenſu tamen & electione ædificantium, ordinari poſſunt.

QVAESTIO IIII.

An iura eccleſiarum præſcriptione tollantur.

QVOD autem præſcriptione tẽporis omnia iura tollãtur, probatur autoritate Chalcedonenſis concilij, & Gelaſij Papæ, &
C Toletani concilij. Prima hæc eſt: *Cap. 17. cõ. Chalc.*

Ruſticanæ paræciæ apud Epiſcopos, qui eas poſsident, triginta annis ſine violentia permaneant immobiles.

PEr ſingulas eccleſias paræcias ruſticanas permanere immobiles apud eos, qui eas tenent, Epiſcopos, decernimus: &

maxi

maximè, si eas sine violẽtia per xxx. annos gubernauerunt. Si verò intra xxx. annos facta fuerit de his dubitatio: liceat eis, qui se dixerint læsos, propterea à mouere apud synodũ prouinciæ certamen. Itẽ Gelasius: A

Gela. pa. 1. epist. 2. ad Siculos.

Triginta annis ab Episcopis possessæ, immobiles permaneant diœceses.

PRæsulum nostrorum autoritas emanauit, vt facultates ecclesiæ Episcopi ad regendum habeant potestatem: ita tamen, vt viduarum & pupillorum, atque pauperum, necnon & clericorum stipẽdia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretum est: reliquum sibi Episcopi vendicẽt: vt (sicut anteà dixi mus) peregrinorum atq; captiuorũ largitores esse possint. Itẽ Gelasius ij. Illud etiã annecti placuit, vt si (quod absit) facultates ecclesiæ necnon diœcesis ab aliquibus possidentur Episcopis, iure sibi vendicẽt, quod tricennalis lex cõcludit: quia & filiorum nostrorũ Principum ita emanauit autoritas. Itẽ ex cõcilio Toletano quarto: B C

Gela. Pa. 1. in eadem 2. epist.

Cap. 14.

Territorij possessio conuentum non adimit.

SIcut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorij possessio conuentum non adimit. Item ex eodem:

Cap. 33.

Tricennalis possessio intra vnam prouinciam seruari debet.

Quicun

A QVicunque Episcopus alterius Episcopi diœcesim per xxx. an. sine aliqua interpellatione possederit, quamuis secundùm ius legis, eius non videatur esse diœcesis, admittenda tamen non est contra eũ actio repoſcendi. Sed hoc intra vnam prouinciam: extra verò nullo modo: ne dum diœcesis defenditur, prouinciarum termini confundantur. Ecce his autoritatibus probatur, quòd possessionis & gubernationis iura præscriptione tolluntur. Sed idem 2. para.
B Gelasius contrà testatur, scribens Maximo & Euse. Episcopis:

Status paræciarum nec præsumptione, nec temporis præscriptione mutari potest.

LIcet in regulis contineatur antiquis, paræcias vnicuique eccclesię pristina dispositione deputatas, nulla posse ratione conuelli, ne per consuetudinem pessimam exempli mali temeritate crescente, vniuersalis confusio nasceretur: tamen etiam Decretis nostris ante non multum temporis
C destinatis, omnia iussimus, quæ taliter fuerant inuasa, restitui. Sed quia temeritas peruadentium legem sibi posse putat generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adiungat, ea, quæ inter fratrem & Coëpiscopum nostrum Constantinum * Anuscanæ eccleſiæ Sacerdotem, & inter nuntios * Camisiana.

dire

directos ab Anconitauo Pontifice decreui A
mus, per vos impleri cupimus: tunc formã
in cæteris cognitionibus, quæ sit sequẽda,
præscripsimus. Nulla igitur præsumptio-
ne statum parœciarum, qui perpetuæ ęta-
tis firmitate durauit, patimur mutari: quia
nec negligentia Pontificis, nec temporalis
obiectio (quæ per incuriam fortè genera-
tur) neque ignauia faciente consensus adhi
bitus, nec subrepente supplicatione præce
ptio, diuellere potest semel diœcesim con-
stitutam, ex qua semper ad regenerationẽ B
atque consignationem Episcopi plebs de-
uota conuenit. Territorium etiam non fa-
cere diœcesim olim noscitur ordinatum.
Hoc multipliciter distinguitur. Sunt quæ-
dam diœceses, quæ certis limitibus distin
ctæ sunt: hæ nullo modo præscribi pos-
sunt. Aliæ verò, quæ non sunt certis limi-
tibus distinctæ, & de quibus certa defini-
tio non olim præcessit, præscriptione tol
luntur. Vnde Innoc. Papa: C

Ca. 2. conc. Spalen. id habetur.

Limitis possessio præscribi non potest.

INter memoratos fratres nostros Fulgen
tium Astigitanum, & Honoriũ Cordu-
bẽsem Episcopos discussio agitata est pro
pter parœciam basilicæ cuiusdam, quam
horum alter Cellanẽsem, alter Rheginen-
sem asseruit. Et quia inter vtrasque partes

hacte

A hactenus limitis actio ventilata eſt: cuius quamuis ſit vetuſta retentio, nullum tamẽ iuris præiudicium affert: ideo ne in dubiũ vltrà inter eos noſtra deuocaretur ſententia, prolatis Canonibus ſynodalia Decreta perlecta ſunt: quorum autoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatem, ne quis terminos alienos vſurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes inſpectores viros mittendos: ita vt diœceſis poſſidentis, ſi tamen baſilicam veris ſignis limes prouiſus
B monſtrauerit, eccleſiæ cuius eſt ius retentionis, ſit ęternum dominium. Quòd ſi limes legitimus eandem baſilicam non concludit, & tam longi temporis probatur obiecta præſcriptio, appellatio preſentis Epiſcopi non valebit: quia illi tricennalis obiectio ſilentium imponit. Hoc etiã & ſecularium Principum edicta præcipiunt, & Præſulum Romanorũ decreuit autoritas.

Si verò intra metas tricennalis temporis extra alienos terminos baſilicæ iniuſta re-
C tentio reperitur: repetentis Epiſcopi iuri ſine mora reſtituetur. Item Gela. Papa Iuſto Epiſcopo:

Iuo lib. 2. de præſcriptione id refert.

Spatia, quæ diffinita fuerint, tempore præſcribi non poſſunt.

DIlectio tua ſtudeat, inquiſita omniũ fideliter rerum veritate, vt ſi de ſpa-

tiis, de quibus memoratur orta contentio, definitio dudum certa processerit, intemerata seruetur: alioquin si nihil vnquàm cõstiterit terminatum, tunc de præscriptione temporum, si qua pars confidit, prębeat sacramẽtum: vt tamen quæ hactenus posse disse probabitur, iusiurandum sinatur offerre. Potest etiam aliter distingui. Quæ quisque sua autoritate vsurpat, quia nullo titulo possidere incipit præscribere non potest. Et in hoc casu intelligenda est illa autoritas Gelasij, Temporalis obiectio, quæ per incuriam fortè generatur, non potest diuellere diœcesim semel cõstitutã. intelligendũ est, si nullo titulo, sed sola vsurpatione eam possidere cœpit. Si verò iudicis autoritate, & priuilegiorum longa consuetudine possidere cœpit, tunc temporalis obiectio actori silentium imponit.

A

2. pars.

B

Vnde Gelasius Papa ait:

Debent priuilegia, xxx. annis possessa, immobiliter obseruari.

C

PLacuit huic sanctę magnęque synodo, vt res vel priuilegia, quæ Dei ecclesiis ex longa cõsuetudine pertinent, etiam siue à Diuę recordationis Imperatoribus, siue ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam à potestate Præsulum eorum,

quæ

A quæcunque perſona ſecularis per poteſtatẽ ſubtrahat, aut per argumenta, quælibet auferat: ſed ſint omnia in poteſtate ac iuſſu Præſulis eccleſiæ, quæcũque intra xxx. annorũ ſpatia ab eccleſiis poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Quiſquis ergo clericorum vel ſecularium cõtra præſentẽ definitionem egerit, tanquàm ſacrilegus iudicetur, & donec ſe correxerit, & eccleſiæ propria priuilegia ſeu res reſtituerit, anathema ſit. Idem Epiſcopis Dardaniæ inter cætera inquit:

B *Repeti non poſſunt, quæ xxx. annis quietè poſſidentur.*

POſt quingentos annos cõſtituta Chriſti quoſdam audio velle ſubuertere, cũ xxx. annorum lex hominum nõ poſsit abrumpi. Item ſi de rebus eccleſiæ controuerſia mota eſt, & definitio ſubſecuta: etſi iniuſta ſit, tamen quia non ſua, ſed definientis autoritate poſsidere cœpit, tricennalis præſcriptio petitori ſilentium imponit: ita *4. pars.*

C tamen, vt ſupputatio præſcriptionis non à tempore definitionis, ſed à deceſſu definientis, exordium ſumat. Vnde in Toletano concilio ſtatutum eſt: *Cap. 8. cõc. Toleta. 9.*

Vita irritè diſponentis, non poterit pertinere ad tricennium temporis.

SI Sacerdotes vel miniſtri, dum gubernacula eccleſiarum adminiſtrare vi-

dentur, cõtra patrum sanctissimas sanctio A
nes de rebus ecclesiæ definisse aliqua dino-
scuntur: non ex die, quo talia scribendo de-
creuerunt, sed ex quo talia moriendo defi-
nita reliquerũt, supputationis ordo substa-
bit. Nusquam etenim poterit ad tricenniũ
temporis pertinere vita irritè iudicantis:
quia status contractuum non sumpsit ini-
5. pars. tium ab origine æquitatis. Item ea, quæ
in beneficiis possidentur, siue quæ metu ho
stilitatis interueniente diutius possessa fue
Cap. 59. rint, prescribi non possunt. Vnde in Aga B
thensi concilio definitum est.

Quæ in beneficijs possidẽtur, præscribi nõ possunt.

CLerici quilibet, quantacunque diutur
nitate temporis de ecclesiæ remune-
ratione aliqua possederint, in ius propriũ
præscriptione temporis non reuocentur:
dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse: ne
videantur etiam Episcopi tempore admi-
nistrationis prolixè aut precarias cùm or-
dinati sint facere non debuisse, aut diu re-
tentas facultates in ius suæ proprietatis C
Cap. 25. posse transcribere. Item ex concilio Au-
relianensi:

Quæ humanitatis intuitu aliquibus præstantur, præscribi non possunt.

SI Episcopus humanitatis intuitu man-
cipiola, vineolas, vel terrulas clericis

aut

A aut monachis, vel quibuſlibet præſtiterit excolendas, vel tempore tenendas: etiamſi longa tranſiſſe annorum ſpatia comprobẽ tur, nullum eccleſia præiudicium patiatur, nec ſecularis legis præſcriptio, quæ eccleſiam aliquam impediat opponatur. Item ex conci. Hiſpalenſi, cui interfuit Iſidorus: *Cap. 1. cõc. Spalen. 2.*

Temporis præſcriptio non obiicitur, vbi hoſtilitatis metus interuenerit.

PRima actione Theodulphi Malechitanę eccleſię Antiſtitis ad nos oblata pre
B catio eſt aſſerentis antiquam eiuſdem vrbis parœciam militaris quondam hoſtilitatis diſcrimine fuiſſe deciſam: & ex parte aliqua ab eccleſiis Aſtigitanę, Elibertanæ, atque Egabiẽſis vrbium eſſe retentã. Pro qua re placuit, vt omnis parœcia, quã antiqua ditione ante militarem hoſtilitatem retinuiſſe eccleſiam ſuam quiſque comprobaret, eius priuilegio reſtitueretur. Sicut enim per legem mundialem his quos Bar-
C barica ſeueritas captiua neceſsitate tranſue xit, poſtliminio reuertentibus redditur antiqua poſſeſsio: non aliter & eccleſia receptura eſt parœciam, quam antè tenuit cum rebus ſuis, ſiue ab aliis eccleſiis poſsideatur, ſiue in cuiuſlibet poſſeſsionẽ transfuſa fuerit. Nõ enim erit obiiciẽda præſcriptio tẽporis, vbi neceſsitas intererit hoſtilitatis.

Item Ioan. Papa Paulino Episcopo fungenti legatione in Germania & Pannonia. A

Temporis non currit præscriptio, vbi furor hostilitatis incumbit.

PORRÒ si de annorũ numero fortè quis causatur, sciat, quia inter Christianos, & eos, qui vnius fidei sunt, numerus certus affixus est. Cæterùm vbi Paganorum & incredulorum furor in causa est, quantalibet prætereant tempora, iuri non præiudicant ecclesiarum, quæ corporalia nescientes arma, solum Deum & propugnatorem B suum, quando ei placuerit, misereri patienter expectant. Verùm si annorum prolixitas in talibus impediat, Deus ipse reprehẽdendus est, qui post quadringentos & xxx. annos filios Israël de durissima seruitute Pharaonis, & fornace ferrea liberauit; sed ipse per se redemptor noster humanum genus post annorũ milia de inferni claustris
7. pars. eripuit. Tolluntur etiam præscriptione illæ diœceses, quas, propriis Episcopis ne- C gligentibus, alij ab hæresi ad fidei integri-
Cap. 24. cõcilij Milevitani. tatem reuocauerunt. Vnde in nono Africano concilio legitur:

Si qui Episcopi diœceses suas lucrari Deo negligunt, post triennium eis constabunt Episcopis, quorum studio fidei sunt reconciliatæ.

Plac

A PLacuit, vt quicunque Epiſcopi negligunt loca ad ſuam cathedram pertinẽtia in Catholica vnitate lucrari, conuenian tur à diligentibus vicinis Epiſcopis, vt id agere non morentur. Quod ſi intra ſex mẽ ſes à die conuentionis non effecerint, qui potuerit eas lucrari, ad ipſum pertineant: ita ſanè, vt ſi ille ad quem pertinuiſſe videbantur, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hæreticis, vt im-
B punè ibi ſint, & ſuam diligentiam fuiſſe præuentã, vt eo modo eius cura ſolicitior vitaretur, cùm hoc iudices Epiſcopi cognouerint, ſuæ cathedræ loca reſtituantur. Poteſt etiam aliter intelligi præſcri ptio illa longi temporis, qua Gelaſius negat ſtatum parœciarum poſſe mutari. Lon gum enim tẽpus (ſicut ex legibus habetur) decennium & vicennium intelligitur. Huius ergo longi temporis præſcriptio auto ritate Gelaſij, & ſecularium legum eccle-
C ſiis obiici non poteſt. Præſcriptionum *s. pars.* aliæ ſunt introductę odio petentis, & fauo re poſsidentis: aliæ tantùm odio petentis. Qui enim bona fide, & iuſto titulo rem præſentis per decẽnium, abſentis verò per vicennium tenuerit, perpetua exceptione tutus erit, non ſolùm aduerſus alios, ſed etiam aduerſus creditores, quibus res

ipsa obligata fuerat: etiam aduersus verum dominum. Si verò aliquo casu à possessione ceciderit, etiam aduersus verum dominum vtiliter rem vendicare poterit. Si autem nullo titulo, bona tamen fide per tricẽnium rem alicuius possederit, simili gaudebit præsidio. Bona verò fides non ad tractum medij temporis, sed ad initium possessionis refertur. Sufficit enim in initio cuiq; bona fide possidere cœpisse, etiamsi medio tempore scientiam rei alienę habuerit. A

Hæ præscriptiones introductæ sunt fauore possidentis, & odio petentis: quia lex fauet his, qui bona fide & iusto titulo, vel bona fide tantùm possident: odit autẽ & punit circa rem suam negligentes & desides. Quòd si mala fide rem alienam quis possidere cœpit, post triginta annos aduersus omnem petẽtem exceptione tutus erit. B

Si verò aliquo casu à possessione ceciderit, actionem non habet: quia hæc præscriptio non fauore malæ fidei possessoris, sed odio tantùm rem suam prosequi negligentis, introducta est. C

Si autem res ad creditorem suum, vel ad dominum peruenerit, detentionis commodum habebit. Si verò ad alium, creditor, vel alius dominus aduersus eum experiri poterit: nec sibi proderit exceptio medij temporis possessoris:

quia

A quia non ab eo habuit causam possidendi. Quòd si violenter possessio ad eos peruenerit, malæ fidei possessor indistinctæ possessionis commodum recipiet. Hæc de præscriptionibus decennij vel vicennij, vel tricennij intelligenda sunt, si sine interruptione possessa probentur. Quòd si per naturalem detentionem possessio interrupta fuerit, à die recuperatæ possessionis noui triginta anni in omnibus præscriptionibus numerabuntur. Si per litis conte
B stationem, ab vltimo die litigij, xl. anni cõputabuntur. Quòd si ab eo, qui in causa prę scribendi erat, possessionem aliquis nanciscatur, tempus præcedens cum suæ possessionis tempore continuare poterit. Is autem, cuius res præscribitur, si litem contestari non poterit, vel propter aduersarij absentiam, vel infantiam, vel furoris labo rem, cùm neminem tutorem vel curatorẽ habeat, vel quia in magna potestate consti
C tutus est: intra constituta tempora Præsidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in querimoniam deducat, & sic temporis interruptionem faciat. Si autem Præsidem adire non poterit, saltem ad Episcopum lo corum, vel defensorem ciuitatis eat, & suã manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Quòd si Præses, vel Episcopus, vel

defensor abfuerit, liceat ei publicè propo- A
nere, vbi domicilium habet possessor: sed cum tabellariorum subscriptione: vel si ciuitas tabellarios non habet, cum trium testiũ subscriptione. Et hoc sufficiat ad omnẽ temporalem interruptionem, siue triennij, siue longi temporis, siue triginta, vel quadraginta annorũ præscriptio sit. Hęc de præscriptionibus inter priuatos. Cæterùm aduersus loca religiosa non nisi quadraginta annorum præscriptio currit. Vnde in Authenticis: Quas actiones tricennalis præscriptio præcludit, si loco religioso competant, quadraginta annis clauduntur. Et in Nouellis: Neque decennij vel vicennij, &c. In Canonibus verò ecclesiæ aduersus ecclesiam triginta annis, monasteriũ aduersus ecclesiam non nisi quadraginta annis præscribere permittitur. Quòd si priuatus primitias & decimas siue sine titulo, siue cum titulo possederit, nulla temporis pręscriptione tutus esse poterit. Quę C
enim ab initio de iure sortiri effectum non possunt, tractu temporis non conualescunt. Vnde si liber homo longo tempore pro seruo detineatur, etiamsi quadraginta annorum curricula excesserint, sola temporis longinquitate libertatis iura minimè mutilabũtur. Ad hæc ecclesia, respubli

A publica, primitiæ, decimationes ciuilium functionum instar obtinent. Porrò publicæ functiones præscribi non possunt.

Vnde in vij. lib. Codicis, titu. de triginta vel quadraginta annorum prçscriptione Imperator Anastasius: *Tit. 39. li. 7. Cod. l. 6.*

IVbemus eos, qui rem alienam per continuum annorum quadraginta curriculũ sine aliqua interpellatione legitima possederunt, de possessione quidẽ rei vel dominio nequaquam remoueri: functiones au-
B tem, seu ciuilem Canonem, vel aliquam aliam publicam collationem impositam eis dependere compelli: nec huic parti cuiuscunque temporis præscriptionẽ oppositam admitti. Sic etiam prædia siue sint priuati, siue ecclesiæ, possunt præscribi. Prouentus primitiarum & decimationum præscriptione tolli non possunt, etiamsi à Romano Pontifice quilibet laicus super his rescriptum impetrauerit. Rescripta
C enim, quæ contra ius scriptum impetrata fuerint, nisi talia sint, quæ illis, quibus data fuerint, prosint, & nulli obsint, nullius momenti esse censentur. Item: Decimæ Deo mãdante Sacerdotibus & Leuitis separatæ sunt, vt de sorte Domini viuãt, qui in eius sorte cõnumerantur. Non ergo cuiusquam priuilegio laicis cõcedi possunt,

ne di

ne diuinis mandatis autoritas humana prę A
iudicium inferat. Vnde Imperatores Valentinianus & Theodosius: Vniuersas terras, quæ à colonis seu emphyteuticariis dominici iuris, reipublicæ, vel templorum, in qualibet prouincia venditæ, vel vllo alio pacto alienatæ sunt: ab his qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis præscriptione officiente, iubemus restitui, ita vt nec pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere li-
9. pars. ceat. De præscriptionibus verò longi tem B
poris in Authẽticis inuenitur, colla. viij. cõstitu. vj. Quas actiones alias tricennalis, decennalis, vicennalis præscriptio secludit, si loco religioso competunt, xl. annis clauduntur: vsucapione & quadriennij prę
10. pars. scriptione suum locum habentibus: Sed sola præscriptio triginta annorum, & deinceps, à qua tamen præscriptione priuilegia Romanæ ecclesiæ sunt excluſa, quę nõ nisi centum annorum spatio pręscribi pos- C
sunt. Vnde Ioã. viij. scribit Ludou. Regi:

Priuilegia Romanæ ecclesiæ non nisi centum annorum præscriptione tolluntur.

NEmo de annorum numero resultandi sumat fomẽtum quia sanctæ Romanę (cui cui Deo autore seruimus) ecclesiæ priuilegia, quæ in firma Petri stabilitatis

petra

A petra ſuſcepit, nullis temporibus anguſtantur, nullis regnorum partitionibus præiudicantur: ſed venerandæ Romanæ leges diuinitus per ora Principũ promulgatæ, rerum eius præſcriptionem non niſi per centum annos admittunt.

QVAESTIO V.

Si eccleſia aduerſus eccleſiam præſcribat, an etiã monaſterium aduerſus eccleſiam prę-

B ## ſcribere poſsit.

OSTENSVM eſt, quando eccleſia aduerſus eccleſiam preſcribere poſsit. Nunc videndũ eſt, ſi monaſterium aduerſus eccleſiam præſcribere valeat: quod Vrbanus ſecundus prohibuit, dicens:

Tricennio temporis aliquid præſcribere Abbates vel monachi non valent.

C POſſeſsiones eccleſiarum & Epiſcoporũ tricennales Abbates vel monachos habere omnibus modis prohibemus: ſed ſi eis tollitur tricennalis poſſeſsio, à Beato Greg. conceditur eis quadragenalis præſcriptio. Ait enim Petro Subdiacono: *Grego. epi. 9. lib. 1.*

Quadraginta annorum præſcriptio religioſis domibus conceditur.

Volu

VOlumus accedente te ad Panormitanam ciuitatem, quæſtionẽ ipſam tali ratione diſcutere, dominio rei apud poſſeſſorem ſicut hactenus poſſeſſum eſt, videlicet permanente, vt ſi monaſterium præfatum ſancti Theodori, fines, de quibus certatio mota eſt, inconcuſſos quadraginta annis poſſediſſe repereris, nullam deinceps (etiã ſi quid Romanæ eccleſiæ competere potuit) patiaris ſuſtinere calumniã: ſed quietem eorum inconcuſſam omnibus modis procurare. Sin verò actores eccleſię non eos poſſediſſe quadraginta annis inconcuſſo iure monſtrauerint, ſed aliquam intra tempora hęc motam aliquando fuiſſe quæſtionem eorundem finium, electis arbitris tranquillè & legaliter ſopiatur.

Item ex Nouellis Iuſtiniani:

De eodem.

NEque decennij, neque vicennij, vel triginta annorum præſcriptio, ſed ſola xl. ann. curricula religioſis domibus opponantur, non ſolùm in cæteris rebus, ſed etiam in legatis & hęreditatibus. Sicut ergo religioſis domibus ex lege nõ niſi quadragenaria eſt obiicienda præſcriptio: ita & autoritate Gregorij aduerſus alias eccleſias præſcribere poſſunt eodem ſpatio temporis.

QVAES

A QVAESTIO VI.

Si Archipresbyter vel Epiſcopus ſua autoritate, non iudiciaria ſententia, capellam irrepſerit, an cadat à cauſa, vt eccleſia, cui præſidet, non vltrà habeat ius repoſcendi, quod ſuus paſtor illicitè vſurpauit.

B QVOD autẽ ea quæ eccleſiæ debentur, rectores eiuſdem ſua autoritate iudicibus prętermiſſis repetere non valeant, beatus Gregorius teſtatur, dicens: *Grego. epi. 44. li. 4. ſeu cap. 88.*

Iudicio non manibus res eccleſiæ defendantur.

CONſuetudo noua in hac eccleſia & valdè reprehenſibilis erupit, vt cùm rectores eius patrimonij vrbana vel ruſticana prædia iuri illius cõpetere poſſe ſuſpicantur, fiſcali more titulos imprimant, C atque quod competere pauperibus exiſtimant, nõ iudicio, ſed manibus defendant. Et quia cùm prædicatores ſuos Veritas nihil per contentionem agere præcipiat, etiam ipſum litigioſæ contentionis malũ tranſcenditur: & res quælibet cùm eſtimatur eccleſiæ poſſe competere, per vim tenetur. Proinde præſenti decreto cõſtituo, vt ſi

vt si quis ecclesiasticorum vnquam titu- A
los ponere siue in rusticano, siue vrbano
prædio, sua sponte præsumpserit, anathe-
ma sit. Et respondérunt omnes, Anathema
sit. Is autem, qui ecclesiæ præest, si hoc vel
ipse fieri præceperit, vel sine sua præce-
ptione factum digna punire animaduersio
ne neglexerit, Anathema sit. Respõderunt
2. pars. omnes, Anathema sit. Quòd autem quis
quis sua autoritate, quod sibi deberi putat,
vsurpat, nec per iudicem reposcit, cadat à
causa, ex autoritate Mileuitani concilij ha B
Cap. 31. betur, in quo ita statutum legitur:

Causæ suæ detrimentum patiatur Episcopus, qui ecclesias suas ab alio detentas propria autoritate quærit adire.

PLacuit, vt quicunque Episcopi eccle-
sias vel plebes quas ad suam cathedrã
existimant pertinere, nõ ita repetierint, vt
causas suas Episcopis iudicantibus agant,
sed alio retinẽte irruerint, siue volentibus,
siue nolentibus plebibus, causæ suæ detri- C
mentum patiantur: & quicunque hoc iam
fecerint, si nondum inter Episcopos est fi-
nita contentio, sed adhuc inde contendũt:
ille inde discedat, quem constat prętermis
sis iudicibus ecclesiasticis irruisse. Nec sibi
quisquam blandiatur, si à Primate, vt reti
neat, literas impetrauerit: sed siue habeat
literas

A literas, ſiue non habeat, conueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacificè tenuiſſe eccleſiam ad ſe pertinentem. Si autem ille aliquam quæſtionẽ retulerit, per Epiſcopos iudices cauſa finiatur, ſiue quos eis Primas dederit, ſiue per eos quos ipſi vicini cum conſultu Primatis delegerint. Econtra Greg. Ioã. Defen ſori eunti in Hiſpaniam ſcribit, dicens: *3. part.*

Delictum perſonæ in damnum eccleſiæ conuerti non debet.

B SI Epiſcopum (quod abſit) talem culpã commiſiſſe conſtiterit, vt conſtet eum non irrationabiliter eſſe depoſitum: eadẽ eius depoſitio confirmetur, & omnes res ſuæ eccleſiæ quæ ablatæ fuerunt, reſtituãtur: quia delictũ perſonæ in dãnũ eccleſiæ non eſt cõuertendũ. Si autem dicitur, quia Comitiolus defunctus eſt, ab hærede eius, quæ iniuſtè ab illo ablata ſunt, ſine excuſatione reddantur. Idẽ Petro Subdiacono: *Grego. epi. 42. lib. 1.*

C *In perſonam delinquentis, non in facultates eius vltio procedat.*

COgnouimus, quòd ſi quis ex familia culpam fecerit eccleſiæ, nõ in ipſum, ſed in eius ſubſtantiam vindicetur. De qua re præcipimus, vt quiſquis culpam fecerit, in ipſum quidem (vt dignum eſt) vindicetur: à communione autem eius omni-

Greg. in eadem epi. no abstineatur. Item: A

Res eorum, qui ex clero labuntur, simul cum ipsis monasterio tradantur.

DE lapsis Sacerdotibus, vel quolibet ex clero obseruare te volumus, vt in rebus eorũ nulla cõtaminatione miscearis: sed pauperrima regularia monasteria require, quæ secundùm Deum viuere sciũt: & in eisdem monasteriis ad pœnitentiã lapsos trade: & res lapsorũ in eo loco proficiant, in quo agere pœnitentiã traduntur: quatenus ipsi ex rebus eorũ subsidium habeant, qui de correctione eorum solicitudinem gerunt. Si verò parentes habent, res eorũ legitimis parentibus dentur: ita autẽ, vt eorũ stipendia, qui in pœnitentiã dati fuerint, eos sufficienter debeant procurare. Si qui verò ex familia ecclesiastica Sacerdotes vel Leuitę vel monachi vel clerici, vel quilibet alij, lapsi fuerint, dari eos in pœnitentiã volumus, sed res eorũ ecclesiastico iuri nõ subtrahi: ad vsum tamẽ suum accipiãt, vnde ad pœnitentiam subsistant: ne si nudẽtur, locis, in quibus dati fuerint, sint oneroſi. Item Leo iiij. Carolo Regi: B C

Inutilis Sacerdos ecclesiam suam dignitate non priuat.

SI fortasis (quod non credimus) apud vos inutiles iudicamur: ecclesia tamen, cui

A cui permittente Domino præſumus, non inutilis, ſed caput principiumque omniũ meritò ſimul ab omnibus vocatur. Item in Maguntinenſi concilio:

Poſſeſſiones monaſterij pro peccato Abbatis Epiſcopo tollere non licet.

EPiſcopo non liceat poſſeſsionem monaſterij tollere, quãuis Abbas peccauerit: ſed ſubiiciat eum poteſtati Abbatis alterius monaſterii. Item Gelaſius:

Quæ Sacerdotes dederunt, ſubſequentes Pon
B *tifices nullatenus auferre præſumant.*

ILlud ſtatuendum cenſuimus, vt quaſcũque munificentias clericis, aut ſibi ſeruientibus, de re eccleſiæ in vſum, aut de propriis in proprietatẽ pręcedentes dederint Sacerdotes, vt ſubſequẽtes Pontifices nullatenus auferre præſumant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate perſonarum, vel regula pręcedentium Canonũ, in perſona habeatur, non tamen in facultate, diſtrictum. Si ergo delictum perſonę in
C damnum eccleſiæ non poteſt conuerti, quia procurator conditionem eccleſię poteſt facere meliorem, non deteriorem: ſi peccato Abbatis poſſeſsiones monaſterij auferri non licet: quomodo delictum Epiſcopi vertetur in damnum eccleſiæ, vt inde detrimentum cauſæ ſuæ patiatur? Sed

detrimentum causæ pati, non sic est accipiendum, vt ecclesia suo iure priuetur: sed potius, quia clericis coram suo iudice stãtibus Episcopus tacebit, & pro iuiuria illata mulctabitur, si propria habuerit. A

QVAESTIO VII.

Si laici capellam teneant & in manibus Abbatis eam refutauerint & ordinandam tradiderint, an consensu Episcopi & clericorum Abbas possit eã tenere. B

QVOD autem ecclesias de manu laicorũ nec Abbati, nec alicui acipere liceat, omniũ Canonũ testatur autoritas. Generaliter enim tã ecclesiæ, quam res ecclesiarum, in potestate Episcopi consistunt. Laici autem nec sua, nec Episcoporum autoritate decimas vel ecclesias possidere possunt. C Vnde Episcopi siue beneficio, siue pretio ecclesias vel decimas laicis dederint, domũ orationis, domũ negotiationis & spelunca latronum faciũt. Vnde post euersionem cathedræ à cœtu fidelium segregati, æterno verbere à domino flagellabuntur

A tur. Vnde Gregorius ſeptimus ait:

Iuo Carn. li. 8. in fine id refert.

Decimæ à laicis non poſſideantur.

DEcimas, quas in vſum pietatis cõceſſas eſſe Canonica autoritas demonſtrat: à laicis poſsideri, Apoſtolica autoritate prohibemus. Siue enim ab Epiſcopis, vel Regibus, vel quibuſlibet perſonis eas acceperint, niſi eccleſiæ reddiderint, ſciãt ſe ſacrilegij crimen cõmittere, & æternæ damnationis periculũ incurrere. Oportet autẽ cõgruẽtius nos decimas & primitias,

B quas iure Sacerdotum eſſe ſancimus, ab omni populo accipere, quas fideles Domino præcipiẽte offerunt, iuxta illud vaticiniũ Malachiæ Prophetę, Inferte omnẽ decimationẽ in horreum meũ, vt ſit cibus in domo mea. Has verò decimas ſub manu Epiſcopi fore cenſemus, vt ille, qui cęteris præeſt, omnibus iuſtè diſtribuat: nec cuiquã perſonæ honorabilius exhibeat, vnde alij ſcrupuloſo corde moueantur: ſed ſint

Mala. 3. a

C omnia cõmunia: quia inhoneſtũ videtur, vt alij Sacerdotes habeãt, alij verò detrimẽtũ patiãtur: ſed ſicut vna eſt fides catholica, ita neceſſe eſt, vt ille qui prouiſor eſt loci, quãuis multę ſint eccleſię, omnibus tamẽ fideliter diſtribuat. Vnde Vrbanus ij.

De eodem. Palea.

COngregato apud Claremoten. vrbem

multorũ Coëpiscoporũ synodali cõuentu, A
proposita nobis est à q̃busdã eorũ quæstio
de ecclesiis vel de ecclesiasticis possessioni
bus à clericis vel monachis vsque impræ-
sentiarum incõsultis Episcopis acquisitis.
Nos autem vsi saniori consilio eorundem
Episcoporũ, condescendentes pro tẽpore,
prouidẽtesque ecclesiasticæ paci, vel quia
aliter absq; ineuitabilis scandali periculo
huiusmodi quæstio nõ poterat procedere:
Apostolica autoritate decreuimus, vt ea
quę à clericis vel monachis à quibuscũque B
personis, prout potuerint, vsque hodie fue
rint acquisita, rata perenniter & inconcus-
sa permaneant: hoc tamen tenore, ne in po
sterum inconsultis Episcopis talia præsu-
mant. Item Grego. *Palea.*

PEruenit ad nos fama siniſtra, q̃ quidã
Episcoporum non Sacerdotibus pro-
priæ diœcesis decimas atque Christiano-
rũ oblationes conferunt, sed potius laica-
libus personis, militũ videlicet, siue serui- C
torũ, vel (quod grauius est) etiã consangui-
neis. Vnde si quis amodo Episcopus inuen
tus fuerit huius præcepti diuini transgres-
sor, inter maximos hæreticos, & Antichri
stos nõ minimus habeatur: & sicut Nicena
synodus de simoniacis cẽsuit, & q̃ recipiũt
ab eo laici, & qui dat Episcopus, siue pre-

tio,

A tio, siue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur. Item Ambro. in sermone quadragesimæ:

Fideliter decimas dat, qui omnium suorum decimas soluit.

QVicunque recognouerit in se, quòd fideliter nõ dederit decimas suas, modò emendet, quod minus fecit. Quid est fideliter dare? nisi vt nec peius, nec minus aliquãdo offerat de grano, aut de vino, aut de fructibus arborũ, aut de pecoribus, aut
B de horto, aut de negotio, aut de ipsa venatione sua. Item ex concil. Rothomagẽsi: *Iuo refert lib. 2. de decimis.*

Excommunicentur, qui decimas Sacerdotibus dare nolunt. *Palea.*

OMnes decimę terrę, siue de frugibus, siue de pomis arborũ, Domini sunt, & illi sanctificantur. Boues & oues, & capræ, quæ sub virga pastoris trãseunt, quic quid decimum euenerit, sanctificabitur Domino: non eligatur neque bonum ne-
C que malum: nec in alterum commutabitur. Si quis mutauerit: & quod mutat, & quod mutatum fuerit, Domino sanctificabitur, & non rèdimetur. Sed quia modò multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuimus vt secundùm Domini præceptum admoneantur semel & secundò & tertiò. Qui si non emendauerint,

anathematis vinculo feriantur vsque ad sa A
tisfactionem & emendationem cõgruam.

Iuo ibidẽ refert. Item ex concilio Maguntinensi:

Veterum exemplo decimæ soluantur.

DEcimas Deo & Sacerdotibus Dei dã
das, Abraham factis, & Iacob pro-
missis insinuat, & omnes sancti Doctores
commemorant. Non autem decimæ sunt
redimẽdæ à populo, si aliter dare eas nolue
Iuo vbisu prà refert. rint. Vnde in eodem conci. legitur.

Decimæ non sunt à populo redimendæ.

DEcimas, quas populus dare non vult, B
nisi quolibet munere ab eo redimantur, ab Episcopis prohibendum est ne fiat.

Augu. Homil. 48. lib. 50. Ho. Item Augustinus:

Quia decimæ Deo non redduntur, indictio fisci accessit.

MAiores nostri ideo copiis omnibus
abundabant, quia decimas Deo dabant, & Cæsari censum reddebant. Modò
autem, quia discessit deuotio Dei, accessit
indictio fisci. Nolumus partiri cum Deo C
decimas: modò autem tollitur totum. Hoc
tollit fiscus, quod non accipit Christus.

Homili. 15. ad cap. 21. Matthæi. Item Origenes:

Columbas vendit qui ecclesiam indisciplinatis committit.

ET hoc diximus secundũ simplicẽ intel
lectũ. Iuxta moralem autem talia dice
mus:

A mus:& primò quidẽ de templo,de quo per Prophetã dixit Deus, Domus mea,domus orationis vocabitur.Ergo secundũ corporalẽ circũcisionẽ carnis,& secundũ corporalis legis festiuitates , & sacrificia & alia corporalia cõsequẽtur: & templũ Dei æstimabitur,quod in lapidibus insensatis erat constructum,primùm quidẽ à Salomone, deinde reparatũ ab Esdra,postea verò post Christi aduentũ à Romanis destructũ , & illa domus est domus orationis,qua destru B cta necesse est,vt Iudæi quasi iã nõ habentes domũ orationis, iam nõ habeãt priuilegiũ speculationis Dei,nec possint secundũ legem Deo seruire. Hoc ergo facto,omnia Christus eiecit in * ministerio spiritualiũ actuũ suorũ,& tunc quod fecit, visibiliter egit,eiiciẽs vendẽtes & emẽtes de templo, & mensas numulariorum euertens. cathedras vendentiũ colũbas dissipauit,ad correctionẽ populi,vt nõ pro mũdanis festiui C tates in nomine Dei celebrent,nec emptionibus & vẽditionibus vacẽt in loco nõ cõpetẽti , in quo nõ debent emere & vẽdere, sed orationibus tantùm vacare, atq; cõgregari,quasi in domo orationis .Nũc autem arbitror templum Dei ex lapidibus viuis constructũ,esse ecclesiã Christi. Sunt autẽ multi in ea,non sicut cõdecet spiritualiter

Esa.56.e *Mat.21.b*

2. Par.3.a *Esdræ 1.a* *4. Re.25.a*

* *mysterio.*

Mat.21.b

viuentes, sed secundùm carnem militantes, qui & domum orationis de lapidibus viuis constructam faciunt esse spelunca latronum actibus suis, non ecclesia Dei digni, sed spelunca latronum. Qui enim considerat, in multis ecclesiis talium Christianorum peccata inueniet, arbitrantes quæstum esse pietatẽ: & cùm deberent de Euangelio viuere, secundùm quòd viuere decet seruos Dei, hoc non faciunt, sed diuitias & multas possessiones acquirunt. Nónne dices spelunca latronum factã esse sub illis ecclesiam? vt rectè dicat Christus ad eos propter dissipationem ecclesiæ suæ: Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Item ipse per Osee tali modo: Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit stipulam in messe, & sicut qui racemũ in vindemia, cùm non sunt botri ad manducandũ & primogenita. Væ animæ meę, quia periit timoratus à terra: & qui corrigat, in hominibus omnibus nõ est. Et cùm intellexeris Iesum dicentem talia, & lugentem peccata nostra, aspice simul & illud, quod in Euangelio scribitur: Cùm vidisset Hierusalem, stetit, & fleuit super eam, & dixit: quia si cognouisses, & tu. Et si rationabiliter fleuit super Hierusalem, rationabilius fleuit super ecclesiam, ædificatam quidem

A

B

C

Psal. 29.

Mich. 7. a

Luc. 19. f

A quidem vt esset domus orationis, factam autem propter turpia lucra speluncam latronum. Et arbitror cõuenire verbum Dei de venditoribus columbarum, eis, qui tradunt ecclesias auaris & tyrannis, & indisciplinatis, & irreligiosis Episcopis aut Presbyteris. Propter quæ & cathedras tantum modo appellauit Euãgelista euersas esse ab Iesu. Et vtinam audirent hæc * eum dicentem admonitione scripturæ, qui gloriantur de cathedris Moysi, in quibus sedent, B & vendunt cathedras columbarum, & tradunt eas talibus Præpositis, ad quos rectè dicitur à Domino per Hieremiã Prophetam: Principes populi mei non me cognouerunt. Filij enim sunt insipientes, & non intelligentes. Sapientes sunt, vt faciant mala: bene autem facere nesciunt. Cùm ergo ecclesiæ, & oblationes earum, non consistant nisi in potestate Episcoporum, patet profectò quòd non sunt ab alio recipiendæ, quàm de manu eorum. Vnde in Au- C relianen. concilio statutum est:

Mat. 23. a

* *al. cũ dicẽtis admonitione scripturæ.*

Hier. 4. a

Cap. 19.

Omnes basilicæ ad eum pertinent Episcopum, in cuius territorio positæ sunt.

OMnes basilicæ, quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel quotidie cõstruũtur, in Episcopi potestate cõsistũt, in cuius territorio positę sunt. Itẽ Callistus Papa:

Archi

Archidiaconus, Archipresbyter, Præpositus, vel Decanus, nec officia, nec beneficia ecclesiastica sine consensu Episcopi tribuat. A

NVllus omnino Archidiaconus, aut Archipresbyter, siue Præpositus, vel Decanus, animarum curam vel prębendas ecclesiæ sine iudicio vel cõsensu Episcopi alicui tribuat: imò sicut à sanctis Canonibus constitutum est, animarum cura, & pecuniarum ecclesiasticarum dispensatio in Episcopi iudicio & potestate permaneant. Si quis verò contra hoc facere, aut potesta B tem, quæ ad Episcopum pertinet, sibi vendicare præsumpserit, ab ecclesiæ liminibus arceatur. Item Gregorius septimus in generali synodo residens, dixit:

De manu laici Episcopatus vel Abbatia suscipi non debet.

SI quis deinceps Episcopatum vel Abbatiam de manu alicuius laicæ personę susceperit, nullatenus inter Episcopos vel Abbates habeatur: nec vlla ei, vt Episcopo C seu Abbati, audientia concedatur. Insuper ei gratiam Beati Petri, & introitum ecclesiæ interdicimus, quousque locum, quem sub crimine tam inobedientiæ, quàm ambitionis (ex qua scelus idololatriæ cœpit) resipiscendo non deseruerit. Similiter etiã de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus consti

A conſtituimus. Item ſi quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitũ, vel quilibet ſecularium poteſtatũ aut perſonarum, inueſtiturã Epiſcopatus, vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſum pſerit, eiuſdem ſententiæ vinculo ſe obſtrictum eſſe ſciat. Idem:

Excõmunicationi ſubiaceat, nec inueſtituræ ſumat fructũ, qui de manu laici eccleſiã ſuſceperit.

QVoniam inueſtituras contra ſanctorum patrum autoritatem à laicis in
B multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in eccleſia (imò ruinam ſanctæ religionis) oriri, ex quibus Chriſtianæ cenſuræ religio conturbatur: decernimus vt nullus clericorum inueſtituras Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel eccleſiæ de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius laicæ perſonę, viri, vel fœminæ, ſuſcipiat. Quod ſi præſumpſerit, recognoſcat inueſtituram illam Apoſtolica autoritate
C irritam eſſe, & ſe vſque ad dignam ſatisfactionem excommunicationi ſubiacere.

Item ex Canone Apoſtolorum: *Cap. 31.*

De eodem.

SI quis Epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus, eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregetur, omnesq; qui illi cõmunicant. Itẽ ex Chronicis Anaſtaſij:

De

De eodem.

A

SAnè Thessalonicenses Episcopi ob metum Imperatoris Anastasij Timotheo Constantinopolitano Episcopo consenserunt, quem concilium Chalcedonense anathematizauerat, quadraginta verò Episcopi Illyrici & Græciæ cõuenientes in vnũ, per confessionẽ in scriptis factã, & à proprio Metropolitano discesserũt, & Romã mittẽtes, Romano Episcopo cõmunicare in scriptis professi sunt. Et paulò pòst: Cũ Dioscorus iunior manus impositionẽ acce B pisset à Rege, recesserunt multitudines populorũ, dicẽtes, quia secundùm quod cõtinent Canones sanctorum Apostolorum, non est factus Episcopus, & ideo non recipietur. Principes enim inthronizauerant eum. Item Paschalis Papa:

Excõmunicetur, qui per laicos ecclesias obtinet.

SI quis clericus, Abbas, vel monachus per laicos ecclesias obtinuerit, secundũ sanctorum Apostolorum Canones & An- C tiocheni concilij capitulum excommunicationi subiaceat. Idem:

Qui per laicos ecclesias obtinet, & qui manus imponit, communione priuetur.

COnstitutiones sanctorum Canonum sequentes statuimus, vt quicũque clericus ab hac hora inuestiturã ecclesiæ, vel

ecclе

A ecclesiasticæ dignitatis, de manu laici acceperit, & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat, & communione priuetur. Idem: *De eodem.*

NVllus laicorũ ecclesias, vel ecclesiarũ bona, occupet, vel disponat. Qui verò secus egerit, iuxta Beati Alexandri capitulum ab ecclesię liminibus arceatur. Idẽ: *De eodem.*

SIcut Domini vestimentum scissum nõ est, sed de eo sortiti sunt: ita nec ecclesia
B scindi debet: quia in vnitate tota consistit. In potestatem ergo proprij Episcopi eccle siæ reducantur, & ab ipso (sicut in sacris Canonibus cautum est) ordinentur. Alioquin & ecclesię ipsæ, & clerici earundem, diuinis destituantur officiis. Item Alexander Papa secundus:

Nullus clericus per laicos ecclesiam obtineat.

PEr laicos nullo modo quilibet clericus vel Presbyter obtineat ecclesiam, nec
C gratis, nec pretio: nec vllus habitum monachi suscipiat, spem aut promissionem habens, vt Abbas fiat. Nullus Presbyter duas habeat ecclesias. Item ex concilio Chal- *Cap. 26.*
cedonensi:

Singuli Episcopi suos habeant œconomos.

QVoniam in quibusdam ecclesiis (vt *2. pars.*
rumore comperimus) præter œconomos

nomos Episcopi facultates ecclesiæ tractant, placuit omnem ecclesiam habẽtem Episcopum habere œconomum de clero proprio, qui dispenset res ecclesiasticas secundùm sententiam proprij Episcopi: ita vt ecclesiæ dispensatio præter testimoniũ Episcopi non sit, & ex hoc non dispergantur ecclesiæ facultates, & Sacerdotio male dictionis derogatio procuretur. Quòd si hoc minimè fecerit, diuinis constitutionibus subiacebit. Item ex concilio Hispalensi, cui interfuit Isidorus:

Cap. 9. con. Hispalẽ. 2.

Laici non sunt constituendi œconomi.

IN nona actione didicimus, quosdam ex vestro collegio contra ecclesiasticos mores laicos habere in rebus diuinis constitutos œconomos. Proinde pariter tractantes elegimus, vt vnusquisque vestrum, secundùm Chalcedonensium patrum Decreta, ex proprio clero œconomum sibi constituat. Indecorum enim est, vicarium Episcopi laicum esse, & viros ecclesiasticos iudicare. In vno enim eodemque officio non debet dispar esse professio: quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyse: Nõ arabis in boue simul & asino: id est, homines diuersæ professionis in vno officio simul non sociabis. Vnde oportet nos & diuinis libris & sanctorũ patrum obedire præce

Deut. 22. b

A præceptis, constituentes, vt qui in administrationibus sociantur Pontificibus, nec professione discrepent, nec habitu. Nam cohærere & coniungi non possunt, quibus studia & vota sunt diuersa. Si quis autem Episcopus post hęc ecclesiasticã rẽ, aut per laicalem procurationem administrandam elegerit, aut si testimonio œconomi gubernandam non crediderit: verè vt contemptor Canonum, & fraudator rerum ecclesiasticarum, non solùm à Christo de rebus
B pauperum iudicabitur reus, sed etiam concilio manebit obnoxius. Item in synodo Cap. 1. Symmachi Papæ:

Non habeat laicus aliquid statuendi in ecclesia facultatem.

NOn placuit laicum statuendi in ecclesia habere aliquam potestatem, cui obsequendi manet necessitas, non autoritas imperandi. Item in concilio eodẽ * Gelasius Episco. Syracusanæ ecccleſiæ dixit: *. Eulalius Cap. 1.

C *Ecclesiasticas dignitates laici disponere non possunt.*

LAicis, quamuis religiosis, nulla de ecclesiasticis dignitatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas. Item Callistus Papa:

Laicus sacrilegus habetur, qui dispositionem vel dominationem rerũ ecclesiasticarũ vsurpat.

SI quis principum vel aliorum laicorũ dispositionem seu dominationem rerum siue possessionum ecclesiasticarum sibi vendicauerit, vt sacrilegus iudicetur. A

Item Gelasius Papa Senecioni Episc.

In ecclesia quam quis ædificat, nihil sibi præ cæteris vendicet.

8. 9 ars. PIæ mentis amplectenda deuotio est, qua se Iulius nobis in re Iuliana sui iuris fundasse perhibet ecclesiam, quã in honorem sancti Viti confessoris eius nomine cupit consecrari. Hanc igitur, frater charissime, (si ad tuam diœcesim pertinere non ambigis) ex more conuenit dedicari, collata prius donatione solẽnni, quam ministris ecclesiæ destinasse præfati muneris testatur oblator: sciturus, sine dubio preter processionis aditum, qui omni Christiano debetur, nihil ibidem se proprij iuris habiturum. Idem: *De eodem.* B

FRigentius verò petitoria nobis insinuatione suggessit, in re sua, quòd Sextilianum vocatur basilicam se sanctorum Michaëlis Archangeli, & Martini confessoris pro sua defensione fundasse. Et ideo, frater charissime, si ad tuam pertinet parœciã, benedictionem super memoratæ basilicæ solenni deuotione, & veneratione impende: nihil tamẽ sibi fundator ex hac basilica nouerit C

uerit

A uerit vendicandum, nisi processionis aditum, qui Christianis omnibus in communi debetur. Item Clemens:

Epist. 2. ad Iacobū.

De eodem.

ECclesias per congrua & vtilia facite loca, quas diuinis precibus sacrari oportet, & non à quoquam grauari. Item Leo quartus Carolo Regi:

Laici Presbyteros de ecclesiis non eiiciant.

CONtra sanctorum patrum censuras, videtur existere, si secularis vel laicus
B Presbyteros ab ecclesiis, in quibus tempore ordinationis eorundem nominati vel introducti fuerint, videtur expellere. Si verò fundatores ecclesiarum ad inopiam vergere cœperint, ab eisdem ecclesiis temporalis vitæ suffragia percipiant.

Vnde in Toletano concilio legitur:

Cap. 37. cō. Toletā. 4.

Fundatores ecclesiarum, si inopes cœperint esse, ab eisdem alimenta accipiant.

QVicunque fideliū propria deuotione
C de facultatibus suis ecclesiæ aliquid cōtulerint, si fortè ipsi aut filij eorum redacti fuerint ad inopiā, ab eadem ecclesia suffragium vitæ pro temporis vsu percipiāt. Si ergo ecclesiasticas facultates dispensandi potestatem non habent laici, multò minùs ecclesias ipsas quibuslibet ad regendum committere, vel aliis auferre valent.

Hîc autem distinguẽdum est, quid iuris fundatores ecclesiarum in eis habeant, vel quid non. Habent ius prouidendi, & consulẽdi, & Sacerdotẽ inueniẽdi: sed non habẽt ius vendẽdi, vel donãdi, vel vtendi, tanquã propriis. Vnde in Canonibus inuenitur: A

Hæredes eius, qui ecclesiam construxit, & ipsi pro ea solicitudinem gerere debent.

FIliis, vel nepotibus, ac honestioribus propinquis eius, qui construxit vel ditauit ecclesiam, licitum sit hanc habere solertiã, vt si Sacerdotem aliquid ex collatis rebus defraudare præuiderint, aut honesta conuentione compescant, aut Episcopo vel iudici corrigenda denuntient. Quòd si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc insinuari procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differant. Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi proprij iuris potestatem præferre, non rapinam & fraudem ingerere, non violentiam quancunque præsumere: sed hoc solùm in salutarem solicitudinem adhibere, quòd aut nullam operatio noxam nocens attingat, aut mulctam vel aliquam partem salutaris mercedis adsumat. Si quis verò deinceps hæc monita temerare præsumpserit: & malè rapta cũ cõfusione restituet, B C

& ex

A & excommunicationis annuæ sententiam sustinebit. Item ex cõcilio Toletano iiij. *Cap. 2. cõc. Tolet. 9.*

Fundatores ecclesiarum, ordinandos in eis Episcopo offerant.

DEcernimus, vt quandiu fundatores ecclesiarum in hac vita superstites fuerint, pro eisdem locis curam habeant solicitam: atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi Episcopo offerant ordinãdos. Quòd si spretis eisdẽ fundatoribus rectores ibidem præsumpserit ordinare
B Episcopus, & ordinationem suam irritam nouerit, & ad verecundiam sui alios in eorum loco, quos ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari. Item ex Romana synodo:

A dominio constructoris monasterium non est auferendum.

MOnasterium, vel oratorium, canonicè constructum, à dominio constructoris, eo inuito, non auferatur: liceatque illi
C Presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius diœcesis cum consensu Episcopi, ne malus existat, commendare. Item Gregorius Papa: *Dẽ eodem.*

RAtionis ordo non patitur, vt monasterium contra voluntatem fundatorũ, ab eorum dispositione ad arbitriũ suum quis debeat vendicare. Prouidentia tamẽ

& admonitione Episcopi à fundatoribus ecclesiæ honorari debent. Vnde Grego. A

Episcoporum prouidentia à fundatoribus eccle siæ honorentur.

COnsiderandum est, quatenus si secundùm prouidẽtiam & admonitionem Episcopi, ipsi cohæredes eas voluerint tenere, & honorare faciant. Si autem hoc cõ tradixerint, in Episcopi potestate maneat, vtrũ eas cõsistere permittat, aut reliquias
Cap. 12. inde auferre velit. Itẽ ex cõci. Triburiẽsi:

Reliquiæ auferantur ecclesiarum, si plures hæredes de eis contenderint. B

SI plures hæredes contenderint de communi ecclesia, auferri iubeat Episcopus reliquias sacras, & ecclesiam claudi, donec communi consensu & cõsilio Episcopi statuant ibi Presbyterum, & vnde viuat. Vt ergo ex his autoritatibus colligitur, de manu laicorum ecclesiæ recipiendę non sunt,
Cap. 29. nisi cum consensu Episcoporum. Iuxta illud Maguntinensis concilij: C

Nõ liceat laicis Presbyteros de ecclesia eijcere.

LAici Presbyteros de ecclesia non eiiciant: neque in eis constituant sine con
Ex. lib. 2. c. 1. refert. sensu suorum Episcoporum. Item ex cõcilio Cabilonensi:

Absque Episcoporum consensu laici Presbyteros de ecclesiis non eijciant.

Inuen

A INuentũ est, quòd multi laici arbitrij sui temeritate (& quod est grauius) ducti cupiditate, Presbyteris quibuslibet, absq; cõsensu suorum Episcoporum, ecclesias dant vel auferunt. Vnde oportet, vt canonica regula seruata, nullus absque consensu Episcopi sui cuilibet Presbytero ecclesiã det: quam si iustè adeptus fuerit, hanc non nisi graui culpa coram Episcopo canonica seueritate amittat. Sicut ergo autoritate Hieronymi decimas malè possessas à laiB cis, Episcopo consentiente, licet monachis de manu laicorum recipere, & eas perpetua stabilitate tenere: sic & ecclesias à laicis malè detentas, cum consensu Episcoporũ, licet monachis ad ordinandum accipere, & eis in perpetuum prouidere. Vnde Vrbanus Papa secundus:

Sine voluntate Episcoporum decimas vel ecclesias à laicis monachi non suscipiant.

C DEcimas & ecclesias à laicis monachi non suscipiant, absque consensu Episcoporum & voluntate. Quòd si aliter prę sumptum fuerit, canonicæ vltioni subiaceant. Item ex Decreto Syluestri Papæ:

Nulli liceat in suum ius monasterium conuertere: alij tamẽ ad ordinandũ tradere illud valet.

NEmini Regum, aut cuiquã hominũ, in proprium ius liceat monasterium

tradere vel conuertere, nisi ad aliud mona A
sterium: vel commutare, nisi cum alio mo
nasterio: vel quocunque commercio ven-
dere. Quod si factum fuerit, non valebit:
sed ipsum monasterium in pristinum re-
formetur statum. Item ex eodem:

Episcopi & fratrum consilio monasterium ad meliorandum alij supponere nullus prohibeatur.

3. pars. SI quis vult monasterium suum ad me-
liorandum in alium locum ponere, fiat
cum cõsilio Episcopi & fratrum suorum:
Cap. 23. & dimittat Presbyterum in priori loco B
ad ministeria ecclesiæ. Item ex concilio
Maguntinensi:

Publicæ pœnitentiæ subiiciantur, qui circumueniendo aliquos tondere præsumunt.

6. pars. Infrà, causa 20. q. 3. c. Constituit. COnstituit sanè sacer iste conuentus,
vt Episcopi, siue Abbates, qui non in
fructum animarum, sed in auaritiam &
turpe lucrum inhiantes, quoslibet homi-
nes circumueniendo totonderunt, & res eo
rum tali persuasione surripuerunt, pœnitẽ C
tiæ canonicæ (vtpote turpis lucri sectato-
res) subiaceant. Hi verò, qui illecti comam
deposuerunt, in eo quod cœperunt, perse-
uerare cogãtur: res verò eorum hæredibus
reddantur. Item ex concilio Toletano:

Sine voluntate fratrum aliquem de suis propinquis Abbas sibi substituere non valet.

Cong

A CONgregatio debet sibi eligere Abbatem post Abbatis sui mortem, vel eo viuente, si ipse discesserit, vel peccauerit. Episcopus enim non debet Abbatem violenter retinere in loco suo. Ipse autem non potest aliquẽ ordinare de suis propinquis vel amicis sine voluntate fratrum.

CAVSA XVII.

B VIDAM Presbyter in firmitate grauatus se fieri velle monachũ, dixit ecclesiæ: & beneficio in manu aduocati renuntiauit. Post quàm conualuit, mox se futurum monachũ negauit, & ecclesiam & beneficium repoposcit. Hic primò quæritur, vtrùm reus 1
voti teneatur, an liceat ei à proposito sui cordis discedere. Secundò, an ecclesia & 2
beneficium ei reddenda sunt, qui priùs libe
C ra voluntate refutauit. Tertiò, si contigisset eũ se & sua monasterio tradidisse, an 3
sine licẽtia Abbatis liceat ei ad ppria redire. Quartò, si sine licẽtia Abbatis retro 4
abierit, an sua sibi ab Abbate reddẽda sint.

QVAESTIO I.

Vtrùm reus voti reneatur, qui

infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit, an liceat ei à proposito sui cordis discedere. A

VOVD autem à voto discedere nõ liceat, multis autoritatibus probatur. Ait enim Propheta: Vouete & reddite vota Domino Deo vestro. Item Aug.

Aug. ca. 9. lib. de bono viduitatis.

Quæ Deo vouentur, necessariò reddantur.

SVnt quædam, quæ etiam non vouentes debemus: quædam etiam quæ nisi B vouerimus, non debemus: sed postquàm ea Deo promittimus, necessariò reddere constringimur. Item Hieronymus:

De eodem.

VOuentibus, non solùm nubere, sed etiam velle, damnabile est. Item Greg. in Regesto:

Greg. epist. 33. lib pri. ad Venantium.

Dignus est supplicio, qui seipsum Deo subtrahit, à voto resiliens.

ANanias Deo pecunias vouerat, quas C post victus persuasione Diaboli subtraxit. sed qua morte mulctatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos quos * dederat numos Deo, abstulit, cõsidera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non numos, sed temetipsum Deo omnipotenti, cui te sub monacha

*vouerat.

A chali habitu deuoueras, subtraxisti. Item super Ezechielem: *Greg. ho. 1. lib. pri.*

Ante Dei oculos cadunt, qui bona, quæ concipiunt, agere recusant.

QVi bona agunt, si meliora agere deliberant, & pòst deliberata non faciũt: licet in bonis prioribus perseuerent, in conspectu tamen Dei ceciderunt ex deliberatione. Item sunt qui cuncta relinquere, & Dei seruitio se subdere, & fræno castitatis se restringere deliberant: sed cùm post B castitatem alios cecidisse conspiciunt, se retrahendo meritum perdunt. Si ergo post votum quisque necessariò cogitur soluere, quod vouit, si vouentibus non solùm nubere, sed etiam velle damnabile est: patet, quòd Sacerdos iste ad executionem sui voti cogendus est, & non solùm non fieri, sed etiam velle monachum non fieri, sibi damnabile est. Quòd verò inter vouentes iste computandus sit, patet ex verbis Aug. C dicentis, Dixi confitebor, &c. Magna pietas Dei est, vt ad solam promissionem peccata dimittat. Nondum enim pronuntiat ore: & tamen Deus iam audit in corde. Votum enim pro opere reputatur. Sicut ergo Propheta inter vouentes reputatur, quia dixit, Ego confitebor: sic iste inter eosdem computandus est, quia dixit, *Ibidẽ paulò superius.*

Fiam

Fiã monachus. His ita respõdetur: Aliud est propositum concipere in corde, & etiã ore enuntiare: aliud est subsequenti obligatione se reum voti facere. Quia ergo iste propositũ sui cordis ore simpliciter enuntiauit, non autem monasterio, aut Abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, nequaquam reus voti habetur. Vnde Alexander Papa ij. ait: A

QVAESTIO II.

An ecclesia & beneficium ei reddenda sunt, qui prius libera voluntate refutauit. B

Non cogitur aliquis in monasterio manere nisi professionem fecerit in manu Abbatis.

GONSALDVS Presbyter, quondam infirmitate ac feruore passionis pressus, se monachũ fieri promisit: nõ tamẽ monasterio aut Abbati se tradidit, nec promissionẽ scripsit: sed beneficiũ ecclesiæ in manu aduocati refutauit. At postquam cõualuit, mox se monachũ negauit fieri: quapropter quia & Beati Benedicti regula & prẽcipuè patris & prędecessoris nostri sancti Greg. Papæ canonica institutio interdicit monachum ante vnius anni probationẽ effici: iudicamus, & autoritate Apostolica prẽcipimus, C

pimus,

A pimus, vt præfatus Presbyter beneficia & altaria recipiat, habeat, & quietè retineat.

Item Augustinus ad Bonifac. comitem: *Aug. epi. 70.*

Vxor post propositum continentiæ ducta dimitti non debet.

NOs nouimus, nos testes sumus, quòd omnes actus publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otiũ sanctum conferre, atque in ea vita viuere, in qua serui, Dei monachi viuebant. Cùm ergo te esse in hoc proposito gauderemus,
B nauigasti, id est, vxorem duxisti. Si coniugem non haberes, dicerẽ tibi, quod & Tubanis diximus, vt in castitate continenter viueres. Sed vt te ad istam vitam non exhorter, coniunx est impedimento, sine cuius consensu continenter viuere tibi nõ licet. Quia etsi tu eam post illa verba Tubanensia ducere non debueras, illa tamen nihil eorum sciens, innocenter tibi & simpliciter nupsit. Ecce iste corde cõcepit se mo-
C nachum fieri, & ore pronuntiauit se velle in otium sanctum conferre: non tamen postea coactus est suscipere, quod corde concepit, & ore pronuntiauit. Autoritas illa Alexand. secuta est institutionem Beati Gregorij, & Beati Benedicti, quæ probandis annum indulget, sed tantùm notis: incognitis verò triennium concedit.

Vnde

Iuo li. 3. de religiosis refert.

Vnde ex Decreto Bonifacij: A

Ante probationem triennij nullus in monasterio suscipiatur.

SI quis incognitus monasterium ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus nõ prẽstetur. & si intra tres annos aut seruus, aut liber colonus quẽratur à domino suo, reddatur ei, cum omnibus quæ attulit: fide tamen accepta de impunitate. si autem intra triennium non fuerit requisitus, postea quæri non potest: nisi sit tam longè, quòd inueniri non possit. B

QVAESTIO III.

Si contingat aliquem se & sua monasterio tradidisse, an sine licentia Abbatis liceat ei ad propria redire.

QVOD autem quæritur, an post traditionẽ sit ei fas cum licentia Abbatis ad propria redire, facilè monstratur, non posse fieri. Ipsum enim redire criminosum est. qui autẽ manifesto facinori desinit obuiare, cùm potest, consentit. Hic autẽ non solùm non obuiat, sed etiam permittendo fautor existit. Non ergo licet Abbati dare licentiam alicui retro abeundi, nec illi vti- C

que

A que licet retrorsum abire: quia ex quo semel se Abbati subiecit, absque eius permissione nihil agere potest.

QVAESTIO IIII.

Qui sine licentia Abbatis retro abierit, an sua sibi ab Abbate reddenda sint.

B SI AVTEM sine licentia Abbatis de monasterio discesserit, quæritur, vtrùm sua sint ei reddenda, an non? Sed res & possessiones ecclesiæ traditas quolibet modo alienare nec Abbati, nec alicui licet. Vnde de Symma. Papa: Possessiones, quas vnusquisque, &c. Et iterum: *Symmac. in synodo Ro. 3. c. 6.*

Honore priuetur, qui de iure ecclesiæ aliquid alienauerit.

C QVicunque Episcoporũ, Presbyterorum, Diaconorũ, oblitus Dei, & Decreti huius immemor, in constitutũ committens, prædium ecclesiæ magnum vel exiguum, vel quicquã de iure ecclesiæ alienare tentauerit: & donator, & alienator, & vẽditor, honoris sui amissione mulctẽtur.

Item Grego, Anthemio Subdiacono:

Palea.

RAtio nulla permittit vt propriis cuiusquam vsibus applicetur, quod pro

pro cõmuni vtilitate datum esse cognosci tur. Item Amb. in lib. de pœnitentia: A

Ca. 9. lib. 2.

Qui reuocandum putat, quod ecclesiæ contulit, sacrilegij crimen incurrit.

SVnt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non iudicio perpetuo, vbi ecclesiæ contulerint, postea reuocandas putauerunt: quibus nec prima merces grata est, nec secũda: quia nec prima iudiciũ habuit, & secũda habuit sacrilegiũ. Sunt quos pœnitet opes suas diuisisse pauperibus. Sic eos qui pœnitentiã agũt, hoc solũ timere oportet, ne ipsius pœnitentiæ agant pœnitentiã. Item Greg. Sabino Subdiacono: B

Greg. Sabino Subdiacono epist. 6. lib. 8.

Qui sacris locis derelicta retinere contenderit, sacrilegium committit.

SAcrilegium, & cõtra legem est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis studiis tentauerit suis compendiis retinere. Item Lucius Episcopus omnibus Episcopis:

Sacrilegi iudicantur, qui ecclesiæ facultates alienant. C

OMnes ecclesiæ raptores, atque suarũ facultatum alienatores à liminibus eiusdem matris ecclesiæ anathematizamus, Apostolica autoritate pellimus, damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus: & non solùm eos, sed omnes cõsentientes eis:

A eis: quia non solùm qui faciunt, rei iudicãtur: sed etiam qui facientibus consentiunt. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit. Item Nicolaus Papa omnibus Episcopis:

Excommunicetur, qui confinia ecclesiæ frangere tentauerit

SIcut antiquitus à sanctis patribus statu- 2. pars.
tum est, statuimus vt maior ecclesia per circuitũ xl. passus habeat: capellæ verò vel minores ecclesiæ, xxx. Qui autem con
B finia eorũ confringere tentauerit, aut personã hominis vel bona eius inde subtraxerit: (nisi publicus latro erit) quousque emẽdet, & nisi quod rapuerit reddat, excõmunicetur. Item ex concilio Triburiensi: Cap. 6.

Soluatur altario quod pro immunitate emendatur ecclesiæ.

SI quis in atrio ecclesiæ pugnam committit, aut homicidiũ fecerit, quicquid pro immunitate violata emendandum est, altario soluatur, cuiuscũque fuerit illa ec-
C clesia. Item August. ad Bonifacium: Epi. 187.

Non licet alicui, hominem, vel aliquid de ecclesia rapere.

MIror, quomodo tam subitò fidei murũ aries ruperit inimici. Noui enim qua religione semper sis veneratus ecclesiam. Quo instigante facinore hominẽ de

ecclesia rapuisti? Tuus si de tuo amico forte præsumeret fugitiuus, posset procul dubio intercessoris causa veniam promereri. Ergo si amicus intenditur, cur Deus offenditur? Sed etsi de potestate præsumitur, Nabuchodonosor Regẽ intende, qui causa superbiæ in bouẽ est ex homine cõmutatus, atque à regno suo profugus recedens, non ante regnũ recepit, quàm cõuersus Deum prædicauit. Non vt confundã te, hæc scribo: sed vt filiũ charissimũ moneo. Ecclesiæ igitur illęsum reuoca, quẽ irreligiosissimè rapuisti. Oblatio verò domus tuæ à clericis ne suscipiatur, interdixi: cõmunionẽque tibi interdico, donec peracta pro ausibus, vel errore, à me diffinita tibimet pœnitentia, tempore ordinato pro hoc facto corde contrito & humiliato dignũ offeras sacrificiũ Deo. Itẽ ex libro capitulariũ:

Dan. 4 f

A

B

C

Fugientẽ ad ecclesiã nemo audeat abstrahere.

REum ad ecclesiam fugientem nemo abstrahere audeat, neque inde damnare ad pœnam vel ad mortem, vt honor ecclesiarum conseruetur: sed rectores ecclesiæ pacem eius & vitam & membra obtinere studeant: tamen legitimè componat, quod iniquè fecit. Item Gelasius victori, Constantino, Martino, Felicissimo, Sereno, & Timotheo, Episcopis:

A *Ab eccleſiæ arceatur ingreſſu, qui aliquem de eccleſia violenter rapuerit.*

FRater & Coëpiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſsit, Benenatum & Maurũ Beneuentanæ municipes ciuitatis in contumeliã religionis acerba nimis & plectibili cõtumacia proſiluiſſe, qui confugientem ad eccleſię ſepta Curialem ſuum, nec illic quidẽ tutum de iniuria ſua, aut ſecurũ eſſe dimiſerũt, auſi iruptione temerarię mẽtis admittere, quod
B nec Poteſtatibus quidem vel Principibus vnquàm licuit perpetrare, vt hominem in ſanctuariis conſtitutum, captata Sacerdotis abſentia, reluctantem, reclamãtemque violenter abſtraherent. Quos (quantũ ſua nobis ſuggeſtione patefecit) meritò indignos eſſe ſacra cõmunione iudicauit: & ſi reuera tãti facinoris cõſtat admiſſum, noſtra etiam autoritas in hac parte cõſentit. Nec enim iure ad ſupplicãdũ debet admit
C ti, qui admittere ſacrilegiũ non dubitauit. Nullus enim inter limina tãtæ venerationi deputata vtrunque ſibi licere exiſtimet pro ſuæ voluntatis arbitrio, vt & humanitatem ſibi vendicet, & furorem. Et ideo, fratres chariſsimi, ſuprà dictos ſi manifeſta reos facit conqueſtio, ab omnibus Epiſcopatuũ & parœciarũ veſtrarũ eccleſiis

nostræ præceptionis autoritate prohibe- A
te: vt non solùm hi, qui in iniuriã sanctorum locorum prosiluisse probantur, meritò consequãtur pro facti sui qualitate vindictam, verùm etiam cæteri à tali præsumptione vltionis istius timore reuocentur.

Idem Epiphanio Episcopo:

Ecclesiarum non est dignus ingressu, qui eas violat.

AD Episcopos cunctos direximus iussionem, vt eos qui ecclesias violasse perhibentur, accessu earum iudicent esse B
indignos. Item Pius Papa:

Epi. 2. Italicis.

Qui ecclesiam Dei vastat, & eius Sacerdotem insequitur, sacrilegus iudicatur.

SIcut qui ecclesiam Dei deuastat, & eius prædia & donaria spoliat, & inuadit, fit sacrilegus: sic ille, qui eius Sacerdotes insequitur, sacrilegus iudicatur. Non ergo grauius peccatũ est fornicatio, quã sacrilegium. Et sicut maius peccatũ est, quod in Deum committitur, quàm quod in homi C
nem: sic grauius est sacrilegium agere, quàm fornicari. Item Vrbanus:

Pa. pri. ad omnes Episcopos.

Qua pœna feriatur, qui ecclesiæ vsibus dedicata prædia vexare tentauerit.

ATtendendum est omnibus, ne prędia vsibus secretorũ cælestium dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. quod si

quis

A quis fecerit, poſt debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis ſeruetur. Item Hyginus Papa:

Iuo refert li. 2. de Prescript.

Palea.

SI quis eccleſiam igne cõbuſſerit, quindecim annis pœniteat, & eam ſedulò reſtituat, & pretium pauperibus reſtituat. 2

Epiſt. 2. ad Iacobum. i

Item Clemens:

Iudæ ſimilis probatur, qui ornamenta ſurripuit eccleſiæ.

B SI fortè quiſpiam Presbyter, ſiue Diaconus ſacrarij ſindonem, vel velũ ſubtractum vẽdiderit, Iudę Iſcariotis ſimilis eſtimabit̃: qui propter cupiditatẽ fecerit hoc opus, nouerit ſe ſuprà dicti Iudæ pœnã ſuſcepturũ. Itẽ ex pœnitẽtiali Theodori:

De eodem. Palea.

PEcunia eccleſiaſtica furata, vel rapta, reddatur in quadruplum: populi verò dupliciter. Si quis aliquid de miniſterio

C ſanctæ eccleſiæ furatus fuerit, ſeptem annis pœniteat, tres in pane & aqua. Item ex Pœnitentiali Romano:

De eodem. Palea.

SI quis clericus furtum fecerit capitale, 3 id eſt, quadrupedem vel domum fregerit, aut quãlibet rem melioris præſidij vel

pretij furatus fuerit, vij. annis pœniteat, laicus v. Si quis autẽ de minoribus semel aut bis furtũ fecerit, reddat proximo suo: & vno anno pœniteat in pane & aqua: & si reddere non potuerit, tribus annis pœni- *Epist.1.* teat. Item Anacletus: A

Sacrilegium facit, qui pecuniã ecclesiæ rapit.

QVi rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur. qui autem pecuniam aut res ecclesiæ abstulerit, sacrile- *Cap.5.* gium facit. Item ex concilio Ilerdensi: B

Segregetur ab ecclesia clericus qui seruum vel discipulum suum ad eam fugientem verberare præsumit.

NVllus clericorum seruum vel discipulum suum fugientem ad ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, cui honorem nõ dederit, segregetur.

Ca.11.eiusdem. Si qui verò clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à Pon- *Cap.20.* tifice districtius vindicentur. Item ex concilio Triburiensi: C

Qui de atrio, vel porticibus ecclesiæ fugientem abstrahit, excommunicetur.

4 SI quis contumax vel superbus timorẽ Dei, vel reuerentiã sanctarũ ecclesiarum nõ habuerit, & fugientẽ seruum suũ, vel

A vel quem ipse persecutus fuerit, de atrio ecclesiæ, vel de porticibus ecclesiæ quolibet modo adhærentibus per vim abstraxerit: pro immunitate nongentos solidos Episcopo componat: & ipse publica pœnitentia iusto iudicio Episcopi mulctetur. Sacrilegium ergo est, quotiẽs quis sacrum violat, vel auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro. Dicitur etiã sacrilegiũ cõmittere, qui violentas & impias manus in clericum iniecerit.

B Porrò ipsum sacrilegiũ duplicem cõtinet pœnã: pecuniariam videlicet, & excõmunicationis. Pecuniaria eis persoluenda est, ad quos querimonia sacrilegij pertinet. Vnde Ioã. Pa. viij. scribit omnibus Episcopis: *De multiplici genere sacrilegij, & pœna eiusdẽ.*

QVisquis inuentus fuerit reus sacrilegij, Episcopis vel Abbatibus, siue personis, ad quas querimonia sacrilegij iuste pertinuerit, xxx. libras examinati argẽti purissimi componat.

C Sacrilegium cõmittitur, si quis infregerit ecclesiam, vel xxx. ecclesiasticos passus, qui in circuitu ecclesię sunt, vel domos, quę intra prędictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo vel auferendo, seu qui iniuriam vel ablationẽ rerum intulerit clericis arma non deferẽtibus, vel monachis, siue Deo deuotis, omnibusque

Ino lib. 2. de sacrilegio id refert.

busque eccleſiaſticis perſonis. Capellę, quę ſunt intra ambitum murorum caſtellorũ, nõ ponuntur in hac xxx. paſſuum obſeruatione. Similiter ſacrilegium committitur, auferendo ſacrum de ſacro, vel nõ ſacrum de ſacro, ſiue ſacrum de non ſacro. Idem: Si quis domum Dei violauerit, & aliqua, ſine licentia illius, cui commiſſa eſſe dinoſcitur, inde abſtulerit, vel eccleſiaſticis perſonis iniuriam fecerit: donec in conuentu admonitus legitimè ſatisfaciat, ſciat ſe cõmunione priuatum. Si verò poſt ſecundam & tertiam conuentionem coram Epiſcopo ſatisfacere detrectauerit, ſacrilegij periculo ab omnibus obnoxius teneatur, ita vt ſecundũ Apoſtolum nemini fideliũ miſceatur. Idem: Si qui monaſteria & loca Deo dedicata & eccleſias infringunt, & depoſita vel alia quælibet exinde abſtrahunt, damnum nouies cõponant, & immunitatem tripliciter, & velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubigãtur. Itẽ Alexander Papa ij. A B C

Niſi canonicè iudicatum Epiſcopum qui comprehenderit laicus excommunicetur.

SI quis deinceps priorum, aut cuiuſcunque dignitatis, vel cuiuſcũque ordinis laicorum, Epiſcopum cõprehenderit, percuſſerit, aut aliqua vi à propria ſede expulerit, niſi fortè iudicatum canonicè: autores &

A res & cooperatores tanti sceleris anathematizentur, & bona eorum ecclesiæ ipsius iuri perpetuò tradãtur. Si verò in Presbyterum, vel in quencunque inferiorum graduum clericum, hæc eadem prę̃sumpserit, canonicæ pœnitentiæ atque depositioni subiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur. Item Nicolaus Pa. Thadoni Archiepiscopo Mediolan.

Flagellatores clericorum post tertiam admonitionem si non resipuerint, excommunicentur.

B DE Presbyterorum flagellatoribus & occisoribus, prædonibus scilicet, qui seculari brachio minimè coërcẽtur, iuxta prę̃ceptũ Domini, placet vt fraterno amore conueniantur secundò ac tertiò: qui requisiti si te non audierint, conueniente ecclesia eos sacra communione priuare, atq;, si in sua obstinatione permanentes, Sacerdotalia monita fortè contempserint, ab ecclesiæ compage sub anathematis interdictione resecare licẽtiam tribuimus. Quos C etiam resipiscentes, tandem digna satisfactione præmissa, in gremium sanctæ matris ecclesiæ reuocari noueris posse. Item ex concilio Maguntinensi capitulo xxiiij. *Mat.18.b*

Palea.

QVi Presbyterum occiderit, xx. annorum pœna secũdùm Canones impo

natur. Si autem negauerit, si liber est, cũ se ptuaginta duobus iuret: si autem seruus, super xij. vomeres feruentes se expurget: cõuictus noxa, vsque ad vltimum vitæ tempus militiæ cingulo careat, & absq; spe cõ iugij maneat. Itẽ ex concilio Triburiẽsi: A

Palea.

VT Presbyteri non vadant, nisi stola aut orario induti. Et si in itinere spoliantur, aut vulnerantur, vel occiduntur, non stola vestiti, simplici emẽdatione absoluantur: si autem cum stola, triplici. B

Cap. 4. Tribu. con. Item ex eodem cap. v.

Palea.

OMnes Presbyteri interfectores compositione Episcopi, ad cuius parœciã pertinent, soluantur: ita videlicet, vt medietatẽ Renaldus Episcopus eius vtilitati ecclesiæ, cui præfuerit, tribuat, & alteram medietatẽ in eleemosynã eius iustè dispertiatur: quia nullus nobis eius hæres proximior videtur, quàm ille, qui ipsum domino sociauit. C Item ex lib. v. capitularium:

Iuo lib. 5. de eo qui clericũ interfecit. *Pro graduum varietate mulctentur, qui clericos occidunt.*

Iuo id refert lib. 5. vbi suprà. QVi Subdiaconum occiderit, ccc. sol. componat: qui Diaconum, cccc. qui Presbyterum, dc. qui Episcopum, dcccc. qui monachum, cccc. Item ex eodem

lib.

A lib.vj.cap.

De eodem.

QVi occiderit clericũ, aut monachũ, arma relinquat, & Deo in monasterio seruiat cunctis diebus vitæ suæ, nunquàm ad seculum reuersurus, & vij.annis publicam pœnitentiam agat. Item Innocentius Papa ij.

Qui clericum percusserit, excommunicetur: & non nisi à Romano Pontifice absoluatur.

B SI quis suadente Diabolo huius sacrilegij vitium vel crimen incurrerit, & in clericum vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporũ illum. præsumat absoluere, nisi mortis vrgẽte periculo, donec Apostolico conspectui pręsentetur, & eius mandatum suscipiat. Qui autem de ec- 3.pars.
clesia vi aliquem exemerit, vel in ipsa ecclesia vel loco, vel cultui, Sacerdotibus & ministris aliquid iniuriæ importauerit; ad
C instar publici criminis & læsæ maiestatis accusabitur: & conuictus seu confessus, capitali sententia à rectoribus prouinciæ ferietur: sicut in j.lib. Codicis legitur, titu. de Episcopis et clericis, l. Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit. & in Digestis ad legẽ Iuliam repetundarum, l. vltima. Committunt etiam sacrilegium, qui contra diuinæ

legis

legis sanctitatem, aut nesciendo committunt, aut negligendo violant & offendunt, aut qui de principali iudicio disputant, dubitãtes an is dignus sit, quem Princeps elegerit: vel qui intra prouinciam, in qua prouinciales & ciues habẽtur, officium gerendæ ac suscipiendæ administrationis desiderant: vt Cod. li. ix. tit. de crimine sacrilegij. Similiter de iudicio summi Pontificis alicui disputare non licet. Vnde Nico. Papa omnibus Episcopis: A

Nico. Pa. 1. ad Michaẽlẽ Imperatorem scribens.

Nemini est permissum de eo quod Papa statuit, iudicare, vel eius sententiam retractare. B

NEmini est de sedis Apostolicę iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare permissum: videlicet propter Romanæ ecclesiæ Primatum, Christi munere in Beato Petro Apostolo diuinitus collatũ. Sacrilegij quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit. Vnde in Toleta. concilio secundo legitur:

Cap. 64. cõ. Toleta. 4.

Sacrilegium faciunt, qui Iudæis publica officia committunt. C

COnstituit sanctum concilium, vt Iudæi, aut hi qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetant: quia sub hac occasione Christianis iniuriã faciunt. Ideóque iudices prouinciarum, cum Sacerdotibus, eorum surreptiones fraudulenter relictas

A ctas ſuſpendant,& officia publica eos agere non permittant. Si quis autem hoc permiſerit, velut in ſacrilegum excommunicatio proferatur,& is qui ſurrepſerit, publicis cædibus deputetur. Verũ ne reue- 4. pars.
rentia religionis Dominos ſuo iure frauda ret,ſi famuli ad eccleſię ſepta cõfugientes, inde nequaquam abſtrahantur: ſacris Canonibus eſt inſtitutum, vt præſtito à Domino ſacramẽto impunitatis, ei etiam red dantur inuiti. Vnde Gelaſius Papa ſcri-
B bit Bonifacio Epiſcopo:

Poſt præſtitam ſecuritatem, ſerui reſtituantur dominis, qui ad eccleſiam confugiunt.

METuentes dominos famuli,ſi ad eccle ſiæ ſepta confugerint, interceſsiones debent quærere,non latebras: ne hæc ipſa pręſumptio tarditatis temeritatem augeat renitendi. Filius etenim noſter vir ſpectabilis Petrus queritur ſeruũ ſuum in eccleſia ſancti Clementis diutius cõmorari: cui
C dum deputaſſet ſacramenta præſtari, aſſerit illum egredi nulla ratione voluiſſe. Et ideo directus ſuprà dictus homo, de præſenti,cum eo quem elegeris eſſe mittendũ, cùm de impunitate eius ſacramenta præbuerit,eum ſtatim facias ad dominum ſuũ modis omnibus remeare: aut ſi in hac pertinacia fortè extiterit, poſt ſacramentum

ſibi

sibi præstitum reddatur inuitus. Idem A
Ioanni Episcopo Viennen.

Securitate recepta ad ratiocinia reddenda fugitiui ab ecclesia redire coguntur.

VXor Felicis, & filiæ eius, Romã (quia sic oportuit) peruenerunt. Siquidem hunc ipsum primùm se ad Barbarorum basilicam conferentem, seq; bonas causas habere iactantem, egredi sub hac conditione præcepimus, vt si actus suos fideliter & rationabiliter allegaret, nihil circa eum prorsus asperũ fieri durumq; pateremur. Alioquin si contra fidem & vtilitatem dominicam veniisse probaretur, ipse sibimet imputaret, atque Domini ordinationi congruè subiaceat. qui superueniente filio nostro viro spectabili Orthasio, sic est ad singula quæque conuictus, vt os aperire non posset, & vera esse, quæ huic obiicerentur, voce propria fateretur: ideoque tenetur in custodia mancipatus. Idem Syracusano, & Constantino, & Laurentio Episcopis: C

Eripiatur in libertatem seruus, cui Christiano Iudæus signaculum circunciſionis impreſſit: alioquin ab ecclesia domino suo reddatur inuitus.

IVdas, qui Iudaicæ professionis extitit, mancipium sui iuris, quod ante paucos annos se asserit comparasse, nunc ad ecclesiam Venafranã confugisse suggessit, sicut petito

A petitorij tenor annexus oſtendit, eò quòd dicat ſibi ab infantia Chriſtiano nuper à præfato domino ſignaculum circũciſionis infixum. Quapropter veſtra diligenter inter vtrunque ſolicita cura rerum fideliter examinet veritatem: quatenus nec religio temerata videatur, nec ſeruus hac obiectione mentitus competentis iura domini declinare contendat. Item ex concilio Toletano xij. Cap. 12.

De atrio eccleſiæ (quod xxx. paſsibus clauditur) niſi prius data ſecuritate, fugiẽs nõ abſtrahatur.

B DIffiniuit ſanctum concilium, vt nullus audeat cõfugientes ad eccleſiam, vel reſidentes, inde vi abſtrahere, aut quod cunque nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij, reſidentibus in loco ſancto inferre: ſed eſſe potius his ipſis, qui eccleſias petunt, per omnia licitum, in xxx. paſſus ab eccleſię ianuis progredi: in quibus xxx. paſsibus vniuſcuiuſq; eccleſiæ in toto circuitu reuerẽtia defendatur: ſic tamen, vt hi qui ad eã

C confugiunt, in extraneis vel longè ſeparatis ab eccleſia domibus nullo modo abſcedant: ſed in hoc xxx. paſſuum numero abſque domorum extranearum receptaculo progredientes, aditum obtinebunt, qualiter ad requiſitæ naturæ vſum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu

neceſſ

necessitudinis, qui dominicis se defenden A
dos commiserint claustris. Si quis autem
hoc decretum violare tentauerit, & eccle-
siasticæ excommunicationi subiaceat, &
seueritatis Regiæ feriatur sententia. Ipsos
autem qui ad ecclesiam confugiũ fecerint,
si iuxta priscorum Canonum instituta hi
qui eos repetunt, sacramenta reddiderint,
& Sacerdos ipsius ecclesiæ ab ecclesiæ fori
bus non abstraxerit, aut fuga talium si eue-
nerit, Sacerdoti quærenda est, aut damno-
rum sententia secundùm electionem prin- B
cipis huiusmodi Sacerdotibus irroganda
Cap. 3. est. Item ex concilio Aurelianensi:

Ante securitatem acceptam de atrio ecclesiæ fugitiuus non cogatur exire.

ID constituimus obseruandum, quod ec-
clesiastici Canones decreuerunt, & lex
Romana cõstituit, vt ab ecclesiæ atriis, vel
domo Episcopi, eos abstrahere omnino nõ
liceat: sed nec alteri consignare, nisi ad Euã
gelia datis sacramentis, de morte, & debi- C
litate, & omni pœnarum genere sint secu-
ri: ita vt ei, cui reus fuerit criminosus, de sa
tisfactione conueniat: qui si sacramẽta sua
conuictus fuerit violasse, reus periurij non
solùm à communione ecclesiæ, vel omniũ
clericorum, verùm etiam à catholicorum
conuiuio separetur. Quòd si is, cui reus est,

volue

A voluerit sibi intentione faciente componi, & ipse reus actus timore de ecclesia discesserit, ab ecclesiæ clericis non quæratur. Seruus etiam, qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si à domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium domini sui redire cogatur: & postquàm dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnę pro eadem culpa, qua excusatur, probatus fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesię, & prę-
B uaricatione fidei, à communione & conuiuio catholicorum extraneus habeatur. Si verò seruus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini, clericis exigentibus, de impunitate perceperit, exire nolentem à domino liceat occupari. Occasione nan- *5 part.*
que religionis seruus dominum suum contemnere, & eius ministerium destituere non debet. Vnde in Gangrensi concilio *Cap. 5.*
legitur:

C *Religionis occasione dominum suum non audeat contemnere.*

SI quis seruum alienum occasione religionis docet dominum suũ contemnere, & eius ministerium destituere, ac nõ potius docuerit eum suo domino bona fide & cum omni honorificẽtia deseruire, anathema sit. Item ex concilio Martini Papæ: *Cap. 47. synodorum Gracarum à Martino Brachar. Epicopo collectarũ.*

Corripiatur durissimè, qui causa religionis do A
cet seruum dominum contemnere.

SI quis seruum alienum causa religionis doceat contemnere dominum suum, & recedere à seruitio eius: durissimè in omni
Cap. 4. cõc. Carthag. 5. bus arguatur. Item ex concilio Carthaginiensi cap. xxxj.

Primati insinuetur necessitas, quæ res ecclesiæ distrahere compellit.

NVllus res ecclesiæ distrahat. Quòd si reditus non habet, & aliquando nimia necessitas cogit, hanc insinuandã esse B
Primati ipsius prouinciæ censemus, vt cũ statuto numero Episcoporum, vtrùm faciendum sit arbitretur. Et si tanta vrget necessitas ecclesiæ, vt non possit antè Primatem consulere, saltem vicinos conuocet Episcopos, curans ad concilium referre omnem ecclesiæ necessitatem. Quod si nõ fecerit, reus Deo & sancto concilio vendi-
Cap. 56 tor honore amisso teneatur. Item ex concilio Agathensi:

Sine licentia Episcopi quicquid Abbas vendi C
derit, in irritum deducatur.

IN venditionibus, quas Abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur, vt quicquid sine Episcopi licentia venditum fuerit: ad potestatem Episcopi reuocetur. Mancipia verò monachis donata, ab Abbate manu

A manumitti non licet. Iniustum enim putamus, vt monachis quotidianũ rurale opus faciẽtibus, ferui eorum libertatis otio potiantur. Etiã si Episcopo cõsentiente monasterij possessio ab Abbate data fuerit, nullius momenti erit donatio: nisi fortè in ecclesiæ fabricam erigendam donatio processerit: quo casu tantum ei donare licet, quantum ecclesiæ parietes concludunt. 6. pars.

Vnde Gregorius scribit:

Nullo titulo res monasterij valent ab eius iu-
B *re segregari.*

QVesti sunt nobis prædicti monasterij monachi, Abbatem suum in Trãquillitanum castrum terram, quæ in dc. pedes extenditur, sub prætextu fabricandæ ecclesiæ fraternitati tuæ donationis titulo concessisse. Ideo volumus, quantum parietes possunt ædificatæ ecclesiæ circundare, iure ecclesiæ vendicare. Quicquid verò extra parietes eiusdem ecclesiæ esse potue-
C rit, in iura monasterij sine difficultate aliqua reuertatur: quia nec mundanarum legum nec sacrorum Canonũ statuta permittunt, res monasterij ab eiusdem iure quolibet titulo segregari. Eapropter donationem eiusdem terræ, quæ contra rationem facta est, sine aliqua dilatione restitue.

Palea.

HAnc ergo scripturarum nostrarum paginam omni futuro in tempore ab omnibus Episcopis firmam statuimus illibatamque seruari, vt & suæ ecclesiæ, iuuãte Domino, tantummodo sint iure contenti, & monasteria ecclesiasticis cõditionibus seu angariis, seu quibuslibet obsequiis secularibus, nullo modo subiaceant, canonicis nullis iuribus deseruiant, sed remotis vexationibus diuinum opus cum summa deuotione perficiant. Sed notandum est, quòd aliud est in suos vel propinquorum vsus res ecclesię conuertere (quam perniciosam cupiditatem sacri Canones vbique prohibent, & damnabilem ostendunt) aliud est, quòd ex dispensatione charitatis humanæ infirmitati consulitur, vt quondam illi sua reddantur, qui in sacro proposito manere contemnit. quod non tam iure fori, quàm iure poli, nonnullos sanctorum fecisse legimus. Beatus enim Ioannes Euangelista duobus iuuenibus, quos pœnituerat omnia sua pro Christo reliquisse, & pauperibus erogasse, aurum & gẽmas reddidit, vt cuncta, quæ vendiderant, sibi redimerent. Sed obiicitur, Beatus Ioannes non oblata reddidit, quæ pauperibus iam erogata fuerant: sed alia recompensauit, quæ in pauperum vel ecclesiarum facultatibus nunquàm

A

B

C

7. pars.

A quàm computata fuerant. Similiter ſi Abbas vel Epiſcopus aliqua habuerit, quæ in eccleſiaſticis facultatibus nondum ſunt annumerata, exemplo Beati Ioannis det illa recedenti, oblata verò eccleſiæ retineat. Sequitur ergo aliud exemplum, quo eadem quæ oblata ſunt, laudabiliter reddenda monſtrentur. Ait enim Auguſtinus in ſermone de vita clericorum: *Aug. ſermone 52. ad fratres in eremo.*

Non debet eccleſia ſuſcipere quæ filio exhæredato ſibi offeruntur.

B QVicunque vult, exhæredato filio, hęredem facere eccleſiam, quærat alterum qui ſuſcipiat, non Auguſtinum: imò Deo propitio neminem inueniat. Quàm laudabile factum ſancti Aurelij Carthaginien. Epiſcopi. Quidam enim cùm filios non haberet, nec ſperaret, res ſuas omnes, retento ſibi vſufructu: donauit eccleſiæ. Nati ſunt ei filij nec opinãti: reddidit Epiſcopus ea quæ donauerat. In poteſtate ha-

C bebat Epiſcopus non reddere, ſed iure fori, non iure poli. Ecce quòd aliquando oblata iure & laudabiliter redduntur. Veruntamen non hoc exemplo recedenti ſua reddenda monſtrantur. Aliud eſt enim in profeſsione ſuæ vitæ perſiſtere, aliud à propoſito ſui ordinis diſcedere. Si ſanctus Aurelius degenti in laicali ha-

bitu oblata reddidit: quia post oblationem filios accepit, non ideo in apostasiam euntibus sua reddenda sunt, quibus vtilius necessaria subtraherentur, vt coacti redirent ad ordinem, à quo recesserant. Sed sicut inimicis & persecutoribus iubemur necessaria subministrare, sicut ab Apostolo monemur tempus redimere, vt expeditius orationi vacemus: sic ne ecclesia scandalum patiatur, ne discedens in deteriora præcipitetur, ne in perniciem monachorum, aut incendium monasterij occasione suorum exardescat, laudabilius sibi sua non dico redduntur, sed auferri sinuntur, quàm ab illo ista inferantur.

1. Cor. 3. a

A

B

CAVSA XVIII.

VIDAM Abbas consecratus in Episcopum, prius monasterio multa contulit: postea in Episcopatu plura acquisiuit: cui dum fratres successorẽ quærerent, Episcopus loci semet electioni volebat inferere, vt p ipsum Abbas in monasterio ordinaretur: fratres reniti

C

1 nituntur. Quęritur primò, an monasterium possit petere, quæ ab Episcopo acquisita sunt: aut Episcopalis ecclesia possit sibi

ven

A vendicare, quę monasterio fuerant tradita.

Secundò, an per Episcopum Abbas sit eli 2
gendus et ordinandus, an tantummodo
à propriis fratribus sit instituendus.

QVAESTIO I.

An monasteriũ possit petere, quæ ab Episcopo acqsita sunt: aut Episcopalis ecclesia possit sibi vẽdicare, quę mona

B sterio fuerãt tradita.

PRIMA quæstio terminatur in concilio habito apud Alteum, in quo sic statutum legitur:

Qui de monacho Episcopus ordinatur, quod ante cõsecrationem habuit, monasterio: quod verò post cõsecrationem acquisiuit, propriæ ecclesiæ derelinquat.

STatutũ est, & rationabiliter secũdũ san
ctos patres à synodo cõfirmatum est vt
C monachus, quẽ electio canonica à iugo regulę monasticę professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho Episcopũ fecit, velut legitimus hęres paternã sibi hęreditatẽ postea iure vẽdicãdi potestatẽ habeat: sed qcqd acqsierat, vel visus fuerat habere, monasterio relinquat, & Abbatis sui q fuerat, secũdum regulã sancti Benedicti arbitrio.

Postquàm enim Episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sanctificatur & intitulatur, secundùm sacros Canones, quod acquirere poterit, restituat. A

QVAESTIO II.

An per Episcopum Abbas sit eligendus, & ordinandus: an tãtummodo à propriis fratribus sit instituendus. B

Cap. 50. cõ. Tolet. 4.

SECVNDAM verò quæstionem terminat autoritas Toletani cõcilij, dicens:

Abbates, & alia officia, per Episcopos debent institui.

HOc tantùm sibi in monasteriis vendicent Sacerdotes, quod præcipiũt Canones: id est, monachos ad conuersationẽ sanctam promouere, Abbates aliaq; officia instituere, atque extra regulam acta corrigere. Quòd si aliquid in monachos Canonibus interdictũ præsumpserint, aut vsurpare quicquam de monasterij rebus tentauerint, non deerit ab eis sententia excommunicationis. Econtra Gregorius scribit Castorio Ariminensi Episcopo: C

2. pars.

Congregatio monasterij, non Episcopus, aut aliquis

A *quis extraneorum, Abbatem instituat.*

ABbas in monasterio nõ per Episcopũ, aut per aliquẽ extraneorũ ordinetur, neq; ab Episcopo missa ibi celebretur, vt nulli ecclesiæ subiiciatur. Idem Castorio Episcopo: *De eodem.* *Greg. epis. 87. lib.*

B ABbatẽ, cuilibet monasterio nõ alium, sed quẽ dignũ moribus atque actibus monasticæ disciplinæ cõmuni cõsensu cõgregatio poposcerit, ordinari volumus: missas autẽ publicas per Episcopos vel clericos in monasterio omnino celebrari prohibemus. Itẽ Pelagius Pa. Melito Subdia.

Ille debet Abbas instituí, quem sua congregatio & possessionis dominus ordinari poposcerit.

ABbatem in monasterio illũ volumus ordinari, quẽ sibi de sua cõgregatione & monachorũ electio, & possessionis dominus, & (quod magis obseruandũ est) ordo vitæ ac meritum poposcerit ordinari.

Item Gregorius omnibus Episcopis: *De libertate monachorum.* *Gre. Mariniano Episcopo epist. 18. lib. 7.*

C QVàm sit necessarium, monasteriorũ quieti prospicere, &c. Et infrà: Interdicimus igitur in nomine Domini nostri Iesu Christi, & ex autoritate Beati Petri Apostolorũ principis, cuius vice huic Romanæ ecclesiæ præsidemus, vt nullus Episcoporũ, aut secularium, vltrà præsumat de

reditibus vel chartis monasteriorum, vel A
cellulis, vel villis, quæ ad ea pertinent, quo
cunque modo, seu qualibet occasione, mi-
nuere, vel dolos, vel immissiones aliquas
facere. Et infrà: Defuncto verò Abbate
cuiuscunque congregationis, non extra-
neus eligatur, nisi de eadem congregatio-
ne, quem sibi propria voluntate concors
fratrum societas elegerit. Quòd si aptam
inter se personam inuenire nequiuerint, so
lerter sibi de aliis monasteriis eligant or-
dinandum. / & infrà: Pariter autem est cu- B
stodiendum, vt inuito Abbate ad ordinan-
dum alia monasteria, aut ad ordines sa-
cros, vel clericatus officium tolli exinde
monachi non debeant. Et infrà: Nullus mo
nachum sine testimonio & concessione
Abbatis in ecclesia aliqua teneat, vel ad ali
quem honorem promoueat. Hanc ergo
scriptorum nostrorum paginam omni fu-
turo tempore ab omnibus Episcopis firmã
statuimus illibatamque seruari: vt & suæ C
ecclesiæ, iuuante Domino, tantummodo
sint iure contenti, & monasteria ecclesiasti
cis cõditionibus, seu angariis, vel quibusli-
bet obsequiis secularibus, nullo modo sub-
iaceant, nullis canonicis iuribus deseruiãt,
sed remotis vexationibus ac cunctis gra-
uaminibus, diuinum opus cum summa de-

uotio

A uotione animi perficiant. Item Castorio Episcopo Ariminensi: *Greg. epist. 43. seu ca. 87. lib. 4.*

Missas publicas in cœnobio Episcopi non celebrent, nec aliquod eis grauamen inferant.

LVminoso Abbate referẽte, plurimis in monasteriis multa à Præsulibus prę̃iudicia atq; grauamina monachos pertulisse cognouimus. Oportet ergo, vt tuæ fraternitatis prouisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione: quatenus cõuersantes in illis, in Dei seruitio, gra
B tia illis suffragante, mente libera perseuerent. Missas quoque publicas in cœnobiis fieri omnimodo prohibemus, ne in Dei seruorũ recessibus & eorũ receptaculis vlla popularis præbeatur occasio cõuentus: quia non expedit animabus eorũ: nec audeat illic Episcopus cathedram collocare, vel quemlibet potestatem exercêre imperandi, nec aliquam ordinationem quãuis leuissimam, faciendi, nisi ab Abbate fuerit
C rogatus: quatenus monachi semper maneant in Abbatum suorũ potestate, vt remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus, diuinum opus cum summa deuotione animi perficiant. Item Gelasius Papa:

Baptisteriũ in monasterio nõ permittitur fieri.

PRidem præcepimus, vt de monasterio sancti Andreæ, quod est super

Masca

Mascalas, baptisterium propter monacho A
rum molestias debuisset auferri, atque in
eodem loco, quo fontes sunt altare funda-
ri: cuius rei perfectio hactenus est protra-
cta. Admonemus igitur fraternitatẽ tuam,
nullã iam morã post susceptas literas no-
stras inferere: sed repleto loco ipsorũ fon-
tiũ, altare illic sine dilatione aliqua fundeẽ:
quatenus & prædictis monachis opus Dei
securè liceat celebrare, & nõ de negligẽtia
tua contra fraternitatẽ tuã noster animus
Cap. 11. excitetur. Item ex concilio Maguntino: B

Cum permissione Episcopi Abbas locum suum deserere potest.

ABbas pro humiliatione, & cum per-
missione Episcopi, locũ suũ potest re
linquere: tamen eligant sibi fratres Abba-
tẽ de ipsis, si habent: sinautẽ de extraneis.
2. pars. Ecce in Toletano concilio dicitur, quòd
Sacerdotes, Abbates, & alia officia insti-
tuere debeant. Beatus Gregorius & Pela-
gius prohibent, dicentes, Abbatem à fra-
tribus suæ congregationis eligendũ & or- C
dinandũ. Quomodo ergo hæc tanta diuer
sitas ad concordiam reuocabitur? Sed sciẽ
dum est, quosdam monachos esse indomi-
tæ ceruicis, & effrenatæ superbiæ: quos
dum Abbates ad religionem cogere volue
rint, in eorum deiectionem conspirant, &

alium

A alium moribus suis conuenientẽ sibi præficere contendunt: quales erant illi, qui in necem Beati Benedicti conspirasse leguntur. Pro huiuscemodi constitutum est, vt Abbates, & alia officia, per Sacerdotes instituantur. Vnde Pelagius Papa scribit Opilioni Defensori, dicens:

Non licet monachis Abbates pro suo arbitrio expellere, aut alios ordinare.

NVllam potestatem de cætero, nullam licentiã monachis relinquimus, pro
B arbitrio suo aut Abbates expellere, aut sibimet alios ordinare: quia nulla autoritas remanebit Abbati, si monachorum potestati cœperit subiacere: vt de cætero fideliter & studiosè vniuersa, quæ vel ad diuini cultus reuerentiam, vel ad vtilitatem eiusdem monasterij pertinent, Abbatis solicitudo, ad quem potestas tota pertinere cõuenit, debeat adimplere. Hinc etiam cõ- *4. pars.*
stitutum est, vt clerici singulorum monas-
C teriorum, sint in potestate Episcoporum: nec alicui liceat extra eorum cõscientiam monasteria ædificare. Vnde in Chalce- *Cap. 4.*
donensi concilio legitur:

Sine conscientia Episcopi monasterium nullus ædificet.

QVidam monachorum habitu vtẽtes, indifferenter per ciuitates incedunt,

necnon

necnon & monasteria, & seipsos præsumptione propria commendant. Placuit igitur neminem aut ædificare, aut construere monasteria, aut oratorij domum sine conscientia ipsius ciuitatis Episcopi. Item clerici in parœciis, monasteriis, aut martyriis cõstituti, sub potestate sint eius, qui in ea ciuitate est Episcopus, secundũ traditionem sanctorum patrum: neque per præsumptionẽ recedant à suo Episcopo. Eos verò, qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionẽ quocunque modo, vel si noluerint subiacere proprio Episcopo, si quidem fuerint clerici, secundũ personarũ ordinationẽ subiaceant condẽnationibus Canonũ. Si verò laici vel monachi fuerint, cõmunione priuẽtur. Itẽ clerici, qui pauperum dispositioni, vel monasteriorum, vel martyriorũ, præsunt: sub potestate singularum ciuitatũ Episcoporum, secundũ Canonum traditionem, perdurent: neque per suam temeritatem Episcopi sui moderationem declinẽt. Qui autẽ huiusmodi dispositionẽ quolibet modo subuertere ausi fuerint, & Episcopo suo non obedierint, si quidem clerici fuerint, canonicæ damnationi subiaceant: si autem monachi, vel laici sunt, à cõmunione suspendantur. Item ex concilio Carthaginiensi quarto:

Cap. 8. eiusdem.

Cap. 97.

Exami

A *Examinetur ab Episcopo, qui religiosis fœminis præponendus est.*

QVi religiosis fœminis præponendus est, ab Episcopis comprobetur. Monasterium quoque absque Episcopi permissione nulli incipere, aut fundare licet.

Vnde in Agathensi concilio legitur: *Cap. 17.*

Sine permissione Episcopi nullus monasterium præsumat incipere, aut fundare.

B DE monachis monasterium nouũ, nisi Episcopo permittente aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat.

Item ex eodem: *Ca. 58. eiusdem.*

De eodem.

CEllulas nouas, aut congregantium ecclesias monachorum absque Episcopi notitia prohibemus instituí. Item ex concilio Aurelianensi: *Cap. 24.*

Absque Episcopi vel Abbatis voluntate nullus monachorum cellulam construere præsumat.

C NVllus monachus, congregatione monasterij derelicta, ambitionis & varietatis impulsu cellulam construere sine Episcopi permissione vel Abbatis sui voluntate præsumat. Itẽ: Sunt & alij qui pro *5. pars.* executione diuersarum causarũ quoslibet admittũt, qui districtionem eorũ soluant, & quietem religionis perturbent. De quibus in concilio Triburiensi legitur:

Abbas

Abbas qui cautus in regimine non fuerit, à proprio Episcopo & à vicinis Abbatibus à suo arceatur honore. A

SI quis Abbas cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, sobriusque non fuerit, ac diuina præcepta verbis & exẽplis nõ ostenderit: ab Episcopo, in cuius territorio consistit, & à viciñis Abbatibus, & ceteris Deum timentibus à suo arceatur honore, etiãsi omnis cõgregatio vitiis suis cõsentiens, eũ Abbatẽ habere voluerit. Item ex concilio Aurelianensi: B

[Cap. 21.]

In Episcoporum potestate Abbates cõsistant.

6. pars. ABbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant: & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur: qui semel in anno in loco vbi Episcopus elegerit accepta vocatione conueniant. Monachi autem Abbatibus omni obedientia & deuotione subiaceant. quòd si quis per cõtumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliqd habere prẽsumpserit: omnia quæ acquisierit, ab Abbatibus auferantur, secundũ regulam, monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerant peruagati, vbi inuẽti fuerint, cum auxilio Episcopi, tanquã fugaces, sub custodia reuocentur. Et reum se ille Abbas futurum esse cognoscat, qui in huius C

A huiusmodi personas non regulariter animaduerterit, vel qui monachum susceperit alienum. Item ex concil. Arelatensi:

MOnasteria, vel monachorum disciplina ad eum pertineant Episcopum, in cuius sunt territorio constituta. Item Paschalis Papa secundus:

Nullus ministret Abbatibus Episcopalia, qui alicui episcoporum nolunt subesse.

ABbatibus, qui neque sub Episcopo, neque sub Metropolitano, neque sub pri
B mate, neque sub Patriarcha sunt, nullus prorsus Episcoporum Episcopalia quælibet administret. Cùm enim se nulli Episcopo omnino subesse profiteantur, cõsequens est, vt nullus Episcoporum, quæ sua sunt, eis tanquàm extraneis largiatur. Pro huiuscemodi ergo statutum est, vt causæ & vtilitates monasteriorum per Episcopos disponantur. Vnde Gregorius scribit Vitali Defensori Sardiniæ: *Epist. l. 65. lib. 7.*

C *Vtilitates monasterij à proprio Episcopo debent disponi.*

COgnouimus, quòd monasteria seruorum Dei, vel fœminarũ, pro suo quisque libitu, & diuersarum causarum executione perturbet. Quod omnino non gratè suscipimus. tuamque ex hoc experientiam commonemus, vt nequaquam hoc

vsurpari denuò, accepta nostra autoritate, permittas: sed Episcopo loci illius, sub cuius moderamine degũt, curæ sit causas eorum vtilitatesque disponere. Valde enim est indecens, vt omisso eo alius quilibet se illorum causis admisceat: sed ille eorũ vitas competenti regularique debet moderamine disponere, qui pro commissis eorum animabus compellitur rationẽ reddere. Pro huiusmodi etiã prohibet Beatus Gregorius mulieres passim ad monasterium accedere, & monachorum cõmatres fieri, scribens Valentino Abbati:

7. pars.

Epist. 40. lib. 4.

Neque commatres sibi facere, neque ad fœminas accedere monacho licet.

PEruênit ad nos, quòd in monasterio tuo passim mulieres accedãt, & (quod est grauius) monachos tuos sibi cõmatres facere, & ex hoc incautam cum eis cõmunionem habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiat, ideo huius te præcepti serie commonemus, vt neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas accedere, neque monachos tuos sibi cõmatres facere. Nam si hoc denuò ad aures nostras quocũque modo peruenerit, sic te seueriss imè noueris vltioni subdendum, vt emendationis tuæ

qualit

A qualitate cęteri sine dubio corrigantur.

Non solùm autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis interdicitur: verùm etiam à sanctimonialiũ habitatione prohibentur. Vnde in septima synodo legitur: 1. pars.

Cum sanctimonialibus monachus habitare non licet.

DIffinimus minimè duplex monasterium fieri: quia scandalũ id & offendiculum multis efficitur. Si verò aliqui cũ cognatis mundo abrenuntiare, & monasti
B cam vitam sectari voluerint, debent quidem viri virorum adire cœnobiũ, fœminæ verò mulierum ingredi monasterium. In hoc enim placatur Deus. Quæ autẽ hactenus fuerunt dupla, secundùm regulam sancti patris Basilij, & secundùm præceptionem eius, ita formentur. Non habitẽt in vno monasterio monachi & monachæ. Adulteriũ enim intercipit cohabitatio, si habeat aditũ monachus ad monachã, vel
C monacha ad monachũ secretò singulariter ad collocutionem. Nõ cubet monachus in muliebri monasterio, neque singulariter cum monacha conuiuetur: & quando necessaria vitæ à parte virorũ ad regulares deferuntur monachas, extra portam hæc suscipiat Abbatissa in monasteriũ fœminarũ cum quadã vetula monacha. Porrò si

contigerit vt aliquam propinquam suam videre voluerit monachus, in præsentia Abbatissæ huic confabuletur per modica & compendiosa verba, & in breui ab ea discedat. Item in Regesto Gregorij:

Grego. epi. 28. lib. 1. ad Anthemium.

Monachi & monachæ in nullo simul cohabitent loco.

IN nullo loco monachos & monachas permittimus in vnum monasteriũ habitare: sed nec ea, quæ duplicia monasteria vocantur. & si quid tale est, religiosus Episcopus mulieres quidem in suo loco manere studeat: monachos autem aliud monasteriũ ædificare cogat. Si autem plurima sint talia monasteria, separentur in aliis monasteriis monachæ, & in aliis monachi. Res autẽ quas habent communes, secundùm iura eis competentia distribuantur. Item ex concilio Agathensi:

Cap. 28.

A monasterio monachorum longius construantur monasteria puellarum.

MOnasteria puellarũ lõgius à monasterio monachorũ aut propter insidias Diaboli, aut propter oblocutionẽ hominũ collocentur. Itẽ ex concilio Hispalensi:

Capi. 10. cõ. Spalen. 2.

Puellarum monasteria monachorum præsidio & ministerio regantur.

IN decima actione consensu communi decreuimus, vt monasteria virginum in prouin

A prouincia Bethulica monachorum adminiſtratione ac preſidio gubernentur. Tunc enim ſalubria Chriſto dicatis virginibus probamus, *quando eis patres ſpiritualès eligimus, quorum non ſolùm gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis ædificari poſſint. Ea tamen circa monachos cautela ſeruata, vt remoti ab earũ familiaritate, nec vſque ad veſtibulum habeant accedendi familiare permiſſum. Sed neque Abbatẽ, vel eum qui præficitur, extra eam quæ
B præeſt, loqui virginibus Chriſti aliquid quod ad inſtitutionem vel adminiſtrationem earũ pertinet, licebit: nec cum ea ſola quæ præeſt, frequenter eos loqui oportet, ſed ſub teſtimonio duarum vel trium ſororum: ita vt rara ſit acceſsio, & breuis omnino locutio. Prohibentur etiam ſanctimoniales propria receptacula habere.

* *præbemus.*

9. *pars.*

Vnde Innocentius ſecundus:

Sanctimonialibus receptacula ſeu domicilia priuata habere non licet.

C PErnicioſam & deteſtabilem conſuetudinem quarundã mulierum, quæ licet neque ſecũdùm regulam Beati Benedicti, neque Baſilij, aut Auguſtini viuãt, ſanctimoniales tamen vulgò cenſeri deſiderant, aboleri decernimus. Cùm enim iuxta regulã ſancti Benedicti degẽtes in cœnobiis,

tã in ecclesia quàm in refectorio atque dor A
mitorio communiter esse debeãt, propria
sibi ædificant receptacula & priuata domi
cilia, in quibus sub hospitalitatis velami-
ne passim hospites minùs religiosos cõtra
sacros & bonos mores suscipere nullate-
Ioan. 3. d nus erubescunt. Quia ergo omnis qui ma-
lè agit, odit lucem, ac per hoc ipsi absco-
ditè in iniustorum tabernaculo se opinan-
tur posse latêre oculos iudicis cuncta con-
spicientis: hoc tam inhonestum detestan-
dumque flagitium ne vlterius fiat omnino B
prohibemus, & sub pœna anathematis in-
terdicimus. Simili modo prohibemus, ne
sanctimoniales simul cũ Canonicis & mo
nachis in ecclesia in vno choro conueniãt
10. pars. ad psallendum. Item sunt alij, quos Epi-
scopi prægrauantes, salutem ipsarum ani-
marum negligunt, & quibuslibet occasio-
nibus bona monasteriorum distrahere cu-
piunt. Tales erant quidam clerici Rauen-
natis ecclesiæ, qui simulata religione mo- C
nasteriis cupiebant præfici, non transeun-
tes ad monasticũ habitum, neque renuntiã
Epi. 1. li. 4. tes ecclesiasticæ militiæ. De quibus Gre.
scribit Ioanni Rauennati Archiepiscopo:

Monasteria, clericorum aut laicorum habita
cula fieri non debent.

PEruênit ad me, quòd in ecclesiis frater
nitatis

A nitatis tuę aliqua loca dudum monaſteriis conſecrata, nũc habitacula clericorum aut etiam laicorum facta ſunt: dumque hi, qui ſunt in eccleſiis, fingunt ſe religiosè viuere, monaſteriis præponi cupiunt, & per eorum vitas monaſteria deſtruuntur. Nemo enim poteſt eccleſiaſticis officiis, &c. Et infrà: Proinde fraternitas tua ſi hoc quolibet in loco factum eſt, emendare feſtinet: quia ego nullo modo patiar, vt ſacra loca pro clericorum ambitu deſtruantur. Idẽ *Geg. Mariniano, epi. 40. ſiue ca. 204. lib. 6.*

B Mariniano Archiepiſcopo Rauennati:

Qui in ſacro ſunt ordine conſtituti, in monaſterijs nullam habeant poteſtatem.

DVdum ad nos multorũ relatione peruenerat, monaſteria in Rauennatum partibus cõſtituta, omnino clericorum veſtrorum dominio prægrauari: ita vt occaſione regiminis ea quidem (quod dici graue eſt) velut in proprietate poſsideãt. Quibus non modicum condolentes, prædeceſſori veſtro literas miſimus vt hoc emenda

C re debuiſſet. Sed quoniam vitæ eſt termino citiùs occupatus, ne hoc onus monaſteriis remaneat, fraternitati veſtræ nos eadem ſcripſiſſe recolimus. Et quia (vt comperimus) in huius rei hactenus correctione ceſſatum eſt, hæc audientes, ad vos iterum præuidimus ſcripta dirigere.

hortamur ergo, vt omni mora, omniq́ue excusatione summota, ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis grauamine releuare, quatenus nullam deinceps in eis clerici, vel qui sunt in sacro ordine constituti, ob aliud, nisi hortandi tantummodo causa, accedendi habeant licentiam, aut si fortè ad peragenda sacra missarũ fuerint inuitati mysteria. * Sed ne pro cuiuslibet mònachi aut Abbatis promotione, &c. Et infrà: Nec illic vlterius habeat potestatẽ aliquam: ne monasteria, huius occasionis velamine, ea quę prohibemus, simul cum Canonicis & monachis in ecclesia sustinere onera compellantur. Hæc itaque omnia vigilanti cura emendare iam secundò commonita sanctitas vestra non differat: ne si post hæc negligentes vos esse (quod nõ credimus) senserimus, aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur. nam notũ vòbis sit, quòd tantæ necessitati seruorum Dei congregationem subiacere non patiemur. Idem:

A

* *Ministeria.*

B

C

Gregor. epist. lib. 7. ad Marinianum. 2. pars.

Gratia visitandi & exhortandi monasteriũ Episcopus adire potest.

VIsitandi exhortandiq́ue gratia ad monasterium, quotiens placuerit, ab Antistite ciuitatis accedatur: sed sic charitatis officium illic impleat Episcopus, vt graua

men

A men aliquod monasterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianensi:

Frequenter Episcopi monasteria visitent, & quæ corrigenda sunt, corrigant.

NOn semel, sed sæpius in anno, Episco 12. pars.
pi visitent monasteria monachorum, & si aliquid corrigendum fuerit, corrigatur. Pro talibus qui animarum curam nõ habentes, bona tamen monasteriorum in suos vsus conuertere cupiebant, statutum est, vt monasteria cum suis rebus penitus
B sint libera à potestate & dominio Episcoporum. Quòd autem nullis canonicis iuribus monasteria dicuntur esse subiecta, non ita intelligendum est, quin ipsi Episcopo aliquid nomine eulogiæ vel in die dedicationis, vel in natali sanctorum, quorũ nomine ipsum monasterium dedicatũ est, debeat offerri. Vnde Gelasius Papa ait:

Non debet Episcopus aliquid à monasterio exigere, præter conditiones, quas dedicationis tempore constituerit.

C ELleutherius frater & Coëpiscopus noster queritur, quòd mater eius in casa quæ castellum dicitur, oratorium construxerit ac dedicauerit, & in eodem loco monachos cõstituerit, ex quibus vnus est Presbyter. Hoc autẽ tempore dedicationis inter Episcopum Cardellum (cuius ipsa diœ

cesis est)& matrem suam asserit conuenisse, vt quicquid dedicationis vel natalis Martyrum die, quorum in eodem monasterio reliquiæ sunt, per fidelium oblationes intrauerit: medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietas autem Episcopo offeratur. Contra quam conuentionem Marium Presbyterum (siue sciente, siue nescIente Episcopo) monachis ipsis vel Presbytero, qui ex eis est, vim dicitur intulisse, & frequẽter molestias generare: ita vt memoratum Presbyterum propè ce ciderit, & missas eum facere nullo modo permittat: dicens, vt quasi pensionis nomine aliquid statuere debeat. Hæc igitur omnia diligẽter te examinare iubemus: & si apud te euidenti ratione constiterit, quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superius positæ conuenerint, seruari eas ex nostra autoritate præcipimus: nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur. Sin verò nil tale inter eos constiterit, mediante te, quid Episcopo nomine eulogiæ offerri debeat, inter ipsos monachos & Presbyterum volumus diffiniri: saluo tamen eo, vt Presbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, missas in monasterio suo, sicut consueuit, facere à nullo vlterius debeat prohiberi. Item Vr

A B C

banus

A banus secundus:

Consueta seruitia Episcopis monasteria exhibeant.

SEruitium, quod monasteria, aut eorum eccleſię à tẽpore Gregorij ſeptimi vſq; ad hoc tẽpus fecerunt, & nos concedimus. Canonica ergo iura, quibus monaſteria ſubiecta non ſunt, ſynodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus eſt Abbas (ſicut in Turonico cõcilio ſtatuitur) ad ſynodũ ire, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat. Sunt enim quædã ſeruitutis officia, vt angariæ operũ, crebræ receptiones, annuę exactiones, mulctationes peccãtium, à quibus omnibus monaſteria libera ſunt.

B

CAVSA XIX.

C VO CLERICI ad monaſterium tranſire volunt: vterque licentiã ab Epiſcopo ſuo petiit: vnus relicta eccleſia propria eo inuito, alter dimiſſa regulari canonia, cœnobio ſe contulit. Modò quæritur, an Epiſcopus 1
debeat permittere, vt relicta ꝓpria eccleſia clericus monaſteriũ ingrediatur. Secũdò 2
quæritur, ſi Epiſcopus licentiã dare noluerit, an eo inuito monaſterium poſsit adire.

Tertiò

3 Tertiò quæritur, si contigerit ipsos regulares Canonicos fuisse, vtrùm concedẽdus esset eis monasterij ingressus. A

QVAESTIO I.

An Episcopus debeat permittere, vt relicta propria ecclesia clericus monasteriũ ingrediatur.

QVOD Episcopus licentiã clericis adeũdi monasteriũ dare debeat, in Toletano cõcilio præcipitur: in quo sic statutũ legitur: B

Cap. 49. cõ. Tolet. quarti.

Non debet negari ingressus clericis, qui monachorum propositum appetunt.

CLerici, qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopis in monasteriis largiri oportet ingressus: nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

QVAESTIO II.

Si Episcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito monasterium possit adire. C

Leo pap. 1. epist. 82. ad Anastasiũ Thessa. Episcopum.

INVITO verò Episcopo, clericũ eius à nullo esse suscipiẽdũ, Leo Episcopus testatur, scribẽs Rustico Narbonensi Episcopo:

Inui

A *Inuito Episcopo eius clericũ nemo suscipiat.*

ALienum clericum, inuito Episcopo ipsius, nemo suscipiat. Sed subaudiẽdum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit. Tunc enim liberum est illi etiam Episcopo contradicente, monasteriũ ingredi. Vnde Vrbanus Papa in capitulo sancti Rufini:

Qui monachorum propositum appetit, etiam inuito Episcopo suscipiendus est.

B DVæ sunt, inquit, leges, vna publica, altera priuata. Publica lex est, quæ à sanctis patribus scriptis est confirmata: vt est lex Canonum, quæ quidẽ propter transgressiones est tradita. verbi gratia, Decretum est in Canonibus, clericum nõ debere de suo Episcopatu ad alium transire, sine commendatitiis literis sui Episcopi: quod propter criminosos constitutum est, ne videlicet infames ab aliquo Episcopo suscipiãtur personæ. Solebant enim officia sua,

C cùm non poterant in suo Episcopatu, in alieno celebrare: quòd iure præceptis & scriptis detestatũ est. Lex verò priuata est, quæ instinctu Sancti spiritus in corde scribitur: sicut de quibusdam dicit Apostolus, Qui habent legem Dei scriptam in cor dibus suis: & alibi: Cùm gentes legem non habeant, si naturaliter quæ legis sunt, faciunt, *Hebr. 8. d Rom. 2.*

ciunt, ipsi sibi sunt lex. Si quis horum in ec A
clesia sua sub Episcopo populum retinet,
& seculariter viuit: si afflatus Spiritusan-
cto in aliquo monasterio vel regulari cano
* ali. qui enim lege. nia saluare se voluerit, quia lege * priuata
ducitur, nulla ratio exigit, vt lege publica
constringatur. Dignior est enim lex priua-
ta, quàm publica. Spiritus quidem Dei lex
1. Ti. 1. d est, & qui Spiritu Dei aguntur, lege Dei du
cuntur. & quis est, qui spirituisancto possit
dignè resistere? Quisquis igitur hoc Spiri-
tu ducitur, etiam Episcopo suo contradi- B
2. Cor. 3. cẽte eat liber nostra autoritate. Iusto enim
lex non est posita, sed vbi Spiritus Dei, ibi
libertas, & si Spiritu Dei ducimini, non
estis sub lege.

QVAESTIO III.

Si contigerit Episcopos regulares Canonicos fuisse, vtrùm con cedendus esset eis monasterij ingressus. C

CANONICOS autem regulares ad monasterium transire multis autoritatibus prohibetur. Vnde in concilio Heduensi congregato sub Greg. vij. legitur:

Regulares Canonici, monachi fieri nõ debent.

Nullus

A NVllus Abbas vel monachus Canonicos regulares à propoſito profeſsionis canonicæ reuocare, & ad monaſticum habitum trahendo ſuſcipere audeat, vt monachi fiant, quandiu ordinis ſui eccleſiam inuenire quiuerint, in qua canonicè viuendo, Deo ſeruire, & animam ſuam ſaluare poſsint. Quòd ſi temerario auſu id agere tentauerint, anathematis vinculo obligentur. Item Vrbanus Papa ij.

De eodem.

B MAndamus & vniuerſaliter interdicimus, ne quis Canonicus regulariter profeſſus, niſi (quod abſit) publicè lapſus fuerit, monachus efficiatur. Quod ſi decreto noſtro contraire præſumens agere tentauerit, ad ordinem Canonicum præcipimus vt redeat, & deinceps memorialem cucullam deferat, & vltimus in choro maneat. Subaudiendum verò eſt, Niſi cum patris ſui licentia religionis propoſitum induerit. Vnde Vrbanus Papa ij. ſcribit

C Abbati ſancti Rufini:

Patris ſui conceſsione, regulares Canonici monachi fieri poſſunt.

STatuimus, ne profeſsionis canonicæ quiſpiã, poſtquã Dei vice ſupra caput ſibi hominẽ impoſuit, alicuius leuitatis inſtinctu vel diſtrictioris religionis obtẽtu,

ex eo

ex eodem claustro audeat, sine patris & to A
tius congregationis permissione, recede-
re: discedentem verò nullus Abbatum vel
Episcoporum, nullus monachorum, sine
communi literarum cautione suscipiat.

2. pars. Quæritur, si monasteria quæ semel de-
dicata sunt, possint transire in clericorum
vel secularium habitacula: quod in Chalce
donensi concilio omnibus modis prohibe
Cap. 24. tur capite xxiiij.

Quæ semel sunt dedicata monasteria, semper B
monasteria perseuerent.

QVæ semel sunt dedicata monasteria
consilio Episcoporum, maneant per
petuò monasteria: & res quæ ad ea perti-
nẽt, monasteriis reseruari oportet: nec pos
se ea vltra fieri secularia habitacula. Qui
verò permiserint hoc fieri, subiaceant his
condemnationibus, quæ per Canones con
stitutæ sunt. Itẽ in synodo vij. cap. xxiij.

Qui loca sacra communia diuersoria fecerit, C
clericus deponatur, laicus excommunicetur.

QVoniam à quibusdam viris quędam
venerabiles domus surripiuntur, tã
videlicet Episcopia, quàm monasteria, &
facta sunt communia diuersoria, si quidẽ
voluerint hi qui hæc retinent, reddere ea,
vt secundũ antiquitatẽ restaurentur, bene
& optimè est: alioquin etsi de sacro catalo
go fue

A go fuerint, hos deponi præcipimus. Si verò, laici vel monachi, excõmunicari: quos nimirum conſtat, & cõdemnatos eſſe à Patre & Filio & Spiritu ſancto, & deputabuntur, vbi vermis eorũ nõ morietur, & ignis nõ extinguetur: quia Deo aduerſantur, qui dicit, Nolite facere domũ patris mei, domũ negotiationis. Queritur de his, qui ad cõuerſionẽ veniunt, quo tẽpore debeãt tonſurari. De his ita ſcribit Greg. Papa Fortunato Epiſcopo Neapolitano: *Ioan. 2. c 3. pars.* *Epi. 23. lib 8.*

B *Antequam biennium in conuerſione compleuerit, aliquis tonſurari non debet.*

MOnaſteriis omnibus fraternitas veſtra diſtrictius interdicat, vt eos, quos ad conuerſionẽ ſuſceperint, priùs quã bienniũ in cõuerſione cõpleuerint, nullo modo audeant tonſurare, ſed hoc ſpatio vita moresq; eorum ſolicitè cõprobentur: ne quis eorum aut non ſit contentus eo quod voluit: aut ratũ non habeat quod elegerit. Nã cũ graue ſit, inexpertos hominũ obſequiis

C ſociari: quis poſsit dicere, quantò ſit grauius ad Dei ſeruitiũ improbos applicare? Miles verò ſi conuerti voluerit, priuſquã nobis renuntietur, nullus eum ſine noſtro cõſenſu qualibet præſumat ratione ſuſcipere. Quæritur, ſi ingreſsis monaſteriũ vltrà relinquatur licentia teſtandi? Hoc Gre. *4. pars.*

Greg. epist. 7. lib. 7. Ianuario Caralitano.

prohibet, ita scribens Ianuario Caralitano Episcopo: A

Post monasterij ingressum nulli relinquitur licentia testandi.

QVia ingredientibus monasterium cõuertendi gratia, vlterius nulla sit testandi licentia, sed vt res eorum eiusdem monasterij sint, aperta legis diffinitione decretum est. Item Grego. Papa Cypriano Diacono:

Idẽ Greg. epist. 6. li. 3.

Post monasterij ingressum eidem monasterio omnia sunt conferenda. B

PErlatum est ad nos, Petronellam nomine de prouincia Lucania progenitam, per exhortationem Agnelli Episcopi fuisse conuersam, resque suas omnes, quas habere potuit, licet sibi iure potuissent competere, tamen easdem monasterio, in quod ingressa est, etiam specialiter donationis titulo contulisse. Econtrà Paulus primus Eremita in testamento colobium suum Athanasio Alexandrino Episcopo reliqt, C tunicam verò Beato Antonio: sed aliud est de his qui in monasterium ingressi se & sua tradiderunt, aliud de his qui solitariam vitam ducentes, se nulli ecclesiæ tradere possunt. Illi semel tradita nulli tradere possunt: isti nulli oblata liberè testari valent.

Constit. 2. Authen.

Item in Authenticis Consti. nona:

Si

A SI qua mulier, aut vir, monasticam vitã elegerit, & intrauerit monasterium, liberis non extantibus, monasterio quod ingreditur, res eius competere iubemus. Sed si persona liberos habens, antequàm de rebus suis inter eos disponat, monasterium intret, liceat ei posteà inter eos diuidere, legitima portione nulli diminuta, triente, vel semisse: & quod eis non dederit, monasterio competet. Sed si omnem substantiam inter filios diuidere voluerit,
B sua persona filiis suis connumerata, partem sibi retineat, quæ monasterio competere debeat. Sed si post ingressum moriatur, antequam inter eos diuidat, filij legitimam portionem percipiant, reliqua substantia monasterio competente. In Authenticis de mona. consti. v. in colla. j. *Consti. 26. Authen.*

Nunc autem cùm monachus factus esset, hoc ipso res suas obtulisse videatur, si prius testatus nõ sit, exinde iudicio eius cessante lege disponitur, vt si liberos haberet,
C in quos aut nihil aut minus legitima portione quoquo modo donandi titulo contulerit, eatenus substantiæ monasterio destinatæ detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum. Item ex Nouella:

NOn liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ad hæreditate sua

repellere monachos factos, quamuis dum laici fuerant, in causam ingratitudinis inciderunt. Item non liceat parentibus liberos suos ad solitariam vitam transeuntes abstrahere de monasterio. A

CAVSA XX.

VO PVERITIAE annos agentes, à parentibus monasterio traditi sunt: vnus inuitus, alter spontaneus cucullã induit. ad annos pubertatis veniẽtes, inuitus ad seculare militiã rediit, spontaneus monasterium districtius petit. B

1 Nunc primùm quæritur, si in pueritiæ annis traditi, cogantur religionis propositum tenere.

2 Secundò, si præter voluntatem parentum tonsuram, vel religionis vestem, quis in pueritia accipiat, an possit sibi detrahi, an non.

3 Tertiò, qui præter propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere, an non. C

4 Quartò, si ab vno monasterio in aliud districtius liceat alicui transire.

QVAESTIO I.

Si in pueritię annis traditi cogãtur religionis propositum tenere.

Quòd

A QVOD intra annos pueritiæ traditi, cùm adulti fuerint, liberũ habeant arbitrium manendi vel diſcedendi, probatur autoritate ix. ſynodi, in qua ſic ſtatutum eſt:

Virginitatis profeſſio quo tempore firma eſſe incipit.

FIrma autem tunc erit profeſsio virginitatis, ex quo adulta iam ætas eſſe cœperit, & quæ ſolet apta nuptiis deputari, ac perfecta. Si virginitatis profeſsio tunc in
B cipit eſſe firma, cùm ætas cœperit eſſe adulta, & religionis profeſsio tunc demum debet eſſe firma, cùm ad adultã ętatem peruẽtum fuerit. Sed dic de illa profeſsione agere, quæ in annis pueritiæ proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum conſenſus. Cæterùm quæ à parentibus Deo offertur profeſsio, inuiolatam ſeruari oportet. Vnde Grego. ſcribit ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum: *Gre. Pa. 3. epi. ad Bonifacium.*

C *Non licet de monaſterio egredi, quẽ pater vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari.*

ADdidiſtis adhuc, quòd ſi pater vel mater, filium filiámve intra ſepta monaſterij in infantiæ annis ſub regulari tradiderunt diſciplina, vtrùm liceat eis, poſtquã ad pubertatis annos inoleuerint, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino

deuitamus: quia nefas est, vt oblatis à parẽ A
tibus Deo filiis, voluntatis fræna relaxen-
Cap. 41. tur. Item ex concilio Toletano iiij.

Aut propria professio, aut paterna deuotio, monachum facit.

MOnachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad seculum interdicimus regressus. Item Isidorus: B

In monasterio perpetuò maneant, qui à parentibus traditi sunt.

QVicunq; à parẽtibus propriis in monasterio fuerit delegatus, nouerit se
1. Reg. 1. d ibi perpetuò mansurũ. Nam Anna Samuel puerum suum natum & ablactatum Deo pietate obtulit, qui et in ministerio templi, quo à matre fuerat deputatus permansit,
Epis. 41. li. 1. ad Anthemium. & vbi constitutus est, deseruiuit. Item ex Regesto Gregorij:

De eodem. Palea. C

QVia autem in insulis dura est congregatio monachorum, etiam pueros in eisdem monasteriis ante xviij. annorum tẽpora suscipi prohibemus: vel si qui sunt, tua eos prouidentia auferat, & in vrbem Romanam transmittat. Hoc in Palmaria, aliisque prouinciis te per omnia volumus

cust

A custodire. Item ex concilio Triburiensi:

Qui à progenitoribus monasterio traditus est, de eo egredi non licet.

QVem progenitores ad monasterium tradiderunt, & in ecclesia cœpit canere & legere, nec vxorem ducere, nec monasterium deserere poterit: sed si discesserit, reducatur: si tõsuram dimiserit, rursus tondeatur: vxorem si vsurpauerit, dimittere compellatur. Item ex pœnitentiali Theodori: *Palea.*

B INfans pro infante potest dari in monasterio, quamuis alter vocatus sit. Tamen melius est votum soluere. Similiter & pecora æquali pretio, si necesse est, sunt redimenda. Ex his autoritatibus colligitur, quòd paterna professio pueros tenet obligatos: nec licebit eis à proposito discedere, quod paterna deuotione in puerilibus annis susceperunt. Sed obiicitur illud Leonis Papæ: *2. part.* *Leo Papa 1. tpi. 90. ad Rusticum Episcopũ.*

C *Non licet puellis nuptias eligere quæ spõtanea voluntate virginitatis susceperunt propositum.*

PVellæ, quæ non parentum coactæ imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositum atq; habitum susceperint: si postea nuptias elegerint, præuaricantur, etiam si nondum eis cõsecratio accesserit: cuius vtique non fraudarentur munere, si

in propositio permanerẽt. Ambigi verò nõ potest, crimen magnũ admitti, vbi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam si humana pacta non possunt impunè calcari, quid de eis manebit, qui corruperint fœdera diuini sacramenti? Cùm ergo in principio huius capituli dicatur, Puellæ quæ non coactæ imperio parentum, datur intelligi, quòd si coactæ habitũ virginitatis sumpserint, sine pręuaricatione ipsum deserere possunt: sed puella hæc nubilis intelligitur, cuius (vt in sequentibus demõstratur) post xij. annũ liberũ est arbitrium, nec in electione propositi cogitur sequi parentum imperium. Sic & illud intelligẽdum est, quod est statutum in synodo habita ab Eugenio Papa: A B

Extra voluntatem propriam retrusi in monasteriis non teneantur.

SIcut qui monasteria elegerunt, à monasteriis egredi non permittuntur: ita hi qui inuiti sine iusta offensionis causa sunt intromissi, nõ nisi volentes teneantur: quia quod non petunt, non obseruant. Ideoque tales considerandi sunt magis peccata committere, quàm plangere: sicut in Decreto sanctissimi Leonis Papæ manifestissimè continetur libro sexto. Vnde Macellinus Papa: C

Palea.

Illud

A ILlud autem ſtatuendũ eſſe cenſemus, vt ſi in minori ætate filij monaſterio oblati fuerint, vel ſacram tonſuram vel velamina ſuſceperint, dignum quidem duximus, vt xv. anno à Prælatis monitiverbis inquirãtur, vtrùm in ipſo habitu permanere cupiant, an non. ſi verò permanere profeſsi fuerint, vlterius pœnitẽdi locum minimè amplecti poſſunt. Si verò ad ſecularem habitum reuerti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur: quia ſatis inutile
B eſt, vt coactà ſeruitia Domino præſtentur.

Velamen autem non licet imponere virginibus, niſi certis diebus. Vnde Gelaſius Papa omnibus Epiſcopis: *3. pars. Cap. 14. epi. ad Epiſcopos per Lucaniam.*

Non niſi certis diebus velamen imponatur virginibus.

DEuotis virginibus, niſi aut in Epiphaniarum die, aut in Albis Paſchalibus, aut in Apoſtolorum natalibus, ſacrum velamen minimè imponatur, niſi forſan (ſi-
C cut de baptiſmo dictum eſt) graui languore correptis. Ne autem ſine hoc munere de ſeculo exeant, ſimplorantibus non negetur. Viduas autem velare Pontificum nullusattentet. Tempus quoque conſecrationis earum ſimiliter obſeruatur. Vnde Gregorius in Regeſto: *4. pars. Greg. epiſ. 11. lib. 3.*

Ante ſexageſimũ ætatis ſuæ annum virgines

non consecrentur. A

IVuenculas fieri Abbatissas vehementissimè prohibemus. Nullam igitur fraternitas tua, nisi sexagenariã virginẽ, cuius vita atque mores hoc exegerint, velari per
Cap. 4. cõc. Cartha. 3. mittat. Item ex cõcilio Carthaginiẽsi iij. SAnctimoniales ante annum quadragesimum non velentur. Item ex concilio Africano quarto:

Ante xxv. annum virgines nõ consecrentur.

PLacuit vt ante xxv annos nec Diaconi B ordinentur, nec virgines consecrẽtur: & vt lectores populum non salutent.

Iuo lib. 3. de virginibus refert. Item Pius Papa:

VIrgines non velẽtur ante xxv. annos, nisi fortè necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, & non sunt consecrandę, nisi in Epiphania, & in sabbato Paschę, & in Apostolorum natalitiis, nisi mortis
3. pars. causa vrgente. Quamuis autẽ viduæ velari prohibeantur, viduitatis tamen professio in scriptis ab eis est facienda. Vestis quo C que professioni conueniens est eis tradenda: qua vbique vtantur. Vnde in concilio Toletano decimo:
Cap. 4.

Professionẽ viduitatis faciant, & habitum sumant religionis, quæ castitatẽ seruare proponũt.

VIdua, quæ sanctæ religionis propositum obtinere voluerit, Sacerdoti

vel

A vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quẽ ad se venire cõtigerit, scriptis professionẽ faciat à se aut signo aut subscriptione notatam, continentẽ se religionis propositum velle, & hoc perenniter, inuiolatè seruare, tũc accepta à Sacerdote, vel ministro, apta religionis professioni veste, seu in lectulo quiescens, siue in quocũque loco consistens constanter vtatur, nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadẽ sit notabilis vestis, sed religiosa & non suspecta.

B

QVAESTIO II.

Si quis præter voluntatem parentum tonsurã vel religionis vestẽ in pueritia accipiat, an possit sibi detrahi.

C DE HIS verò, qui præter volũtatem parentũ tonsurã vel religiosam vestẽ susceperint, sic diffinitur in x. cõcil. Toletano: *Cap. 2.*

Tonsura, vel vestis religiosa, in minori ætate susceptа, à parentibus irrita fieri potest.

SI in qualibet minori ætate vel religionis debitã vestẽ, vel tonsurã in vtroque sexu filiis, aut vnus aut ambo parentes dederint fortè, aut nolentibus aut nescientibus se susceptam, non mox visam in filiis

abdic

abdicauerint, sed vel coram se, vel corã Epi A
scopo, palamque in conuentu eosdem filios
talia habere permiserint, ad secularem re-
uerti habitum filiis ipsis quandoque peni-
tus non licebit, sed conuicti quòd tonsu-
ram aut religiosam vestem aliquando ha-
buerint, mox ad religionis cultum habitũ-
que reuocentur, & sub strenua districtione
huiusmodi obseruantiæ inseruire cogan-
tur. Parentibus sanè filios suos religioni
tradere non amplius, quàm vsque ad quar
tumdecimum eorum ætatis annum, licen- B
tia poterit esse, postea verò an cum volun-
tate parentum, an si suæ deuotionis sit soli
tarium votum, erit filiis licitũ religionis
assumere cultum. Quisquis autẽ vel aboli-
tione tonsuræ, vel secularis vestis assum-
ptione detectus fuerit attigisse trãsgressio-
nem, & excommunicationis censuram aci
piat, & religioni semper inhæreat.

Cap. 24. Item ex concilio Triburiensi:

Vsque ad annos xij. paternæ voluntatis puella C
subiaceat arbitrio.

PVella si ante xij. annos ætatis spontè
sua sacrum sibi velamen assumpserit,
possunt statim parentes eius vel tutores id
factum irritum facere, si voluerint: at si an
num & diem dissimulando consenserint,
vlterius nec ipsi, nec ipsa, mutare pote-
runt.

A runt. Si verò in fortiori ætate adoleſcentula, vel adoleſcens ſeruire Deo elegerit, non eſt poteſtas parentibus prohibendi.

Velamen autem nulli ſanctimoniali alteri imponere licet. Vnde Eutychianus Papa ait: 2. part.

Abbatiſſa præſumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur.

STatuimus, vt ſi Abbatiſſa, aut quęlibet ſanctimonialis, poſt hanc diffinitionẽ in tantam audaciam proruperit, vt viduã B aut puellam virginem velare præſumat, iudicio canonico vſque ad ſatisfactionem ſubdatur. Hac autoritate prædicta & paterna profeſsione docetur adſtringi quilibet in puerilibus annis, & præter voluntatem eorum propoſito ſuſcepto perhibetur teneri, niſi tonſuram vel religioſam veſtem parentes mox viſam abdicauerint. 3. part.

Paruuli verò dũ offeruntur, non niſi ſub multorum teſtimonio ſuſcipiendi ſunt.

C Vnde in ix. ſynodo legitur:

Infantes oblati à parentibus, ſub plurimorum teſtimonio ſuſcipiantur.

OPortet infantes cum voluntate & conſenſu parentum, imò ab ipſis parentibus oblatos, ſub teſtimonio plurimorum ſuſcipi: vt omnis occaſio maledicti, gratia excludatur hominum peſsimorum.

QVAESTIO III. A

Si quis præter propriam voluntatem cucullam induerit, an cogatur eam retinere.

QVOD autẽ qui inuitus propositũ religionis susceperit, non sit cogendus ad inuiti propositi obseruationem, testatur Leo Papa, dicens:

Leo. 1. epi. 90. ad Rusticum Episcopum.

Non potest deseri propositum monachi sponte susceptum. B

PRopositũ monachi proprio arbitrio & voluntate susceptũ, deseri nõ potest absque peccato. Quod enim quis vouet Deo, debet reddere. Vnde qui relicta singularitatis professione, ad militiam, vel ad nuptias deuolutus est, publicæ pœnitentię satisfactione purgãdus est: quia etsi innocẽs militia est, & honestũ potest esse cõiugiũ, electionẽ tamen meliorũ deseruisse, transgressio est. Itẽ ex conci. Toleta. vij. C

Cap. 6. con. Tolet. 6.

Qui religiosum habitum sponte susceptum deserere voluerit, ad ipsum redire cogatur.

PRocliuis autem cursus est ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis virorũ, vel mulierum, habitũ semel induerit spontaneè religiosum: aut si vir deditus ecclesię, vel fœmina

A mina fuerit delegata puellarũ monaſterio, in vtroque ſexu præuaricator, inuitus reuerti cogatur, vt vir detõdeatur, & puella ad monaſterium regrediatur. Si autẽ quolibet patrocinio deſertores permanere voluerint, Sacerdotali ſententia à Chriſtianorum cœtu habeantur extorres, vt nec locus eis vllus ſit cõmunionis. Viduæ quoque (ſicut iandudum vniuerſalis ſtatuit ſynodus) profeſsionum vel habitus ſui deſertrices ſuperiori ſententia condemnen-
B tur. Item ex concilio Chalcedonenſi: *Cap. 7.*

Semel in clero taxati, vel monaſteriis deputati, ad militiam non redeant.

EOs qui ſemel in clero taxati fuerint, ſiue in monaſterio deputati, decreuimus neque ad militiã, neque ad honores ſeculares venire. Eos autẽ, qui hoc auſi fuerint facere, & non eius rei pœnitere maluerint, vt ad hoc idem reuertãtur, quod ante obtentu Dei ſibi propoſuerunt, conuenit
C anathematizari. Cùm dicitur, propoſitum monachi proprio arbitrio & voluntate ſuſceptum, intelligitur quòd ſi propria voluntate ſuſceptum non fuerit, obſeruari non cogitur. Vnde Nicolaus Papa ſcribit omnibus Epiſcopis in regno Ludouici: *2. part.* *Nico. 1.*

Monaſterialibus diſciplinis nullus inuitus ſubiiciatur.

Præſens

PRęsens clericus, nomine Lambertus, A
vnà cũ patre suo nomine Atho, quondam videlicet Comite, nunc autem clerico, ad limina Apostolorũ properans, adiit præsentiã nostrã, asserens, qualiter idẽ pater eius in laicali adhuc ordine, in prędiis propriis ædificasset duo monasteria, voluntatem gerens, vt post suum decessum præsens eius filius Lambertus in locum eius succederet, quem infra teneram ætatẽ inter octauum & decimum annũ constitutum memoratus pater proprio arbitrio, B
absque regulari institutione, extra omnem illius voluntatẽ, cucullam induit. Igitur post quoddã ipsius tẽporis spatiũ (vt ipse dicit) Salomon Episcopus, cũ quibusdam aliis, absque patris oblatione, vel Abbatis percepta benedictione, eundem Lambertũ monasticũ habitũ induere fecit (vt ferũt) inuitũ, & sub hac occasione, paterna seu materna hæreditate à fratribus suis priuatum esse, atque contra omnem (vt dictum C
est) voluntatem suam quasi regularem illũ monachum permanere volunt. Super qua re diligenti cura inuestigãtes, etiã sub adiuratione patrẽ ipsius, si verũ diceret, interrogauimus: sed idem pater Atho respõdit se talem habuisse & habere voluntatem, vt filius suus verus monachus fieret, & in

locum

A locum ei ſuccederet. Sub teſtificatione autem iureiurando firmauit, quòd quãdo primitus ei cucullã induit, idẽ Lãbertus ſemper reſtitit, & nunquã ſe fieri monachũ cõſenſit: ſed demum ab inſequentibus monaſtico habitu violenter eſt indutus, aſſerens quòd nũquã regulã aliquã promiſit: neque ego pater eius pallio altaris indutũ illum obtuli, neque à quocunque Sacerdote vel Abbate (vt mos poſcit) benedictione percepta regulæ vnquã ſe fieri monachũ ſubie
B ctum futurũ promiſit. Super his omnibus proteſtatus eſt prẽfatus Atho: quia ſi eo tẽpore tam duræ obſeruantiæ monaſticã intellexiſſet regulã, nunquã eundẽ filiũ Lambertũ coëgiſſet portare cucullam. Quapropter cõſultè Pſalmographi verba recolentes, quibus voluntariè ſe Deo ſacrificare pronũtiat, & volũtaria oris ſui beneplacita fieri in conſpectu Dei obſecrat: prẽſentẽ (vt dictum eſt) clericũ, nomine Lambertũ, minimè debere exiſtimauimus ſub tali
C violentia fieri monachũ. Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit. Quod autẽ nõ diligit, facilè contẽnit. nullum ergo bonũ, niſi voluntarium. Idcirco dominus non ferendam in via virgã, per quã violẽtia vlli inferatur, prẽcepit. Quapropter conſultius agetur ſi piis ſuaſioni-

bus contemptum mundi & amorem Dei A
prædicando, quàm violentiam inferendo,
ad cęleſtem amorem illũ accenderitis. Vn-
de omniũ veſtrũ charitati hãc noſtri Apo-
ſtolatus mandare decreuimus epiſtolam,
monentes atque præcipientes, quatenus ſi
ita verum eſt, vt iſti dicunt, nullus Epiſco
pus, vel Abbas, ſeu monachorũ reliquorũ
conuentus, monaſticis illum regulis inuitum ſubiacere compellat, neque vllo modo fratres eius per hanc occaſionem licentiã habeant paterna ſeu materna illum hęreditate priuare: ſed vſque dum diuina inſpiratione cõpũctus propria voluntate regulæ ſe ſubdat, liceat eũ à mundanis & laicalibus remotũ vagationibus, vel negotiis inter religioſos & eccleſiaſticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus (quod abſit) Canonicos religioſos à ſanctorũ monachorum conſortio ſeiunctos: quia vnuſquiſque ſecundũ Apoſtolũ propriã mercedẽ accipiet ſecundũ laborẽ ſuũ. C

2. pars. Si verò Epiſcopi vel Abbatis illecti promiſsionibus aliqui tonſuram vel religionis veſtẽ ſuſceperint, ipſi quidẽ in eo quod cœperunt permaneant: res verò eorũ hęredibus ſuis reſtituantur. Vnde in Magun tinenſi concilio legitur, cap. xxiij.

Reſtituantur hæredibus res eorum, qui ab Epiſcopis

A *scopis, vel Abbatibus decepti, comas deposuerũt.*

CONstituit sanè sacer iste cõuentus, vt Episcopi siue Abbates, qui non in fructum animarũ, sed in auaritiam & turpe lucrum inhiãtes, quoslibet homines circũueniẽdo totonderunt, & res eorũ tali persuasione surripuerũt, pœnitẽtię canonicę, vtpote turpis lucri sectatores, subiaceant. Hi verò, qui illecti comam deposuerunt, in eo quod acceperunt, perseuerare cogantur: res verò eorum hæredibus reddantur. *Suprà ea. 16. qua. 7. c. Constituit.*

B

QVAESTIO IIII.

Si ab vno monasterio in aliud districtius liceat alicui transire.

QVOD verò ab vno monasterio in aliud districtius transire monachis liberum sit, ex concilio Triburiensi habetur, in quo sic statutum est: *Cap. 26.*

C *Non sunt prohibẽdæ virgines sacræ, quæ causa religionis aliud monasteriũ adire desiderant.*

VIrgines sacræ, si pro lucro animæ suę propter districtiorẽ vitã ad aliud monasteriũ pergere dispoſuerint, ibidemque cõmanere decreuerint: synodus concedit. Si verò fuga disciplinæ alium locum quęsierint, redire cogantur. Quod autem de virginibus sacris hoc capitulo statuitur, *2. part.*

de monachis etiam consequenter intelligitur, & de quolibet etiam clerico. Sed obiicitur illud Basilij: A

Vota monachi sine consensu Abbatis sui, irrita sunt.

MOnacho nõ licet vota vouere sine cõsensu Abbatis sui: si autẽ vouerit, frãgendũ erit. Item illud Agathen. cõcilij: Cap. 27.

Monachum nullus suscipiat, aut ordinet, absque Abbatis sui permissu.

MOnachũ, nisi Abbatis sui permissu, aut voluntate, ad alterum monasterium commigrantẽ, nullus Abbas suscipere aut retinere præsumat: sed vbicunq; fuerit, Abbati suo autoritate Canonum reuocetur. Item clericis, sine commendatitiis literis Episcopi sui, licentia non pateat euagandi. In monachis quoque præsentis sententiæ forma seruetur: quos si verborũ increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coërceri. Seruandũ quoque de monachis statuimus, ne eis ad solitariam cellulam liceat à congregatione discedere: nisi fortè probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem, asperior Abbatis licentia regula remittatur: quod ita demum fiat, vt intra eadem monasterij septa manentes, tamen sub Abbatis potestate, separatas habere B C

cellu

A cellulas permittantur. Abbati quoque singulas diuersasque cellulas habere, aut plura monasteria, non liceat, nisi tantùm propter incursum hostilitatis intra ciuitatis muros receptacula collocare. Verùm hoc intelligendum est de monachis religiosè viuentibus: quibus vota specialis abstinentiæ vel alicuius districtionis quæ generalem consuetudinem suorum fratrum excedat, sine Abbatis consensu vouere non licet, ne super eos fratres scandalizentur.
B Causa etiam illorum statutum est hoc, qui regularem disciplinam subterfugientes, peregrinationis suæ vota sibi adsumunt: quod nec monacho nec alicui clerico licet, ne hac occasione ad secularem conuersationem redeat.

CAVSA XXI.

C ARCHIPRESBYTER cuiusdã ecclesiæ, Prępositurã alterius accepit, nec priorẽ vult relinquere: seculariũ quoque negotiorum procurator efficitur: qui claris & fulgidis vestibus se exornãs, ab Episcopo suo corrigitur: relicto officio suo ad secularẽ iudicẽ habet cõfugiũ. Primũ quæritur, an cle- I

ricus in duabus ecclesiis possit conscribi. A
2 Secũdò, si vnã voluerit relinquere, an li
3 ceat ei ad aliã transire. Tertiò, an procu
rationes secularium negotiorũ clericis liceat
4 susscipere. Quartò, an claris & fulgidis
5 vestibus eis ornari expediat. Quintò, an
ab Episcopo correcti, suũ officiũ relinque-
re, & ad seculare iudicẽ confugere valeant.

QVAESTIO I.

An quis possit in duabus ecclesiis conscribi. B

IN DVABVS ecclesiis aliquem connumerari posse, septima synodus prohibet, dicens:

In duabus ecclesiis clericus conscribi nullo modo debet.

CLericus ab instãti tẽpore nõ cõnumeretur in duabus ecclesiis. Negotiationis enim hoc est, & turpis lucri propriũ cõ modũ, & ab ecclesiæ cõsuetudine penitus
Mat. 6. c alienũ. Audiuimus enim ex ipsa dominica C
ca voce, ꝙ nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnũ odio habebit, & alterũ diliget: aut vnũ sustinebit, & alterũ cõ-
1 Cor. 7. d tẽnet. Vnusquisq; enim secũdũ Apostolicã vocẽ, in quo vocatus est, in hoc debet manere, & in vna locari ecclesia. Quæ enim propter turpe lucrũ in ecclesiasticis rebus

effe

A efficiuntur, aliena cõſiſtunt à Deo: ad vitæ verò huius neceſsitatẽ ſtudia ſunt diuerſa. Ex his ergo, qui voluerit acquirat corpori opportuna. Ait enim Apoſtolus: Ad eaquę mihi opus erãt, & his qui mecũ ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Et hoc quidẽ in hac vrbe ſeruandum: cæterùm in villis, quę foris ſunt, propter inopiã hominũ indulgeatur. Sed duæ eccleſiæ intelliguntur eccleſiæ duarum ciuitatum: in quibus nullus debet conſcribi. Vnde in Chalcedonenſi Act. 20. Cap. 10.

B concilio ſtatutum eſt: *De eodem.*

CLericum in duarum eccleſiis ciuitatũ conſcribi non oportet. Sed econtra nonnunquàm Epiſcopus ciuitatis vnius efficitur Archiepiſcopus alterius ciuitatis: nec tamen priorem eccleſiam deſerit: ſed prior eccleſia quaſi commendata relinquitur: ſecunda quaſi intitulata habetur. Vnde Leo quartus ſcribit:

In vna eccleſia titulatus, alteram ſibi commẽdatam poteſt habere.

C QVi plures eccleſias retinet, vnã quidem titulatam, aliam verò ſub commendatione retinere debet. Sic & illud Agathen. conci. intelligendum eſt: Cap. 17.

Duobus monaſteriis vnus Abbas præeſſe nõ põt.

VNum Abbatem duobus monaſteriis præſidere interdicimus. Poteſt

etiam vtrique tanquam titulato, præesse, A
sed iure speciali, non communi. Vnde
Gregorius:

Epistol.13. libro 2.ad Agnellum Episcopũ.

Vnus Episcopus duabus præficitur ecclesiis.

RElatio cleri simul & populi Terracinensis gentis nos valde lætificat, ob hoc quòd de tua fraternitate bona testatur: & quia defuncto Pontifice suo Petro, sibi Cardinalem postulante constitui Sacerdotem, eorum desyderia necessariò complenda esse præuidimus. Tota ergo mentis intentione ita lucrum animarũ Domino nostro facere festinato, vt digna te merces ante conspectum eius in die retributionis inueniat. Quicquid verò de prædictæ rebus ecclesiæ, vel eius patrimonio seu cleri ordinatione promotionéve, & omnibus generaliter ad eum pertinentibus, solerter atq; canonicè ordinare facereque prouideris, liberam habebis (quippe vt Sacerdos proprius) modis omnibus facultatem. B

Grego. ibidem continuò Epist. 13. lib. 2.

Ad eundem.

ILlud quoque fraternitatem tuam scire C
necesse est, quoniam sic te prædictę Terracinensis ecclesiæ Cardinalem esse constituimus Sacerdotem, vt & Fundensis ecclesiæ Pontifex esse nõ desinas: nec curam gubernationemque eius prætereas: quia ita fraternitati tuæ sæpe dictę Terracinen. ec

clesiæ

A clesiæ curam iniungimus, vt Fundensis ec clesiæ tibi iura potestatémve nullo modo subtrahamus. Non enim potest vtriq; præ sidere tanquam titulatæ: sed vni tanquam commendatæ, alteri verò tanquam titulatæ, præesse valet.

QVAESTIO II.

Si vnam quis voluerit relinquere ecclesiam, an liceat ei ad aliam transire.

B QVI VERO relicta sua ecclesia ad aliã transire voluerit, nequaquã sine dimissoriis literis sui Episcopi suscipiat. Vnde in vij. synodo legit: *Sine dimissoriis literis in aliena ecclesia clericus non ordinetur.*

QVoniam diuersarum ecclesiarum clerici suas, in quibus ordinati sunt, ecclesias relinquẽtes, ad alios cõcurrunt Epi
C scopos, & ignorante Episcopo proprio in alienis constituuntur ecclesiis, vbi contingit eos sine sui examinatione permanere: præcipimus amodo, vt nullus clericorum omnino in quocunque gradu sit, licentiam habeat sine dimissoriis literis sui Episcopi in altera constitui ecclesia. Qui verò hoc amodo non obseruauerit, ad opprobrium

eius, qui ordinauerit eum, deponatur, tam ipse, quàm qui eum sine ratione susceperit. Item ex conci. Hispalensi: A

Cap. 3. con. Spalēsis 2.

Ad aliam ecclesiam transire clerico non licet, si propriis ministeriis sua fuerit destituta.

PLacuit, vt si quis clericus, ministeriis ecclesiæ propriæ destitutis, ad aliam transitum fecerit, compellente, ad quem confugerit, Sacerdote, ad ecclesiam, quam prius incoluerat, reuertatur. Qui verò eũ susceperit, nec sine vllo statim nisu exceptionis ad propriam ecclesiam remittendum elegerit: quandiu eum restituat, communione se priuatum cognoscat. Deserto- B rem autem clericum cingulo honoris atq; ordinis sui exutum aliquo tempore monasterio relegari conuenit: sicq; postea in ministeriũ ecclesiastici ordinis reuocari. Nã non poterit in talibus propagationis abolere licentia, nisi fuerit in eis per correctionem disciplinę subsecuta correctio. Obii citur autem illud Chalcedo. conci. C

Cap. 10.

Nihil commune habeat cum ecclesia priori, qui de vna ad aliam translatus est.

9. pars. SI quis iam translatus est ab vna ecclesia in aliam, nihil habeat commune cũ priori, siue sub ecclesia constitutis Martyriis, siue in parœciis, siue in xenodochiis, aut eorum negotiis. Eos verò qui ausi fuerint

A rint poſt ordinationẽ huius magnæ & vniuerſalis ſynodi agere, quæ prohibita ſunt, ſtatuit ſancta ſynodus cadere de proprio gradu. Aliud eſt transferri, atque aliud propria temeritate tranſire. illud Apoſtolica autoritate fieri licet: hoc verò omnibus modis prohibetur. Sicut autem duabus eccleſiis vnus præponi nõ debet, ita nec vna eccleſia inter plures diuidi valet. Vnde in Rhemenſi conci. legitur: *3. part.* *Ino libr. 2. de presbyt. & cor. refert.*

Vna eccleſia duobus Sacerdotibus diuidi non
B *poteſt.*

SIcut in vnaquaque eccleſia vnus Preſbyter debet eſſe, ita ipſa quæ ſponſa vel vxor eius dicitur, non poteſt diuidi inter plures Presbyteros: ſed vnum tantummodo habebit Sacerdotem, qui eam caſtè & ſyncerè regat. Vnde interdicimus, vt nullus præſumat eccleſiam inter duos vel plures diuidere: quia eccleſia Chriſti, vxor & ſponſa debet eſſe, non ſcortum: ſicut Calliſtus Papa teſtatur. Conductitiis quoq;
C Presbyteris eccleſia committi non debet. *4. pars.*

Vnde Innocen. ij.

Cõductitius Presbyteris eccleſia nõ cõmittatur.

PRæcipimus etiam, ne cõductitiis Preſbyteris eccleſia committatur: ſed vnaquæque eccleſia, cui facultas ſuppetit, proprium habeat Sacerdotem.

Quæ

QVAESTIO III. A

An procurationes secularium negotiorum clericis liceat suscipere.

QVOD autem clerici seculariũ negotiorum procuratores esse nõ valeant, autoritate Carthaginiẽsis cõcilij primi probatur: in quo Nicolaus Papa Episcopis * Castilianis dixisse legitur:

* *Castulonensibus.*

Palea. B

PEruênit in sanctam synodum, quia de eis qui in clero connumerantur, quidã propter turpis lucri gratiã, maiorum possessionum conductiones & seculares causas suscipiant: & seipsos quidem à ministeriis sanctis per desidiam separent: ad domos autẽ secularium concurrant, & substãtiarum eorum gubernationes auaritiæ causa suscipiant. Decreuit igitur sancta synodus, neminem deinceps eorum, hoc est, nõ C Episcopum, siue clericum aut monachum, conducere possessiones: aut misceri secularibus procurationibus: nisi fortè qui legibus ad minorũ ætatum tutelas siue procurationes inexcusabiles attrahatur, aut cui ipsius ciuitatis Episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum

A norum aut viduarum, quæ indefensę sunt, aut earum personarum, quæ maximè ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis verò transgressus fuerit hæc statuta, correctioni ecclesiasticæ subiaceat. Item ex concilio Carthag. j. Nicolaus Episcopus * Castilianis dixit:

* Castulonensibus. Cap. 6.

Qui clero annexi sunt, secularium possessionũ procuratores non fiant.

C Redo placere suggestionẽ meam sanctitati vestræ: & displicere vobis, vt B qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, accedãt ad actiones seu administrationes, vel ad procurationes domorũ secullariũ. Gratianus Episcopus dixit, Apostolorũ statuta sunt, quę dicũt, Nemo militãs Deo, implicat se negotiis secularibus. Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorũ. Vniuersi dixerunt, Hoc obseruemus. Itẽ ex concilio Carthaginensi quarto. *De eodem.*

2. Tim. 2. a

Cap. 15. cõc. Cartha. 3.

C Placuit, vt Episcopi, Presbyteri, et Diaconi, vel quicunque clerici, non sint cõductores, aut procuratores, neque vllo turpi vel inhonesto negotio victum quærant: quia respicere debent scriptum esse, Nemo militãs Deo, implicat se negotiis secularibus. Itẽ ex epistola Cypriani ad Presbyteros & Diaconos & plebem Furnensem:

2. Tim. 2. a

Cypri. epist. 9. libr. 1. ad clerũ Furnensem.

Secula

Secularium negotiorum procurationem cleri A
ci non suscipiant.

CYprianus Presbyteris & Diaconis plebi Furnensi constitutis salutẽ. Iam pridem concilio Episcoporum est statutũ, ne quis de clericis, & Dei ministris, tutorem ac curatorem testamento suo nomina uerit: quandoquidem singuli diuino Sacerdotio honorati, & in clericorum ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deseruire, & precibus atque orationibus
2. Tim. 2. a vacare debeant. Scriptum est enim: Nemo B militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt possit placere ei, cui se probauit. Quod Episcopi & antecessores nostri religiosè considerantes, & salubriter prouidẽtes censuerunt, ne quis decedens, ad tutelã vel curam clericum nominaret: ac si quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim ante altare Dei merentur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & ministros volunt auo- C
Cypri. in eadem epist. care. Item ex eadem:

Non licet clericis mollitiis & secularibus rebus obligari.

* Molestiis *MOllitiis & secularibus rebus laqueisque obligari non debent, qui diuinis rebus & spiritualibus occupati sunt,

nec

A nec ad terrenos & ſeculares actus vacare.

Item ex eadem:

Ibidē paulò inferius.

Secularibus negotiis clerici non alligentur.

HI qui in eccleſia Domini ad ordinationem clericorum promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina auocētur: nec moleſtiis & ſecularibus negotiis alligē tur, nec ab altaribus & ſacrificiis recedat: ſed die noctuque cæleſtibus rebus & ſpiritualibus ſeruiat. Itē vt ſuprà Cyprianus:

De eodem.

Cypr. in eadem epiſto. 9. lib. 1.

B SAcerdotium religiosè decretum & neceſſariè factum, ſeruetur à nobis: ſimul & cæteris fratribus detur exemplū, ne quis Sacerdotes & miniſtros Dei altari eius & eccleſiæ vacantes, ad ſeculares moleſtias deuocet. Obſeruari de cætero poterit, ne quis vltrà hoc faciat circa perſonam clericorū, ſi quod factum eſt, fuerit vindicatū.

QVAESTIO IIII.

An claris & fulgidis veſtibus eis ornari expediat.

C QVOD verò fulgidis & claris veſtibus eis ornari non liceat, in ſeptima ſynodo iubetur, in qua ſic ſtatutum eſt:

Corripiantur clerici, qui vnguentis & claris veſtibus & fulgidis laſciuiunt.

Omnis

OMnis iactura & ornatura corporalis A
à sacrato ordine aliena est. Eos ergo
Episcopos vel clericos, qui se fulgidis &
claris vestibus ornant, emendari oportet.
Quòd si in hoc permanserint, epitimio cõ
tradantur. Similiter & eos, qui vnguentis
vnguntur. Quoniam verò radice amaritu-
dinis exorta, contaminatio facta est in ec-
clesia catholica Christianos calumniantiũ
hæreticorum: hi qui hanc receperunt, non
solùm imaginarias scripturas abominati
sunt, sed etiam omnem reuerentiam repu- B
lerunt, eos qui religiosè ac piè viuũt, offen
dentes: ac per hoc completur in eis, quod
Prou.15. scriptũ est, Abominatio est peccatori Dei
cultus. Igitur si inuenti fuerint deridentes
eos, qui vilibus & religiosis vestibus ami-
cti sunt, per epitimium corrigãtur. Priscis
enim temporibus omnis sacratus vir cum
mediocri aut vili veste conuersabatur. O-
mne quippe, quod non propter necessitatẽ
suam, sed propter venustatem accipitur, C
elationis habet calumniã, quemadmodum
magnus ait Basilius. Sed neque ex sericis
texturis vestem quis variatam induebat,
neque apponebat variorum colorum orna
mẽta in summitate vestimẽtorũ. Audierãt
Mat.11.8 enim, quia qui mollibus vestiuntur, in do-
mibus Regũ sunt. Itẽ ex octaua synodo:

Cleri

A *Clerici ſiue in itinere ambulantes, ſiue alibi degentes, congruis veſtibus ſibi vtantur.*

NVllus eorum, qui connumerantur in clero, veſtimentum indecens habeat, ſiue in ciuitate degens, ſiue in itinere ambulans: ſed ſtolis vtatur, quæ conceſſæ ſunt clericis. Si verò quis tale quid fecerit, per vnam hebdomadam ſuſpendatur. Item Zacharias Papa:

Non ſecularibus veſtibus, ſed ordini ſuo conuenientibus, clerici vtantur.

B EPiſcopi, Presbyteri, Diaconi, ſecularibus indumentis non vtantur, niſi (vt condecet) tunica Sacerdotali: ſed neque dũ ambulauerint in ciuitate, aut in via, aut in plateis, ſine operimento præſumant ambulare, præterquam ſi in itinere longo tẽpore abulauerint: quia ſicut mulier orans in eccleſiis non velato capite, deturpat caput ſuum, iuxta Apoſtolicam vocem: ita Sacerdos ſine operimento deturpat Sacerdotium ſuum. Quòd ſi temerè præſumpſerit contra ſtatuta agere, communione priuetur, donec quæ ſtatuta ſunt, adimplere maturet. Item Leo Papa: 1.Cor.11.b

C *Extra domos ſine proprio ornatu Sacerdotes non appareant.*

SIne ornatu Sacerdotali extra domos Sacerdotes apparere nullo modo cõuenit;

ne vt aliquis secularium, iniurias patiãtur. A Contrarius deinque inuentus, aut desinat, aut canonicæ subiaceat disciplinæ. Item Innocentius Papa secundus:

Careant beneficijs ecclesiasticis, qui corrigi ab Episcopis contemnunt.

PRæcipimus, vt tam Episcopi, quàm clerici, in statu mentis, & habitu corporis, Deo & hominibus placere studeant: & nec in superfluitate scissuræ, aut colore vestiũ, nec in tonsura, intuẽtiũ (quorũ forma & exemplum esse debent) offendant aspectũ: sed potius, quod eorum deceat sanctitatem. Quòd si moniti ab eis emendare noluerint, ecclesiasticis careant beneficiis. B

QVAESTIO V.

An ab Episcopo correcti, suũ officium relinquere, & ad secularem iudicem confugere valeant.

SVVM verò Episcopum relinquere, & ab officio suo discedere, atque ad secularem iudicem confugere, nulli licet. Vnde in Agathensi concil. legitur: C

Cap. 8.

Clericus ad iudicem secularẽ confugiens, de communione ecclesiæ depellatur.

PLacuit, vt clericus si relicto officio propter districtionem ad secularem iudicem

A cem fortasse confugerit,& is ad quem recurrit,solatium ei defensionis impenderit: cum eo de ecclesiæ communione pellatur.

Item ex concilio Antiocheno: Cap.12.

Presbyter,vel Diaconus,ab Episcopo depositus,Imperatorem non adeat.

B SI quis à proprio Episcopo depositus Presbyter vel Diaconus,aut etiam à synodo quilibet Episcopus fuerit exautoratus,molestiam Imperialibus auribus inferre non præsumat:sed ad maiorum Episcoporum synodum sese cõuertat:& quę se putat habere iusta,in eorũ cõcilio alleget,atq; ab his de se expectet, quæ fuerit deprompta sententia. Quòd si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere,sed importunus fuerit Imperatori: huiusmodi nullam veniam ,neq; locum vllius assertionis sue, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum. Item ex concilio Carthaginiensi quinto: Cap.2.

C *Non defensetur ab aliquo, qui Episcoporum iudicio damnatur.*

SI quis cuiuslibet honoris clericus, iudicio Episcoporum pro quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum siue ab ecclesiis,quibus præfuit,siue à quolibet homine defensari,interposita pœna damni pecuniæ atque honoris: à qua nec ętatem,

nec sexum excusandum esse præcipimus. A

Cap. 4. cõc. Arelat. 3. Item ex concilio Arelatensi:

Communione priuetur, qui ecclesiasticæ disciplinæ regulam fugientem defensare præsumit.

SI fortè aliquis clericorum regulam disciplinæ ecclesiasticę subterfugiens, fuerit euagatus: quicunque eum susceperit, & illum Pontifici suo non recõciliauerit, sed magis defensare præsumpserit, ecclesiæ communione priuetur. Item ex concilio Martini Papæ:

Cap. 35. Synodorum Græcarũ à Martino Episcopo Bracharẽsi collectarum.

Spe reconciliationis careat, qui ab Episcopis cõdemnatus, Imperatorem adierit. B

SI quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus excommunicatus in concilio, iniustè se queritur condemnatum, ad maiorum Episcoporum concilium reuertatur: vt eorum inquisitionem & iudicium expectans, si quas se iustas causas habere putat, illis exponat. Si autem contempserit, & importãs se palatio aures Principum inquietare voluerit, hic ad nullam veniã poterit peruenire, neque spem futuræ recõciliationis habebit. Itẽ Gregorius Cõstantino Augusto: C

Grego. epi. 34. lib. 4. ad Constantiam Augustam.

Episcoporum causæ coram Principibus examinari non debent.

SI Episcoporum causæ mihi comissorũ apud piissimos Dominos aliorum patrocinio disponuntur, infelix ego in ista

ecclc

A ecclesia quid facio ? Sed vt Episcopi mei me despiciant, & contra me refugium ad seculares iudices habeãt omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo: hoc tamen suggero breuiter, quia aliquantulum expecto, & si ad me venire distulerint, exercere in eos districtionem canonicam nullo modo cessabo.

CAVSA XXII.

B VIDAM Episcopus iurauit falsum, quod putabat verũ: quo cõperto, Archidiaconus eius iurauit se nunquã prę-staturum ei obedientiam. Compellitur Archidiaconus ab Episcopo ad exhibẽdam sibi consuetam reuerentiam. Accusatur Episcopus de duplici periurio: & de eo, quòd falsum iurauit, & quia Archidiaconum ad peierandum compulit. Primò quæritur, an iuramentum sit
C præstandum, an non. 1 Secundò, si sit periurus qui iurat falsum, quod putabat verum. 2 Tertiò, si licuit Archidiacono denegare Episcopo consuetam obedientiam. 3

Quartò, si cõstiterit esse illicitum, quòd iurauit Archidiaconus, an sit seruandum. 4

Quintò, si cõstiterit illud seruandũ esse, 5

an Episcopus sit reus periurij, qui contra iuramentũ Archidiaconũ suũ ire cõpellit. A

QVAESTIO I.

An iuramentum sit præstandum.

QVOD iuramentum præstandum non sit, autoritate canonicæ scripturæ probatur. Ait enim Christus in Euangelio
Matt. 5. f. discipulis: Sit sermo vester. est est, nõ non: quod autẽ amplius est, à malo est. Item Iacobus in epistola ait: Ante o- B
Iacobi 5. c mnia, fratres mei nolite iurare omnino. Vtraque autoritate iuramentum prohibemur prẽstare. Sed aliud est ad iuramẽtũ spõte accedere, aliud vel ad asserendã innocentiam suã, vel ad fœdera pacis conseruãda, vel ad persuadendũ auditoribus, quãdo pigri sunt credere, quod eis vtile est, iuramẽtum offerre. Primũ prohibetur, secũdũ cõceditur. non enim iurare omnino peccatũ
Cap. 2. est. Vnde in concil. Tolet. viij. legitur: C

Iuramentum pro fœdere pacis est faciendum.

OMne quod in fœdera pacis venit, tũc solidius consistit, cùm iuramẽti hoc interpositio roborat. Sed & omne, quod amicorum animos cõciliat, tunc fidelius durat, cũ eos sacramẽti vincula ligant. Omne enim, quod testibus adstipulatur, verius cõ

stat,

A stat; cùm id iurationis adiectio affirmat. Quòd & si testis deficiat, innocentis fidem sola iurisiurandi taxatio manifestat. Itẽ Aug. super epistolam ad Galatas;

Aug. lib. 2. de ser. Do. in monte.

Iuratio non est prohibenda, nec tanquam bonum appetenda.

NOn est cõtra præceptum Dei iuratio, quæ à malo nõ iurantis est, sed incredúli, à quo iurare cogitur. Nam hic intelligitur ita Dominum prohibuisse à iuramẽto, vt quantum in ipso est, quisque non iuret: quod multi faciunt, in ore habentes iurationem, tanquam magnum & suaue aliquid. Nam vtique Apostolus nouit præceptum Domini, & tamẽ iurauit. Non enim audiendi sunt, qui has iurationes esse non putant. Quid enim facient de illa iuratione, Quotidie morior, per vestram gloriã, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro: quam Græca exemplaria manifestissimam iurationem esse ostendũt? Prohibemur ergo iurare cupiditate aut dilectione iurãdi. quamuis enim iuramentum amplius sit, quã est est, vel non nõ, & ideo à malo sit: non tamen à malo tuo, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum, qui non aliter mouentur ad fidem. Item Augustin. in epistola ad Publicolam:

B

C

1. Cor. 15. d

Matth. 5. f

Epist. 154.

Peierare peccatum est, non iurare.

IN nouo testamento dictum est, ne omnino iuremus: quod mihi quidem propter ea dictum esse videtur, non quia iurare peccatum est, sed quia peierare immane peccatũ est: à quo longè nos esse voluit, qui omnino ne iuremus commonuit. Idem: A

Augu. ser. 28. de verbis Apostoli.

In necessarijs verum iurare, peccatũ non est.

VT nouerit is verum iurare nõ esse peccatum, inuenimus & Apostolum Paulum iurasse: Quotidie morior, per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Per gloriam vestrã, iuratio est. nõ enim sic ait, per vestram gloriam morior, quasi vestra gloria me fecit mori: quomodo si diceretur, per venenum, per gladium, per bestiã, per inimicum mortuus est, intelligeretur faciẽte inimico, faciẽte gladio, faciente veneno mortuus est. B

1. Cor. 15. d

Aug. lib. 1.

Idem de sermone Domini:

Nec tanquam bonum appetendum, nec tanquam malum iuramentum est euitandum.

ITa ergo præcepisse Dominum intelligitur ne iuraretur, ne quisquam sicut bonũ appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, sed in necessariis iurationem habendam, refrænat se, quantum potest, vt non ea vtatur, nisi necessitas cogat: videlicet C

cùm

A cùm videt pigros esse homines ad credendum, quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmetur. Ad hoc vtique pertinet, quod sic dicitur: Sit autem sermo vester, est, est: non, non: hoc bonum est & appetendum: quod autem amplius est, à malo est. Id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suades: quæ infirmitas vtique malum est: vnde nos quotidie liberari precamur, cùm dicimus, Libera nos à malo. Itaque nõ dixit, *Matth. 5. f*

B Quod autem amplius est, malũ est. tu enim malum nõ facis, qui bene vteris iuratione. *Matt. 6. b*

Itẽ Aug. in Serm. Domini in mõte, lib. j. *To. 4. ibi.*

Iurare non est peccatum.

TV malum non facis, qui bene vteris iuratione: quæ etsi non bona, tamen necessaria est, vt alteri persuadeas, quod vtiliter persuades: sed à malo est illius, cuius infirmitate iurare cogeris. Item Hieronymus super Hieremiam: *Hier. 13. d. in cõment. ad cap. 4. Hieremiæ.*

C *Per Deũ iurare permittitur ne p idola iuretur.*

ET iurabunt, viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eũ gentes, ipsumque laudabunt. Quomodo ergo Euangelium iurare nos prohibet? Sed hic iuramentum pro confessione dicitur, & ad condemnationem idolorum, per quæ iurabat Israël. Deniq; offendicula

auferũtur: & iuratur per Dominum Deũ: quodque dicitur, Viuit Dominus, in testamento veteri iurisiurandũ est ad cõdemnationẽ mortuorũ, per quos iurauit omnis idololatra. Itẽ Hiero. super Matt. lib. j. A

Matt. 5. f. Hie. in comẽ. ad ca. 5. Matt.

Infirmis iurare conceditur.

CONsidera, quòd Saluator non per Deũ iurare prohibuit, sed per cælum & terram, & per Hierosolymã, & per caput tuum, & hoc quasi paruulis fuerat lege concessum, vt quomodo victimas Deo immolabant, ne eas immolarent idolis: sic & iurare permitterentur per Deum: non quòd rectè hoc facerent, sed quòd melius est, Deo id exhibere, quàm dæmoniis. B

Cap. 61. Item ex concilio Carthaginiensi iiij.

Excommunicetur clericus, per creaturas pertinaciter iurans.

CLericum per creaturas iurantem, acerrimè esse obiurgandum: si perstiterit in vitio, excommunicandum: inter epulas verò cantantem, suprà dictæ sententiæ severitate coërcendum decernimus. C

Item Pius Papa:

Clericus deponatur, laicus anathematizetur, per capillum vel caput Dei iurans.

SI quis per capillum Dei vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemia contra Deum vsus fuerit: si in ecclesiastico ordine est,

A est, deponatur: si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas iurauerit, acerrimè castigetur: & iuxta id, quod synodus diiudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestauerit, non est dubium, quin diuina condemnatione coërceatur: sed si Episcopus ista emendare neglexerit, acerrimè corripiatur. Quæritur, quis magis teneatur, an ille qui per Deum, an ille qui super sacra Euangelia iurat? Huic quæstioni Ioann. Chrysostom. respondet,

B dicens:

Non est maius per Euangelium, quàm per Deum iurare.

SI aliqua causa fuerit, modicum videtur facere, qui iurat per Deum: qui autẽ per Euangelium, maius aliquid feciſſe videtur. Quibus dicendum est, Stulti, scripturę propter Deum factæ sunt, non Deus propter scripturas. Item Hieronymus:

Non solùm in altari, vel reliquiis, sed etiam in

C *communi loquela periurium caueatur.*

HAbemus in lege Dei scriptum: Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui in vanum. Ideo admonendi sunt omnes, vt diligenter caueant periurium, non solùm in altari seu sanctorum reliquiis, sed etiam in communi loquela. *Leui. 19. b*

Item Isidorus sententiarum lib. ij. *Cap. 31. lib. 2. de summo bono. Tomo 10.*

Non

Non prohibet Deus iurare, sed peierare. A

NOn est contra Dei præceptum iurare, sed dum iurandi vsum facimus, periurij crimen incurrimus. Item Augustin. de verbis Apostoli, sermone xxviij.

Iuratio non est peccatum.

SI peccatum esset iuratio, nec in veteri lege diceretur, Non peierabis: reddes autem Domino iuramenta tua. Non enim peccatum nobis præciperetur. Item non vobis dicimus nos, nõ iurare. Si enim hoc dicimus, mentimur: quantum ad me pertinet, iuro: sed quantum mihi videtur, magna necessitate compulsus, cũ videro mihi non credi, nisi faciam: & ei qui mihi nõ credit, non expedire, ꝙ nõ credit. Hac perpensa ratione, & consideratione librata, cũ magno timore dico, Coram Deo: aut, Testis est mihi Deus: aut, Scit Christus, quòd sic est in animo meo: & video quia plus est, id est, quia amplius est, quàm est est, nõ non: sed hoc quod amplius est, à malo est non iurantis, sed nõ credentis. Ex præmissis colligitur, ꝙ iurare nõ est peccatum: nõ tamen tanquam bonum est appetendum: ne consuetudine iurandi labamur in periurium. Sed cùm dicatur procedere à malo non credentis, videtur ꝙ etsi iurare peccatum non sit, iuramentum tamen recipere malum

Leui. 19. *Mat. 5.* B

C

3. pars.

A malum sit. Sed nomine mali non malitia, sed peccati pœna intelligitur. Ex pœnali enim infirmitate incredulitas illa processit, qua ad iurandum compellimur. Ipsum autem iurare, sicut peccatum non est: ita iuramentum ab aliquo recipere, malum non est. Vnde Aug. scribit ad Publicolam: *Epi. 154.*

Iuramentum accipere non prohibemur.

QVamuis dictum sit, ne iuremus, nusquam me in scripturis sanctis legisse memini, ne ab aliquo iurationem recipiamus. Sed quæritur, an sit vtendum fide eius, qui per dæmonia iurat. De his ita scribit Aug. ad Publicolam:

B *4. part. Epist. eadē 154.*

Licet vti fide eius, qui vt eam seruet, per dæmonia iurat.

MOuet te vtrùm eius fide vtẽdum sit, qui vt eam seruet, per dæmonia iurauerit. Vbi te volo prius considerare vtrũ si quispiam per Deos falsos iurauerit, se fidem seruaturum, & eã non seruauerit, non tibi videatur bis peccasse. Si enim tali iuratione promissam seruaret fidẽ, ideo tamen

C peccasse iudicaretur, quia per Deos falsos iurauerit se fidem seruaturum. Illud autẽ nemo reprehenderet, quia fidem seruauit. Nunc verò quia & iurauit, per quos nõ debuit, & cõtra pollicitam fecit fidem, quod non debuit: bis vtique peccauit: ac per

hoc

hoc, qui vtitur fide illius, quem constat iu A
rasse per falsos Deos, & vtitur non ad ma-
lum, sed ad bonum & licitum, non pecca-
to illius se sociat, qui per dęmonia iurauit,
sed bono pacto eius, quo fidem seruauit.
Neque enim hic eã fidem dico seruari, qua
fideles vocantur, qui baptizantur in Chri-
sto. Illa enim longè alia est, lõgeque discre
ta à fide humanorũ placitorum atque pa-
ctorum. Veruntamen sine vlla dubitatione
minus malũ est, per Deos falsos iurare ve-
raciter, quã per Deũ verũ fallaciter. Quã- B
tò enim id, per quod iuratur, magis san-
ctum est, tantò magis est pœnale periuriũ.

Alia quæstio est, vtrũ nõ peccet, qui per
falsos Deos sibi iurari facit, quia ille qui
ei iurat, iurat per falsos Deos, quos colit?
Cui quæstioni possunt illa testimonia suf-
Gen.21.d fragari, quæ ipse commemorasti de Labã
Gen.31.f & Abimelech: si tamen Abimelech per
Deos suos iurauit, sicut Labã per Deũ So-
1.Mac.8. chot. Sicut etiã cùm in libro Machabęo- C
rum Romani legantur pacẽ firmasse cũ Iu
dæis, intelligendi sunt iurasse per falsos
Deos, sicut & Iudæi iurauerũt per Deum
verũ: sic etiã & de iuramento, quod fit per
creaturas, intelligẽdũ est, quòd ipsum qui-
dem iurare per creaturas, malum est, quia
à Deo prohibitum; sed seruare quod iura-

tur,

A tur, bonum est, vt euitetur peccatum mendacij & dolositatis. Sed obiicitur, q̃ Ioseph vir sanctus per creaturas iurauit, dũ dixit fratribus suis, Per salutẽ Pharaonis non exibitis hinc. Sed sciendum est, quòd sancti non tam per creaturas, quàm per creatorem creaturarum iurabant: nec in creaturis aliud, quã creatorem ipsarum, venerabantur: sicut Ioseph, qui per Pharaonem iurãdo, hoc in eo veneratus est, quòd Dei iudicio positus erat in infimis. Vnde *Gen. 42.a*

B Apostolus ait: Omnis potestas à Domino Deo est. Item Christus Pilato: Non haberes in me potestatem, nisi esset tibi data desuper. Deus autem per creaturas iurare prohibuit, nè vel more gentilium aliquod numen Deitatis creaturis inesse crederetur, vel ne creaturas contẽptibiles iudicando, per eas promissa pro nihilo duceremus. Sed quæritur, quid grauius sit, an per creaturas, an per creatorẽ iurare fallaciter? *Rom. 13.a Ioan. 19.*

C Dupliciter enim reus est, qui per creaturas iurat mendaciter: quia & contra prohibitionem iurat, per quod sibi iurare non licet: à quo peccato est immunis, quî nõ nisi per creatorem iurat: & proximum dolo capit, quod facit etiam per creatorẽ mendaciter iurans: sed periurium tantò magis pœnale est, quantò sanctius illud, per quod

quod iuratur apparet. Quòd etsi per creatu A
ras mendaciter iurans, dupliciter peccet,
grauiori tamen se subiicit pœnæ, qui per
1. part. creatorem iurat mendaciter. Periurij au-
tem pœna grauissima est: quam si quis ti-
mens ad confessionem venire noluerit, à
fidelium consortio est abiiciendus. Vn-
de Eutychiānus Papa:

Fidelium consortio careat, qui pœnitentiam periurij agere noluerit.

PRædicandum est etiam, vt etiam per- B
iurium fideles caueant, & ab hoc sum-
mopere abstineant, sciētes hoc grande sce
lus esse, & in lege, & in Prophetis, & in
Euangelio prohibitum. Audiuimus autem
quosdam paruipendere hoc scelus, & leuē
quodammodo periuris pœnitentiæ modū
imponere: qui etiam nosse debent, talem
de periurio pœnitentiam imponi debere,
qualē & de adulterio, & de fornicatione,
& de homicidio spontè commisso, & de
cæteris criminalibus vitiis. Si quis verò C
perpetrato periurio, aut quolibet crimina
li peccato, timens pœnitentiam longam,
ad confessionem venire noluerit, ab eccle-
sia repellendus est, siue à communione &
consortio fidelium, vt nullus cum eo co-
medat, neque bibat, neque in domo sua
eum recipiat.

QVAES

A QVAESTIO II.

An sit periurus, qui iurat falsum, quod putabat verum.

QVOD autẽ periuriũ sit, falsum iurare, facilè probatur. Ait enim Aug. in lib Psalmorum, super illud, Domini est terra.

Peierat, qui aliter facturus est, quã promittit.

IN dolo iurat, qui aliter facturus est, quã promittit, cùm periurium sit, nequiter
B decipere credeutem. Item Hieronymus super Hiere. libro secundo: *Lib. 1. commenta. ad cap. 4. Hie.*

Quos debeat habere comites iusiurandum.

ANimaduertendum est, quòd iusiurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium, atque iustitiã. Si ista defuerint, nequaquam iuramẽtum erit, sed periuriũ.

Item qui falsum iurat mentitur. Mentiendo autem iurare, nihil aliud est, quàm peierare. Cùm ergo omnes, qui loquuntur
C mendacium, perdẽdi sunt iuxta illud Psalmistæ: Perdes omnes, qui loquuntur men- *Psal. 5.*
dacium: multò magis damnabiles sunt, qui mentiendo peierare conuincuntur: quia nomen Dei sui in vanũ assumũt. Sed aliud est falsum iurare, aliud iurare in dolo. Non enim omnis qui aliter facturus est quàm promittit, in dolo iurat. Licet enim

Apostolus aliter facturus esset, quàm promitteret Corinthiis, in prima epistola, cũ ait, Veniam ad vos: non tamen in dolo iurauit, aut mendaciter promisit. Ille enim in dolo iurat, aut mendaciter promittit, in cuius mente est, non sic se facturũ, vt promittit. Ille autem, qui promittit falsum, quod putat esse verũ, nec in dolo iurat, nec mendaciter promittit. Vnde Augustinus de verbis Apostoli, sermone xxviij. A

2. Cor. 16. a

Tomo 10.

De eo qui iurat falsum, quod putat verum.

HOmines falsum iurãt, vel cùm fallũt, vel cùm falluntur. Aut putat homo verũ esse, quod falsum est, & temerè iurat: aut scit vel putat falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilò minùs cum scelere iurat. Distant autem ista periuria, quæ duo cõmemoraui. Fac illum iurare, qui verum putat esse, pro quo iurat: verum putat esse, & tamen falsum est. nõ ex animo iste peierat. fallitur hic, pro vero habet quod falsum est: nõ pro re falsa sciens iurationẽ interponit. Da aliũ: scit falsum esse, & dicit verũ esse, & iurat tãquã verũ sit quod scit falsum esse. Videtis quã ista detestanda sit belua, & de rebus humanis exterminanda. Quis enim hoc fieri velit? Omnes homines talia detestantur. Fac aliũ: putat esse falsum, & iurat tanquam verum sit: & fortè verum B C

A verum est. Verbi gratia, vt intelligas, pluit in illo loco: interrogas hominem, & dicit pluisse: & ad negotium eius competit, vt dicat pluit, sed putat non pluisse: periurus est. Interest, quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi rea mens. Quia ergo mens huius non erat rea (nesciebat enim falsum esse, quod iurauit esse verum) nec temerè vel negligẽter, sed cũ magna diligentia videbatur sibi deprehẽdisse verũm, quod iurauit falsum,
B periurij reus nequaquam est iudicandus.

Item quod dicitur, qui falsum iurat, mẽtitur, non vniuersaliter hoc intelligi debet. Non enim omnis, qui falsum dicit, mentitur: sicut nec omnis qui mentitur, falsum dicit. Vnde Aug. in Enchiridio: *Cap. 22.*

Non est mẽtiri dicere falsum quod putat verũ.

IS autem qui mẽtitur, contra id quod animo sentit, loquitur voluntate fallendi. Et vtique verba propterea instituta sunt,
C non vt per ea se inuicem homines fallant, sed vt eis quisque in alterius notitiã cogitationes suas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciã, non ad quod sunt instituta, peccatũ est. Nec ideo vllum mendacium putandum est non esse peccatũ, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo. Possumus enim & furando, si pauper, cui

palàm datur, ſentit commodũ, & diues, cui A
clã tollitur, nõ ſentit incõmodũ: nec ideo
tale furtũ quiſquã dixerit peccatũ nõ eſſe.
Ca. 18. eiuſdem. Et infrà: nemo mentiẽs iudicandus eſt, qui
dicit falſum, quod putat verũ: quia quan-
tũ in ipſo eſt, non fallit ipſe, ſed fallitur.
Non itaq; mẽdacij, ſed aliquãdo temerita-
tis arguendus eſt, qui falſa incautus credit,
ac pro veris habet: potiusq; ecõtrario, quã-
tum eſt in ipſo, ille mentitur, qui dicit tan-
quã verum, quod putat falſum. Quantum
enim ad animũ eius attinet, quia nõ, quod B
ſentit, hoc dicit, non verũ dicit, quãuis ve-
rũ inueniatur eſſe, quod dicit. Nec vllo mo
do liber eſt à mendacio, qui ore neſciens
verũ loquitur, ſciens autẽ voluntate men-
titur. Non cõſideratis itaque rebus ipſis de
quibus aliquid dicitur, ſed ſola intentione
dicentis: melior eſt, qui neſciens falſum di
cit: quoniam id verum putat, quã qui men
tiendi animũ ſciens gerit, neſciens verum
eſſe quod dicit. Item Gelaſius Papa:

Non mentitur, qui animũ fallendi non habet. C

BEatus Paulus Apoſtolus nõ ideo (quod
abſit) fefelliſſe credendus eſt, aut ſibi
extitiſſe contrarius, quoniam cùm ad Hi-
ſpanos ſe promiſiſſet iturũ, diſpoſitione di
uina maioribus occupatus ex cauſis, imple
re nõ potuit, quod promiſit. Quantũ enim

ipſius

A ipſius voluntatis interfuit, hoc pronuntiauit, quod reuera voluiſſet efficere. Quantũ enim ad diuini ſecreta conſilij (quæ vt homo omnia non potuit, licet ſpiritu Dei plenus, agnoſcere) ſuperna prætermiſit diſpoſitione præuentus. Nec quia Beatus Petrus Apoſtolus pro affectu diuinæ reuerentiæ ipſi Domino reſpondit, Non lauabis mihi *Ioan. 13.* pedes in æternũ, fefelliſſe (quod abſit) aut in ſua putabitur minimè cõſtitiſſe ſententia: quia mox eidem diuinæ voluntati ceſ-
B ſerit, & quod ſe dixerat non eſſe facturũ, cauſis adſtrictus humanę ſalutis, paſſus eſt volũtate prona faciẽdũ. Ille ergo falſum *2. part.* iurando mẽtitur, qui ſcit falſum eſſe quod iurat. Eſt enim mendaciũ (vt Augu. ait) falſa ſignificatio vocis cũ voluntate fallendi. Sed cùm fallere ſemper ſit voluntatis, falli autem vel infirmitatis vel temeritatis: grauius autẽ ſit quod ex volũtate, quàm quod ex temeritate vel infirmitate procedit: aliquãdo cõtingit, falli vel nullum, vel minimum eſſe peccatũ: aliquãdo ex ipſa rerum varia cõſideratione minus eſſe fallere, quã falli. Vnde idem Aug. in Enchiridio: *Cap. 21.*

Falli in his, quæ ad fidem non pertinent, aut paruum aut nullum eſt peccatum.

IN quibus rebus nihil intereſt ad capeſſendũ regnũ Dei, vtrùm credanẽ, an nõ,

A ligionis: ad quod mendacium nulla condi tione quiuis debet adduci. Secundum, vt ſi aliquem lædat iniuſtè, quod tale eſt, vt nul li proſit, & obſit alicui. Tertium, quod pro deſt alteri, ita vt obſit alteri, quamuis non ad immunditiam obſit corporalem. Quar tum, ſola mentiendi fallendiq́ue libidine: quod merum mendacium eſt. Quintum, quod fit placendi cudiditate de ſuaui elo-quio. His omnibus penitus euitatis atq; re-iectis, ſequitur ſextũ genus, quod nulli ob-
B eſt, & prodeſt alicui: velut ſi quiſpiã pecu-niam alicuius iniuſtè tollẽdam ſciens, vbi ſit neſcire ſe mẽtiatur. Septimũ genus men dacij, eſt quod & nulli obeſt, & prodeſt ali cui: velut ſi nolens hominẽ ad mortẽ quæ-ſitum prodere, mentiatur. Octauum genus mẽdacij eſt, quod & nulli obeſt, & ad hoc prodeſt, vt ab immũditia corporali aliquẽ tueatur. Nõ eſt igitur mentiendũ in doctri na pietatis, quia magnum ſcelus eſt, & pri-
C mũ genus deteſtabilis mẽdacij. Non eſt itẽ mentiendũ ſecundo genere: quia nulli fa-cienda iniuria eſt. Nõ eſt mentiendũ tertio genere, quia nulli cum alterius iniuria eſt conſulendum. Non eſt mentiẽdum quarto genere, propter mendacij libidinem, quæ per ſeipſam vitioſa eſt. Non eſt mentien-dum quinto genere: quia nec ipſa veritas

placendi causa hominibus enuntianda est: A
quantò minus mendacium, quod per seipsum, quia mendacium est, vtique turpe est. Non est mentiendum sexto genere: neque enim rectè testimonij veritas pro cuiuscũque temporali commodo ac salute corrũpitur: ad sempiternam verò salutem nullus ducendus est, opitulante mendacio. Neque septimo genere mentiendum est. non enim cuiusquam commoditas aut salus temporalis perficiendæ fidei præferenda est: nec se quisquam in rectè factis nostris tam ma B
lè moueri sentiat, vt fiat etiam animo deterior, lõgeque à pietate remotior. Nec octauo genere mentiendũ est: quia & in bonis castitas animæ pudicitiæ corporis præfertur: & in malis quod ipsi facimus, eò quòd fieri sinimus, nobis damnabilius est. In his autem octo generibus, tãtò quisque minus peccat, cùm mentitur, quantò magis à primo recedit. Quisqu is autẽ esse aliquod genus mendacij, quod peccatum non sit, pu- C
tauerit: decipiet semetipsum turpiter, cùm honestũ se deceptorem arbitretur aliorũ.

Serm. 29. 4. pars.

Item Augustinus de verbis Apostoli:

Non licet alicui causa humilitatis mentiri.

CVm humilitatis causa mentiris, si nõ eras peccator, antequam mentireris, mentiendo efficeris quod eu itaras. Veritas autem

A autem ipſa in te non eſt, niſi te ita dixeris peccatorem, vt etiam eſſe cognoſcas. Veritas autem ipſa eſt, vt quod eſt, dicas. Nam quomodo eſt humilitas, vbi regnat falſitas? Item Grego.

Cap. 2. libr. 26. ad cap. 34. Iob.

De eodem.

INcauti ſunt homines, qui mẽdacio ſe illaqueãt. Itẽ Auguſtinus ſuper Ioannẽ:

Cap. 18.

Nõ licet alicui mentiri, vt arrogantia vitetur.

NOn ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur. Idẽ in Enchiridio:

B *Non omne mendacium æquè peccatum eſt.*

MIhi autem nõ abſurdè videtur omne quidem mendaciũ eſſe peccatum: ſed multùm intereſt, quo animo, & de quibus rebus quiſque mentiatur. Nõ enim ita peccat, qui conſulendi, quomodo ille qui nocẽ di voluntate mentitur: nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in aduerſum iter mittit, quantum is, qui viam vitæ mendacio fallente deprauat. Item Augu. in lib. de conflictu vitiorum atque virtutum:

Cap. 20. tomo 9.

C *Non eſt aliquo modo quilibet decipiendus.*

NEc artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo oportet quẽquã decipere: quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam. Item Aug. in v. Pſalmo:

Ad verſũ Perdes omnes qui loquuntur.

Pro temporali vita alicuius perfectus mentiri non debet.

NE quis arbitretur, perfectum & spiri- A
tualem hominem pro ista temporali vita, morte cuius sua vel alterius non occiditur anima, debere mentiri: quoniã aliud est mẽtiri, aliud est verum occultare. si quidem aliud est falsum dicere, aliud verũ tacere: vt si quis fortè non velit ad istam visibilem mortem hominem prodere, paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere: vt neque prodat, neque mẽtiatur: nec occidat animam suã pro corpore alterius.

Ibidẽ paulò inferius. Duo verò sunt genera mẽdaciorũ, in qui B
bus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cùm aut iocamur, aut proximo consulendo mentimur. Illud autem primum in iocando ideo non est pernicio sum, quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur, causa iocandi fuisse dictum. Secundũ autem ideo minus est, quia retinet nonnullam beneuolentiam. Illud verò quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est: verbi gratia, tanquam si cui C
gladius commendetur, & promittat se redditurum cùm ille qui commendauerit poposcerit: si fortè gladium suum repetat furens, manifestum est non esse reddendum, ne vel se occidat vel alium, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor: quia ille, cui commẽdatus est gladius,

cùm

A cùm promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere: manifestum est non esse culpandum. Aliquando verum tacere, falsum autem dicere, nõ inuenitur sanctis concessum. Idem in libro de mendacio: *Li. contra mendaciũ Cap.17.*

Nostro peccato alterius saluti consulere non debemus.

FAciat homo etiam pro temporali salute hominum, quod potest, cùm autem ad hoc ventum fuerit, vt tali saluti nisi pec
B cando consulere non possit, iam se existimet non habere quod faciat: quoniam id reliquum esse prospexerit, quod rectè faciat. Item Isido. in synonymis: *Isidorus in Dialogo hominis & rationis.*

De eodem.

OMne genus mendacij summopere fuge: nec casu nec studio loquaris falsum, nec vt præstes, mentiri studeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus. Itẽ Aug. *Au. lib. de mendacio cap. 6.*

C *De eodem.*

SI quis ad te confugerit, qui de mendacio tuo possit à morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. Cùm ergo mentiẽdo vita æterna amittitur, nunquàm pro cuiusquam vita temporali mentiendum est. Item Aug. in lib. quæstionum Gene. cap. xlv. *Sapiẽ. 1.a Quæstio. 145. li. 1.*

Non

Non reputantur mendacia, cùm ea quæ non sunt, ioco dicuntur. A

QVod autẽ ait fratribus suis Ioseph, Nesciebatis quia non est in augurio homo qualis ego? * de hoc augurio etiam mandauit eis dicẽdum per hominem: quid sibi velit, quæri solet. At quia nõ seriò, sed ioco dictum est, vt exitus docuit: nõ est habendum mendaciũ. Mendacia enim à mendacibus seriò aguntur, non ioco. Cùm autẽ quæ non sunt, tãquam sint, ioco dicuntur: non deputantur mendacia. Sed in veteri testamento multa permittebantur, quorum exemplis hodie vti non licet. Vndè Gre. B

Gen. 44. d * *al. de augurio quo commendauit se eis dicẽdo per hominẽ, &c.*

Cap. 3. libr. 18. ad cap. 27. Iob.

Veterum exemplo mentiri non licet.

SI quis per vetus testamentum vult suũ tueri mendacium, quia minùs illic quibusdam fortasse nocuerit: dicat necesse est, rerum alienarum raptum, retributionem iniuriæ, quæ infirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse: quæ omnia cunctis liquet quanta animaduersione Veritas insequitur, quę nobis iam significationis suę vmbra postposita, in vera carne declaratur. Idem: C

Cap. 2. libr. 18. ad capi. 27. Iob.

Obstetrices de pietate remuneratæ, de mendacio sunt punitæ.

SI quælibet culpa sequenti solet pia oratione purgari: quantò magis hæc facilè

A cilè abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli verò ex obstetricum fallacia conãtur asserere hoc mẽdacij genus non esse peccatum: maximè, quia illis mentientibus scriptum est, quòd ædificauit eis Dominus domos. In qua magis recompensatione cognoscitur, quid mendacij culpa mereatur. Nam benignitatis earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, præmissa culpa mendacij, in terrenam est recompensationem declinata. *Exo. 1. d*

B Abraham quoque loquens ad pueros suos ait: Sedete hic cum asino: ego & puer illuc vsque pertransibimus, & cùm adorauerimus, reuertemur ad vos: licet aliud se facturum deliberaret: tamẽ excusatur à mẽdacio. Vnde Ambr. in lib. de Patriarchis: Prophetauit Abrahã quod ignorabat. ipse solus disponebat redire immolato filio: sed Dominus per os eius locutus est quod parabat. Captiosè autẽ loquebatur cum seruulis, ne cognito negotio aut impediret eum C aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu. *Gen. 22. a* *Amb. li. 1. de Abraham, ca. 2.*

Quandoque aliquid iubendo significamus velle fieri, quod tamen fieri nolumus: sed experimentum obedientiæ quærimus: sicut Abraham à Deo tẽtatus legitur, cùm iussus est immolare filium: quẽ Dominus nolebat ab eo occidi. Vnde in eodem libro *5. part.* *Gen. 22. a*

idem

Libro 1. de Abraham, cap. 8. idem Ambr. Non enim volebat Deus à patre immolari filium suum: nec impleri hoc munus volebat, qui ouem pro filio immolandam obtulit: sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta præferret filio. Et *Ibidem.* infrà: Non iniicias (inquit) manum in puerum: neque facias illi quicquam. Affectum tuum inquisiui, non factum exegi. tentaui mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. Nõ aufero, quod ipse donaui: nec hæredem inuideo, quem largitus sum non habenti. *Item Hiero-* *Iu cõment. epistolæ ad capit. 2. ad Galat.* nymus:

Simulatio vtilis est, & in tempore assumẽda.

VTilem simulationem & in tempore assumẽdam Iehu Regis Israël nos doceat exemplum: qui cùm non potuisset interficere Sacerdotes Baal, nisi finxisset se *4. Re. 10. d* idolum velle colere, dicens: Congregate mihi omnes Sacerdotes Baal: rex Achab seruiuit ei in paucis: ego seruiam ei in mul- *1. Re. 21. d* tis. Et Dauid, quando mutauit faciem suã coram Abimelech, & dimisit eũ, & abiit. Nec mirum, quamuis iustos homines tamen aliqua simulare pro tempore ob suam & aliorum salutem: cùm & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis assumpserit, vt condemnans in carne peccatum,

A catum, nos in se faceret iustitiam Dei. Ecce quæ mẽdacia sint venialia, & quæ dãnabilia. Sed quæritur, quare dicat Augu. non esse mentiendum pro temporali vita alicuius: cùm Abraham descendens in Aegyptũ rogauerit Saram, vt sororem eius se esse mentiretur, dicens: Noui quidem, quòd pulchra sis mulier: & quòd cùm viderint te Aegyptij dicturi sunt, vxor illius est, & interficient me, seruabuntque te. dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis, vt bene sit B mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Sed Abraham non mendaciũ dici, sed verum taceri voluit. Vnde idem Aug. ait in quæstio. Gene. *Gen. 12.a* *Quæsti. 26. li. 1. quæstionum.*

Quomodo Abraham excusatur à mendacio, quia Saram sororem suam esse dixit.

QVæritur, cur Patriarcha mentiri voluit, vt diceret Saram sororem suã: & non potius Deo commisit, qui si vellet, eius pudicitiam apud Pharaonem seruare C posset. Sed veritatem voluit celari, non mẽdacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc ostenditur, quòd nemo debet tentare Deum suum, dum habet, quod rationabili consilio faciat. fecit quod potuit: quod non potuit, Deo commisit, in quem sperauit: nec eum fides aut spes fefellit. Si autem interrogatus vxorẽ illam

Gen.22. illam suam indicaret, duas res Deo cõmitteret, & vitam suam, & vxoris pudicitiã. A

Item opponitur, quòd Iacob mentiendo & sibi profuit, & alij nocuit: nec tamen re
Gen.25.d prehenditur, sed commendatur. Sed Iacob dicendo se esse Esau primogenitum, nõ est mentitus. Non enim dixit se esse primogenitum nascendo, sed ius primogenituræ, il
Mat.11.b lo vendente, rite adeundo. Sic & Christus Ioannem dixit esse Heliam, non persona, sed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Esau, nõ nascendo (vt diximus) sed emptio B ne primogenituræ de non primogenito in primogenitũ transeundo: sicut & ipse Esau primogenita vendendo, de primogenito nõ primogenitus fieri meruit. Sic & Iudæi cùm essent filij Abrahæ carne, quia nõ fuerunt filij eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahæ, sed dicuntur filij Diaboli: cuius filij sunt non nascendo, sed imitando. Vnde à Domino audire meruerunt, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite C nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis. hoc Abraham non fecit. vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis. Econtrà gentiles cùm secundũ originẽ carnis ab Abraham essent alieni, tamen imitatione fidei & iustitiæ successerunt in filios

A filios Abrahæ. Vnde ab Apostolo dicitur eisdem: Si autem Christi, ergo Abrahę semen estis. Hinc idẽ Apostolus, scribẽs Romanis ait: O tu Iudæe, si circuncidaris, nec legem eius obserues, circuncisio tua præputium facta est: quomodo & præputium, si iustitias legis custodiat, in circuncisionẽ reputabitur? Prefertur, ergo (vt ex premissis colligitur) imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter, Iacob se dixit Esau esse: nec mentiendo, sed verũ
B dicendo sibi profuit: alteri verò nõ nocuit: quia benedictionem sibi debitam accepit, nõ alienam surripuit. Episcopus verò iste, de quo agitur, & si falsum iurauit: tamen quia (vt suprà dictum est) ream linguam nõ facit, nisi rea mẽs, nequaquam reus per iurij habetur. Probatur hoc etiã exemplo Saulis: qui cùm esset in castris pugnaturus contra Philistæos, iurauit se interfecturũ, quicunque ante solis occasum comederet. Ionathas autem filius eius non audito
C Regis iuramento, cùm pugnando magnã hostium stragem dedisset, & salutem fecisset in Israel: fame laborãs vidit fauum mellis: quem regia virga, quam gestabat in manibus, accepit, & comedit: statimque oculi, quos ferè fames clauserat, aperti sunt, & facies eius exhilarata est. Quo comper-

Rom. 2. d

1. Reg. 14.

to Saul voluit eum dare neci: sed precibus & pia populi supplicatione placatus, mortis reuocauit sententiam, ne interficeretur ille per quem salus data erat in Israël, & quo pugnante, de manibus hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum iurauit: quia quod iureiurando se facturũ decreuit, precibus populi prouocatus non fecit. Nec tamen periurij reus arguitur: quia quantum in ipso fuit quod iurauit, impleuit, dum sententiam mortis in filium dedit: quam non carnali affectu, sed populi supplicatione reuocauit. A B

QVAESTIO III.

An licuit Archidiacono denegare Episcopo consuetam obedientiam.

CVM ergo (vt ratione & exẽplo monstratũ est) Episcopus reus periurij non esset, consueta obediẽtia ab Archidiacono sibi denegari non debuit: cùm etiamsi criminosum illum esse constaret, ante diffinitiuam tamen sententiam (vt suprà monstratum est) nulli clericorum suorum ab eo liceret discedere. Cõstat ergo illicitũ esse, quod Archidiaconus iuramento firmauit: vnde meritò queritur, an debeat seruari, vel nõ? C

QVAE

A QVAESTIO. IIII.

Si constiterit esse illicitum, quod iurauit Archidiaconus, an sit seruandum.

QVOD autem illicita iuramenta seruari non debeant, in Toleta no concilio viij. legitur, in quo sic statutum est: *Cap. 2.*

Melius est vota stultæ promissionis non implere, quàm crimen committere.

B SI publicis sacramentorum gestis (quod Deus auertat) à quibuslibet illicita vel non bona extitisset conditio alligata, quæ aut iugulare animam patris, aut gerere cõpelleret stuprum sacratissimę virginis: nũquid non tolerabilius esset stultæ promissionis vota reiicere, quàm per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram? Item Ambrosius de offic. lib. j. *Cap. 13. lib. 3. Officiorum.*

C *Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum.*

EST etiam contra officium nonnũquàm promissum soluere sacramentum: vt Herodes, qui iurauit, quòd quicquid peteret, daret filiæ Herodiadis, necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret. *Matt. 14.*

Item in sermone sancti Augu. Episcopi

de decollatione Sancti Ioannis Baptistæ, qui sic incipit, Cùm sanctum euangelium legeretur: A

Sermone 11. de sanctis, cuius principiũ est, Propter hunc.

Pietas fuit, quòd Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occiderit.

1. Reg. 25. d

QVòd Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Video Dauid pium hominem & sanctum in iurationem temerariam incidisse: & maluisse non facere quod iurauerat, quàm iurationem suam hominis fuso sanguiné adimplere. Item: B

Ibidẽ Augustinus.

De eodem.

IVrauit Dauid temerè, sed non impleuit iurationem, maiori pietate ductus. Ecce Dauid sanctus iuramento quidem adstrictus, non fudit sanguinem hominis: sed eũ falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis minimum elegit: sed minus fuit illud, in comparatione peioris. Nam per seipsum apensum, magnum malum est falsum iurare. Item Isidorus in synonymis libro secundo: C

Isidorus in Dialogo siue synonymis.

Turpia vota seruanda non sunt.

IN malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum. Quòd incautè vouisti, ne facias. Impia est promissio, quę scelerè adimplętur. Item Beda in Homil. xliiij.

Beda in natali decollationis sancti Ioãnis.

Non

A *Non est obseruandum iuramentum, quo malum incautè promittitur.*

SI aliquid fortè nos incautius iurare contigerit, quod obseruatum in peiorem vergat exitum, liberè illud salubriori consilio mutandum nouerimus: ac magis instante necessitate peierandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit Dauid per Deum occidere Nabal virum *1. Reg. 25.*
B stultum & impium, atque omnia, quæ ad eum pertinebant, demoliri: sed ad primam intercessionem Abigail fœminę prudentis mox remisit minas reuocauit ensem in vaginam: neque aliquid culpæ se pro tali periurio contraxisse doluit. Item: *Beda ibidem.*

De duobus malis minus eligi oportet.

NOn solũ in iurando, sed in omni quod agimus, hæc est moderatio solicitius obseruãda, vt si in talem fortè lapsum versuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine
C aliquo peccati contagio surgere non possumus, illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpessuros esse cernimus. Item Amb. de officiis: *Cap. 12. lib. 3.*

Tolerabilius est iuramentum non implere, quàm quod turpe est, facere.

VNusquisque simplicem sermonem proferat: vas suum in sanctificatione

possideat: nec fratrem circunscriptione in A
ducat verborum: nihil promittat inhonestum: aut si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt se iurisiurandi sacramento, vt cùm ipsi cognouerint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciant quod spo-
Matt. 14.6 ponderunt: sicut de Herode suprà scripsimus: qui saltatrici præmium, quod turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe est B
quòd regnum pro saltatione promittitur: crudele est, quòd mors Prophetę pro iurisiurandi religione datur. Quantò tolerabilius tali fuisset periurium sacramento: si tamen periurium dici possit, quod ebrius intervina iurauerat, quod & iuratus inter saltantium choros promiserat. Infertur disco Prophetæ caput: & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ fuit. Et post pauca
Iudicũ 11. de Iepte differens, Miserabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius C
est non vouere, quàm vouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. Et post paululum: Non semper igitur promissa soluenda sunt omnia. Denique ipse Dominus (sicut scriptura indicat) frequenter suam
Cap. 2. cõc. Tolet. 1. mutat sententiam. Item ex eodem concilio Toletano:

Incom

A *Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta.*

INcommutabilis Deus idemque semper existens, Deique summa natura, sæpe sua in sacris literis legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiã. Vnde licet sit impassibilis atque incommutabilis: crebrò tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitẽtia, quę sacris extant mysteriis adoperta. Iurare nanque Dei, est à se ipso ordinata nullatenus conuellere: pœni
B tere verò, eadem ordinata, cùm voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: *Hiere.18.* Repentè loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt eradicem & destruam & disperdam illud. si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam à malo quod cogitaui vt facerem eis.

Item Augustinus: *Cap.7.*

Sapientis est reuocare, quod malè loquitur.

C MAgnæ sapientiæ est reuocare hominem, quod malè locutus est. Item ex concilio Ilerdensi:

Qua pœna feriatur, qui illicitum iuramẽtum facit.

QVi sacramento se obligauerit, vt litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat: pro periurio vno anno à cõmunione corporis & sanguinis Domini

segregatus, reatum suum eleemosynis, fle- A
tibus, & quãtis potuerit ieiuniis absoluat.
Ad charitatem verò, quæ operit multitu-
dinem peccatorum, celeriter venire festi-
Ambr.ca. 12.li.3.Offi ciorum. net. Idem:

Non omnia promissa soluenda sunt.

NOn semper promissa omnia soluenda
sunt. Denique ipse Dominus frequen
Ioan.3. Isido.c.31. libro 2. de summo bo no. ter suam mutat sententiam, sicut scriptura
indicat. Item Isidorus sententiarũ lib.ij.

De eodem.

NOn est obseruandum sacramentum, B
quo malum incautè promittitur: velu
ti si quispiam adulteræ perpetuam fidem
cum ea permanendi polliceatur. Tolerabi
lius est enim non implere sacramentũ, quã
permanere in stupri flagitio. Item ex cõ
Cap.2. cõc. Tolet.8. cilio Toletano, cap. viij.

Malè iurans pœnitentiam agat.

NEcesse est vt malè iurans dignam agat
pœnitentiam, eò quòd nomen Domi
contra præceptum illius sumpsit in vanũ: C
Exod. 22 b quia in Exodo scriptum est: Neque enim in
sontem habebit Dominus eũ, qui sumpsit
nomen Domini Dei sui frustra. Item &
Leuit. 19.c in Leuitico: *De eodem.*

NOn peierabis in nomine meo: nec pol
lues nomẽ Dei tui. ego Dominus. Ma
lũ tamẽ, quod facturũ sese sacramẽto deuo
uerat,

A uerat,omnino nõ faciat,qa stulta vota frãgẽda sunt. Itẽ ex decreto Soteris Pa.c.iij.

Iuramentum,quo malũ incautè promittitur, non est seruandum.

Beda id habet in festo decollationis Ioã.

SI aliquid fortè incautius nos iurasse cõtigerit, quod obseruatum in peiorem vergat exitum, illud salubriori consilio mutandum nouerimus: & magis instante necessitate peierandum nobis, quàm pro facto iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum. Item ex cõcilio Eliber-

Iuo li.7.id refert de iuramẽto.

B tano,cap.j.

Temerit asemẽdetur,cũ incauta diffinitio soluitur

DIffinitio incauta laudabiliter soluenda est:nec est præuaricatio,sed temeritatis emendatio. Item:

Illicitum iuramentum non est seruandum.

ACtione quarta septimæ synodi Ioannes Apocrisarius Orientalium sediũ dixit: Significat sermo patris nostri Sophronij, quòd melius sit iurantem peierare, quàm seruare sacramẽtum in fractione

C sacrarum imaginum. Hoc autem dicimus, quia sacramento quidã se excusant. Thara sius Patriarcha dixit: Quia pater Sophronius nouerat bonitatẽ Dei, propterea trãsgredi voluit impium iuramentũ. Itẽ Tharasius Patriarcha dixit: Herodes seruauit iuramentum, & periit: Petrus verò nega-

uit cum iuramento,& conuersus fleuit ; & A
saluatus est.Omne enim peccatum bonus
Deus indulget,si quis ex toto corde pœni-
teat.Sancta synodus dixit:Sic docet sancta
scriptura. Item,Leontius Episcopus Pho
Zach.s.c ciæ dixit:Scriptum est, Iuramentum men
dax ne diligatis.qua de causa iuramentum
nostrum mendax dissoluatur , quasi nullã
virtutem habens. Item Isidorus:

*Non obseruentur iuramenta, quæ fiunt con-
tra diuina mandata.*

SI quis præuentus fuerit,vt diffiniat age B
re aliquid eorum , quæ non placent
Deo,pœnitentiam agat:& quod cõtra mã
datum Domini statutum est,in irritum re
uocetur. Item Hieronymus in libro de na
tura rerum. Tribus siquidem modis iura
menta contracta soluenda sunt. Primò,
cùm quis malè iurat.Secundò,cùm quis in
cautè iurat,non putans hoc esse peccatum.
Tertiò,si pueri vel puellæ in domo paren-
tum se iuramento constrinxerint,patribus C
postquàm audierint,contradicentibus.

2.pars. Ecce quòd iuramenta illicita laudabili-
ter soluuntur , damnabiliter obseruantur:
quod tunc intelligendum est,quando iura
mentũ illicitum deseritur,vt ad bonum re
deatur.Cęterùm propterea deseritur,vt in
aliud malum transeatur : illiçitum sacra-

men

A mentum damnabiliter seruatur, sed damnabilius contemnitur. Vnde Augustinus de bono coniugali: Cap. 4.

Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum admittit.

SI ad peccatum admittẽdum fides exhibeatur, mirum est si fides appelletur. Veruntamen qualiscunque sit, si & contra ipsam fit, peius est, nisi cùm propterea deseritur, vt ad fidem veram legitimamque redeatur, id est, vt peccatũ emendetur vo-
B luntatis prauitate correcta: tanquã si quis cùm hominem solus expoliare non possit, inueniat socium iniquitatis, & cũ eo paciscatur, vt simul id faciant, spoliumque partiantur: quo facinore commisso totum solus auferat: dolet quidem ille, & seruatam sibi fidem non esse conqueritur. Verùm in ipsa sua querela cogitare debet, potius in bona vita ipsi humanæ societati fidẽ fuisse seruandam, ne præda iniqua ex homine
C fieret, si sentit, quàm iniquè sibi in peccati societate seruata non fuerit. ille quippe vtrobique perfidus, ac profectò sceleratior iudicandus est. Item:

Aug ibidẽ ca. 4. lib. de bono coniugali.

Si propterea fides non seruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur.

MVlier, si fide coniugali violata, fidem seruet adultero, vtique mala est: sed

sed si nec adultero, peior. Porrò si eã flagi- A
tij pœniteat, & ad castitatem rediens coniugalem, pacta ac placita adulterina rescindat: miror, si eam fidei violatricẽ vel ipse adulter putabit. Ex his itaque apparet, ꝙ si quisquam (vt diximus) illicitum iuramentum non seruauerit, vt in aliud malũ pernicioſum declinet: tantò grauius delinquit, quantò damnabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, vt ad bonum redeatur; nihil culpæ pro tali periurio contrahitur: potius de- B
flendũ est, si in aliquo illius iuramẽti occasione nos deliquisse contigerit. Vnde Augustinus scribit Seuero Mileuitano Episcopo consulenti de quodam Vbaldo, qui à consanguineis cuiusdam pellicis coactus fuerat iurare, se illã ducturum in coniugẽ, nec matri suæ vel fratribus vlterius necessaria ministraturum. Rescribit ergo Beatus Augustinus (vt diximus) Seuero Mileuitano Episcopo ita dicens: C

De quodam Vbaldo, qui iurauit se non ministraturum necessaria matri & fratribus.

INter cætera (vt rogaueras) à patre nostro Ambrosio quæsiui, quid tibi charissime, agẽdũ sit de Vbaldo parœciano tuo, qui captus & timore necis impulsus, suæ concubinæ iuramento firmauit, ipsam in

coniu

A coniugem ſuſcipere, propriamque matrẽ cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquã impendere. Quia verò quam prius concubinam habuerat, non eſt peccatũ in coniugem ſuſcipere, matrimoniũ ſit in Deo firmum & ſtabile. Porrò iuramentum non ob hoc fuiſſe inſtitutum inuenitur, vt eſſet vinculum iniquitatis, vel matricidij, vel fratricidij, ſeu cuiuſque criminis: nec credo ſacramentũ ad hoc debere fieri, vt iniuſta iuratio ſuorum bono-
B rum ſit iniuſtè iurãtibus expoliatio, & accipienti ęterna damnatio. Periurij nanque percutietur pœna, & velut homicida in extremo examine à iuſto iudice degrandinabitur, per quem ſacroſanctum Euãgeliũ ad iniuſtum & illicitum, & Deo minimè amabile quaſi teſtimonium iuſtæ & humanæ petitionis, adducitur. Foueat itaque Vbaldus matrẽ & fratres, & lugeat, ſi coactione & timore iuramenti aliquid defuit
C matri. Qui verò eũ iurare coëgerũt, quod non debuit, reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniuſtè irrogata, eius eſt infamia qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium coactæ voluntatis trahitur, quod illicita cõditio neceſsitatis extorſit.

Sed cùm his omnibus illicita iuramenta 3. pars.
non ſeruanda probentur, opponitur quòd

Ioſue

Iosue 9.c Iosue Gabaonitas contra præceptum Domini non deleuerit, quia seniores Israël iuramento cum eis pacem firmauerant. Sed notandum est, quòd seniores Israël, etsi scirent à Domino esse imperatum, vt delerent gentes terræ promissionis: decepti tamen à Gabaonitis, nescibant eos esse incolas terræ sibi promissæ. Venerunt enim (vt historia refert) attritis calceamẽtis, & cũ aridis panibus, dicẽtes: Viri pacifici: venimus de terra lõginqua. calceamenta sunt attrita in pedibus nostris, panis defecit in sitarciis nostris: audiuimus dominum esse vobiscum, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit senionibus Israël, & fecerunt pacem cum eis. Post diẽ verò tertiũ cũ filij Israël appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis quibus iurauerãt seniores Israël: illi autem videntes se esse deceptos, voluerũt delere eos: sed pepercit eis Iosue propter iuramẽtũ seniorũ Israël. A B

Cap. 10. li. 3. Vnde Ambrosius in libro de Officiis: C

Quadam licet à Deo prohibeantur, tamen iuramento firmata non sunt seruanda.

INnocens credit omni verbo. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentẽ esse, ignorare quid noceat. Etsi circũscribitur ab aliquo, de omnibus tamen iudicat, qui fidem esse in omnibus

A bus arbitratur. Hac igitur mentis suæ dote inclinatus Iosue, vt crederet Gabaonitis, testamentũ dispossuit, pacem dedit, cõfirmauit societatem: sed vbi in terras eorũ est ventum, deprehensa fraude, quòd cùm essent finitimi, aduenas se esse simulauerũt: circunscriptũ se populus patrum indignari cœpit. Iosue tamẽ pacem, quam dederat, reuocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret, suam fidẽ sol-
B ueret. Mulctauit eos, meliori tamen obsequio ministerij. Clemẽtior enim sentẽtia, sed diuturnior. Illicitum ergo iuramentũ quod seruari prohibetur, intelligendum est, quod scitur esse illicitũ, dum iuratur. Si autem nescitur illicitũ esse, ipsa ignorãtia excusat, si putetur illicitum esse non ex ignorantia iuris, sed facti. Aliud enim est, si alicuius copula creditur esse licita, quia nescitur esse consanguinea, vel quia creditur esse vidua: aliud, si ideo putatur licita,
C quia consanguinearum coniunctio, vel relictarum copula, nullo iure credatur esse prohibita. Hic enim est ignorantia iuris, quæ neminẽ excusat, nisi cui permittitur ius ignorare: ibi verò ignorãtia facti, qua quisq; verè excusatur. Seniores autẽ Israël non ignorabant gentes terrę promissionis

ex præ

ex prȩcepto Domini eſſe delẽdas: ſed igno A
rabant Gabaonitas eſſe incolas terrę pro-
miſsionis. Ignorabant ſiquidem factũ, ſed
non ignorabant ius facti: atque ideo etſi
illicitum eſſet quod iurauerunt, tamen li-
citè ſeruari debuit, quod iuramento firma
uerũt. Quòd autẽ illicitũ iuramentũ ſerua-
ri prohibetur, non eſt generaliter intelli-
gendum. Iuramentũ nanque (vt Hierony
mus teſtatur ſuper Hieremiam) debet ha-
bere tres comites, veritatem, iudiciũ, & B
iuſtitiam: vbi autem iſta defuerint, nõ eſt
iuramentum, ſed periurium. Vnde datur
intelligi, illicitum eſſe iuramẽtum, cui ali-
quod iſtorum defuerit: non tamen cuicun-
que contigerit aliquod iſtorũ deeſſe, prohi
betur ſeruari. Aliquando nanque iuramen
to deeſt iuſtitia, veluti cùm quiſpiã poſt
votum caſtitatis ducit vxorem, iuramento
firmãs nunquàm ſe ab ea diſceſſurũ: quod
quamuis illicitũ ſit, quia iuſtitia ſibi pro-
batur deeſſe: tamen autoritate Auguſtini C
ſeruari præcipitur. Hoc autem ſi quis con
tendat prærogatiua coniugij, non propter
religionem iuſiurãdi ſeruari, animaduer-
tat Gabaonitas ob ſolam religionem con-
tra Domini imperiũ reſeruatos. Cùm er-
go omne Domini prȩceptũ iuſtum ſit, pa-
tet ei iuſtitiam deeſſe, quod eius præcepto

contra

A contrarium inuenitur. Iudicium quoque aliquando iuramento conſtat deeſſe, veluti cùm propria temeritate aliquis ductus, iurat ſe manducaturum & bibiturũ. Hoc quamuis leuitate indiſcreta illicitũ probe tur, non tamen ideo violari iubetur. Iuramentum itaque multipliciter illicitũ intelligitur. Etenim illicitũ aliquando ex eo quod iuratur, aliquando ex cauſa extrà venienti, aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur, tunc eſt illicitum iuramen-
B tum, quando id quod iuratur, in ſui natura vitioſum eſt, vel vitam adimens, vt adulterium, homicidium, & his ſimilia: vel reparari non permittens: veluti cum inimico ad pacem nõ rẽdire, indigenti miſericordiſer non ſubuenire. iſta quia perſpicuã in ſe habent iniuſtitiã, et ſi iuramento firmentur, tamen ſeruari non debent. circa hæc vtique iuramenta intelligenda ſunt, quæ de illicitis iuramentis non obſeruandis ſuprà ſtatutà leguntur. Quiſquis ergo
C ſe iuramẽto firmauerit aliquid facturum, quo vel corporalis, vel ſpiritualis ſalus adimatur, vel ſine quo vtraque ſalus reparari vel confirmari non poſsit, fidem promiſſam ſeruare prohibetur: quorum exempla præmiſſæ autoritates ſubiiciunt, dum eum qui homicidium facere vel alimenta

matri & fratribus non subministrare, in adulterio permanere, vel ad pacẽ cum aduersario non redire, iuramentum prestando promiserit, salubriori consilio illicita vota obseruare non permittunt. Est etiam id quod iuratur, aliquando vitiosum, non natura sui, sed ex causis extrà venientibus: veluti cùm aliquis post votũ castitatis iurat alicui se habiturum eam in coniugem. Coniugem nanque habere, in seipso malũ non est: tamen huic ex voto pernicioſum est. Hoc autem iuramentum etiam si illicitum sit, non tamen seruari prohibetur: sed de violatione voti pœnitentia sibi iubetur indici. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum, quando inconsideratè & incircunspectè aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus adimatur, & sine quo vtraque salus reparari, & vita cõ seruari valet: veluti dum aliquis à parentibus coactus, vt clericatus tonsuram, vel religionis vestem suscipiat, se neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quãuis aliquibus videatur reprehensibile, quia opus charitatis iuramento se non facturũ promisit, nulla tamen autoritate seruari prohibetur: quia etsi nunquã clericatus tõsuram, vel religionis vestem suscipiat, nõ tamen ideo minùs salutem promereri valet

A

B

C

A let: cùm nonnulli in laicali habitu sanctissimi & Deo dilecti inueniantur. Quo exẽplo euidenter datur intelligi, quotiens aliquis iurat se non facturum aliquid, quò expeditior sibi via præparetur ad beatitudinem, dummodo sine eo valeat salutẽ inuenire, quòd iuramentum non prohibetur seruare. Vnde cùm nos iuramus non daturos aliquid alicui, sine quo vtraque salus eius potest esse incolumis, etsi aliqua ex ea sibi commoditas præstaretur: nulla tamen
B autoritate iuramentum seruare prohibemur: dummodo sit nobis alia via necessitatibus eius subueniendi.

QVAESTIO V.

Si constiterit iuramentum seruandum esse, an Episcopus sit reus periurij, qui cõtra iuramentum Archidiaconum suũ ire compellit.

C QVOD autem quinto loco quæritur, si licitũ esset quod Archidiaconus iurauerat, an Episcopus esset reus periurij, qui ad peierandũ Archidiaconũ cogebat: facilè potest discerni. Si enim cõsentiẽs pari pœna cum faciente puniendus est, multò ma-

gis ille qui cogit, reus admissi criminis probatur. Vnde Pius Papa ait: A

Qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus vterque probatur.

QVi compulsus à Domino sciens peierat, vtrique sunt periuri, & dominus & miles. Dominus quia præcepit: miles, quia plus dominum, quàm animam suam dilexit. Si liber est, xl. dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos. Si seruus eiusdem, tres quadragesimas & legitimas ferias pœniteat. Item: B

Pœnitentia eius, qui in manu Episcopi aut in cruce consecrata peierat.

QVi peierat se in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat. Si verò in cruce nõ consecrata, annum vnũ pœniteat. Qui autẽ coactus fuerit, & ignorans peierauerit, & postea cognoscit, tres quadragesimas pœniteat.

Item ex pœnitentiali Theo.

Qua pœna sit feriendus, qui necessitate coactus periurat. C

SI quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causa, vel necessitate periurat: quia plus corpus, quàm animam dilexit, tres quadragesimas pœniteat. Alij verò iudicant tres annos, vnum ex his in pane & aqua. Item Gelasius Papa:

Qui

A *Qui peierat, & alios peierare facit, qua pœna sit feriendus.*

SI quis peierauerit, & alios sciẽs in periuriũ duxerit, xl. dies pœniteat in pane & aqua, & septẽ sequentes annos: & nunquàm sit sine pœnitentia, & alij, si conscij fuerint, similiter pœniteant. Item Aug. in sermone de decollatione Sancti Ioãnis: *Serm. 11. de sanctis.*

Homicidam vincit, qui sciens ad periurium hominem compellit.

B ILle qui hominem prouocat ad iurationem, & scit eum falsum iuraturum esse, vincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animã: imò duas animas, & eius animam, quem iurare prouocauit, & suã. Scis verũ esse, quod dicis, & falsum quod ille dicit, & iurare compellis. ecce iurat, ecce peierat, tu quid inueneristi? imò & tu peristi, qui de illius morte satiari voluisti. Idem in sermone de periuriis: *Augu. ser. 28. de verbis Domini.*

Non peccat, qui iuramentum exigit ab eo,

C *quem nescit falsum iurare.*

QVi exigit iurationẽ, multùm interest si nescit illum iuraturum falsum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit iura mihi, vt fides ei sit, non est peccatum: tamen humana tentatio est. Si autem scit eum fecisse, & cogit eum iurare, homicida est. Ille enim se suo periurio interimit: sed iste

manum interficientis & impressit, & pres A
sit. Item ex concilio Maguntinensi:

Vsque ad extremum vitæ non communicet, qui alios ad periuria trahit.

SI quis conuictus fuerit alios ad falsa testimonia vel periuria attraxisse, vel quacunq; corruptione solicitasse, ipse quidem vsque ad exitum vitæ non communicet, ij verò qui ei in periurio consensisse probãtur, postea ab omni testimonio sunt remouendi, & secundùm legem infamia
2. pars. notabuntur. Item, qui audit aliquem fal B
sum iurare, & tacet, delinquit. Vnde Au
Qua. 1. ad ea. 5. Leuitici. gustinus ait in quæstionibus Leuitici cap. 5. Anima quæ audierit vocem iurantis falsum, &c.

Cui sit indicandum falsum, quod ab aliquo iuratur.

HOc videtur dicere, peccare hominẽ, quo audiente iurat aliquis falsum, & scit eum falsum iurare, & tacet. Tunc autẽ scit, si eius rei, de qua iuratur, testis fuit, C
aut videns, aut conscius fuerit, id est, aliquo modo cognouit, aut oculis suis conspexit, aut ille ipse qui iurat, illi indicauit. Ita enim potuit esse conscius. Sed inter timorem huius peccati, & inter timorem huius proditionis hominum, non parua existit plerunque tentatio. Possumus enim paratum ad

A tum ad periurium admonendo, vel prohibendo, à tam graui peccato reuocare. Sed si non audierit, & coram nobis de re quam nouimus, falsum iurauerit: vtrùm prodendus sit, ita vt proditus etiã periculum mortis incurrat, difficillima quæstio est. Sed quia hic non expressit, cui hoc indicandũ sit, vtrùm illi cui iuratur, an Sacerdoti cui piam, qui non solùm eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest? videtur mihi, quòd se ab
B hoc peccati absoluat vinculo, si indicet talibus, qui magis prodesse possunt, quàm obesse periuro, siue eum corrigendo, siue Deum pro eo placando, si & ipse confessionis sibi adhibeat medicinam. Si ergo iste *3. pars.* (vt suprà dictum est) qui audit falsum iurare, & tacet, delinquit: multò magis ille reus est, qui ad peierandum aliquem compellit. Quæritur de eo qui verborum calliditate se circunuenire putat illum, cui iura
C mentum defert, an sit reus periurij, nisi seruauerit quod iurasse creditur. De hoc ita scribit Isidorus sententiarum libro ij. *Isido. ca. 31. libri 2. de summo bo.*

De eo qui calliditate verborum iurat.

QVacunque arte verborum quis iurat, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, quia

& nomen Dei in vanum assumit, & proxi A
mum dolo capit. Item ex sermone San-
Serm. 28. de verbis Apostoli. cti Augustini:

Periurus est qui super lapidem falsum iurat.

ECce dico charitati vestrę, & qui super lapidem falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? quia multi etiam in hoc falluntur, & putant, quia nihil est per quod iurant, nō se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es, quia per id quod sanctum non putas, falsum iuras. Si tu illud sanctū B
non putas, sanctum puta, cui iuras. Non enim, quando iuras, tibi aut lapidi, sed proximo tuo iuras. Homini iuras ante lapidē, sed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit te Deus fallentem. Sed obiicitur illud Gregorij in
Cap. 7. libr. 26. in Iob. xxvj. lib. Moralium:

Apud Dominum verba nostra non ex ore, sed ex corde procedunt.

HVmanæ aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant: diuina verò C
iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Certè nouerit ille, qui intentionem & voluntatē alterius variis explicat verbis, quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem & intentionem: quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni. Si ergo di-

uina

A uina iudicia verba nostra talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur, si intentio non debet seruire verbis, sed verba intentioni: patet quòd Deus nõ accipit sic iuramentum, sicut ille, cui iuratur: sed potius, sicut qui iurat intelligit, cùm recipienti non ex intimis, sed ex his quæ proferuntur foris, verba nostra sonent. Item obiicitur, Qui iurat super lapidem, putans se iurare super sacrosancta Euãgelia, perinde tenetur, ac si super Euangelia iurauerit: li-
B cet ille cui iurat, ideo super lapidem illum iurare fecerit, ne non seruando quod promittit, reatu periurij teneatur. Item obiicitur illud de ciuibus, qui credunt se iurare, obedituros Cõsulibus suis in omnibus, quæ sibi imperata fuerint pro honore suæ ciuitatis: ne verò obedientiam recusantes, reatu periurij illaqueẽtur, supponitur breue iuraturis, in quo aliud cõtinetur, quàm se iuraturos arbitrentur: videlicet ne Pa-
C dum in Nilum conuertant, vel aliquid huiusmodi faciant. Si ergo contra hoc quod se iurasse crediderant, Consulibus suis obedientiam denegarent, nunquid secundùm intentionem recipientis, an potius secundùm intentionem iurantis, iuramentum Deus illud acciperet? Item si innocens de adulterio vel furto impetitus, innocẽtiam

suam vellet asserere, iuraret autem se ab A
obiectis sic esse immunem, sicut in breui
illo continetur, quod manibus suis se scri-
psisse arbitratur: contineatur autem in il-
lo, hunc reum esse obiectorum, nunquid à
Domino periurus reputabitur? aut nun-
quid poterit argui, se iurasse, adulterij, aut
furti reatum incurrisse? Non. Hinc etiã
Ioannes Chrysostomus ait:

Inter iuramentum & locutionem fidelium nulla debet esse differentia.

IVramenti huiusmodi causa est, quia o- B
mnis qui iurat, ad hoc iurat, vt quod ve-
rum est loquatur. Et ideo Dominus inter
iuramẽtum & loquelam nostram, nullam
vult esse distantiam: quia sicut in iuramen
to nullam conuenit esse perfidiam, ita quo
que in verbis nostris nullum debet esse mẽ
dacium: quia vtrunq; & periurium, & mẽ-
dacium, diuini iudicij pœna damnatur, di
Sapien. 1. cente scriptura, Os quod mentitur, occi-
dit animam. Quisquis ergo verum loqui- C
Prou. 14. tur, iurat: quia scriptum est, testis fidelis nõ
mentietur. Idem:

Antequam aliquis iuret, peierat, si contra cõ scientiam iurare parat.

QVi peierare paratus est, antequam iu
ret, iam periurus esse videtur: quia
Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogi-

tationi

A tationibus & ex corde. Ex his omnibus colligitur, quòd iuramenta secundùm intentionem præstantis non recipientis, à Deo iudicantur. Quomodo ergo secundùm Isidorum quacunque arte verborum quis iurat, Deus sic accipit, sicut ille cui iuratur intelligit? Sed sicut aliud est callida arte verborum iurare, aliud simpliciter intentionem suam iurando enuntiare: sic aliud est simplici intentione iuramentum factũ recipere, aliud in recipiẽdo calliditate vti:
B quia sicut quisquam apud Deum non valet aliquem lædere, sic nec præter eius intentionẽ valet quis alicui subuenire. Deus autem duplicitatis aspernator simplicem intentionem vtriusque considerat: & tam ex parte recipientis, quàm ex parte præstãtis, verborum artem aspernatur & odit.

De ætate verò iurantium quæritur, qua ætate quisque ad iurandum debeat cogi: de quo in primo libro Capitularium sic inue-
C nitur diffinitum. *4. pars. Iuo id refert, libr. 2. de iuram.*

Ante rationabiles annos aliqui non cogantur iurare.

PAruuli, qui sine ætate rationabili sunt, non cogantur iurare: & qui semel periuratus fuerit, neç testis sit posit hoc: nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa, nec alterius iurator existat. Item ex

Iuo ibidem continuò. concilio Elibertano: A

Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur.

PVeri ante annos quatuordecim non cogantur iurare: puella quoque, si in puerili ætate sita in domo patris, illo nesciente iuramento se constrinxerit, & pater eius vt audierit, statim contradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur. Item Cornelius Papa:

Iuo ibidē refert.

De eodem: & vt à ieiunis iuramenta præstentur. B

HOnestum etiã videtur, vt qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honestate, & timore Dei: & vt pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare. Præterea sunt quædam tempora, quibus iurare prohibemur. Vnde in concilio apud Sanctum Medardũ habito:

Quibus temporibus iurare prohibemur.

DEcreuit sancta synodus, vt à septuagesima vsque in octauam Paschæ, & ab aduentu Domini vsque in octauam Epiphaniæ, necnon & in ieiuniis quatuor temporum, & in litaniis maioribus, & in diebus dominicis, & in diebus rogationum (nisi de concordia & pacificatione) nullus super sacra Euangelia iurare præsumat. C

5. pars. Iuo li. 8. id refert de iuramẽtis.

De forma verò fidelitatis, & quid quis debeat

A debeat domino, vel econuerſo, ſic inuenitur in epiſtola Philiberti Epiſcopi:

Quæ in fidelitate ſunt ſeruanda.

DE forma fidelitatis aliquid ſcribere monitus, hæc vobis quæ ſequuntur breuiter ex librorũ autoritate notaui. Qui domino ſuo fidelitatem iurat, iſtà ſex ſemper in memoria debet habere: incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile, poſsibile. Incolume videlicet, ne ſit in damnum domino ſuo de corpore ſuo. Tutum, ne ſit ei
B in damnum de ſecreto ſuo, vel de munitionibus, per quas tutus eſſe poteſt. Honeſtũ, ne ſit ei in damnum de ſua iuſtitia, vel de aliis cauſis, quæ ad honeſtatem eius pertinere videntur. Vtile, ne ſit ei in damnum de ſuis poſſeſsionibus. Facile, vel poſsibile, ne id bonum quod dominus ſuus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, néve id quod poſsibile erat, reddat ei impoſsibile. Vt fidelis hæc documenta caueat, iuſtum
C eſt. Sed quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat id quod bonum eſt, reſtat vt in eiſdem ſex ſuprà dictis conſilium & auxiliũ domino ſuo fidele præſtet, ſi beneficiis dignus videri vult, & ſaluus eſſe de fidelitate, quam iurauit. Dominus quoq; fideli ſuo in his omnibus vicẽ reddere debet. Quod ſi non fecerit, meritò cẽſebitur malefidus:

ſicut

sicut ille qui in eorum præuaricatione vel faciendo vel cõsentiendo deprehensus fuerit perfidus & periurus. Augustinus: A

De eodem.

SI quis laicus iuramentum violãdo profanat, quod Regi & domino suo iurat, & postea peruersè et dolosè eius regnũ tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur: quia sacrilegium peragit, in Christum Domini manum mittens, anathema sit, nisi per dignam pœnitentiæ satisfactionem emendauerit, sicut B constitutum à sancta synodo est, id est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & pœniteat omnibus diebus vitæ suę: veruntamen communionem in exitu vitæ suæ cum Eucharistia accipiat. Episcopus, Presbyter, Diaconus, si hoc crimẽ
6. pars. commiserit, degradetur. Vt itaq; ex prę missis apparet, mendacium nec in simplici sermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solùm in C verbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur. Vnde Ambrosius in sermone habito in dominica de Abraham:

Mentitur qui professionem suam operibus nõ ostendit.

CAuete fratres mẽdacium: quia omnes qui amant mendacium, filij sunt Diaboli.

A boli. Non ſolùm in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt. Mendacium nanque eſt ſe Chriſtianum dicere, & opera Chriſti non facere. Mendaciũ eſt, Epiſcopum Sacerdotem vel clericũ ſe profiteri, & contraria huic ordini operari.

Item Hieronymus:

Quotiens ſermo malus de ore noſtro procedat.

QVotiens verò loquimur, aut non in opportuno tempore, aut non in opportuno loco, aut non vt conuenit audien
B tibus: totiens ſermo malus procedit de ore noſtro ad deſtructionem eorũ qui audiũt. Cõſideremus itaque quid loquamur: quia pro omni otioſo verbo reddituri ſumus rationem in die iudicij. Iuramentum verò clericus laico præſtare non debet. *7. part.*

Vnde in Rhemenſi concilio legitur: *Iuo li. 5. de cle. infa. refert.*

Cuiquam laico clericus nihil iurare præſumat.

NVllus ex eccleſiaſtico ordine cuiquã laico quicquam ſuper ſacra Euange-
C lia iurare præſumat, ſed ſimpliciter cũ veritate & puritate dicat, eſt eſt, nõ non. Sed ſi eſt aliquid, quod ſibi obiiciatur, prout iudicauerint qui eiuſdẽ ordinis ſunt, aut corrigatur, aut expurgetur. Epiſcopo ſimiliter clericus iuramentum præſtare non debet, niſi fortè is, cui eccleſiæ procurationem committit. Vnde Vrbanus ſecundus ait:

De

De eodem.

A

NVllus Episcopus clericos suos, nisi fortè quibus ecclesiasticarum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat.

FINIS SECVNDAE PARTIS.

Digitized by Google